IOANNIS STVRMII

DE IMITATIONE ORATORIA LIBRI TRES,

cum scholis eiusdem authoris, antea nunquam in lucem editi.

Cum gratia Cæsarea.

Argentorati imprimebat Bernhardus Iobinus. Anno 1574.

INSIGNIA, SIVE ARMA GENE-
rosorum Comitum, & Domi-
norum in Castell. &c.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

3 BR

ILLVSTRI, AC GENE-

ROSO DOMINO, GEORGIO, COMITI, & Domino in Castell, Narisci ram gubernatori, in superioris Austriae Brisgoiae provincia, & Capitaneo Culmbacensi, Domino suo clementi.

VALENTINVS ERYTHRAEVS S. P. D.



Magnum quoddã opus est: Illustris, ac generose [illegible]: at [illegible] de hu [illegible] maxim[illegible] gravibus, uerbis ornat[illegible] perpolita oratio. Nam (ut hominis proprium, & præclarum munus est, ratione, & sermone cæteris præstare animantibus (quæ cum nec ratiocinari, nec loqui possint, à Græcis uno nomine ἄλογα sunt appellata) præclarius multo est, & maximè pro-

prium literatorum uirorum, et elo
quentium est: reliquis hominibus re
ctè, atq; ornatè dicendi facultate an
tecellere. Natura enim, et usu omnes
loquimur: sed nemo, nisi instructus
à doctrina maximarum, & præcla
rissimarum rerum: & ab arte dicen
di, unquam extitit orator. Ergo ad
benè dicendum: naturę uis primum
maxima requiritur: deinde scientia
plurimarũ artiũ, atq; disciplinarũ:
tum ratio, atq; uia res inuentas, ordi
ne collocandi, & ornatè eloquendi.
Hanc artificiosam eloquentiam, rhe
toricen uocat M. Cicero: eamq; ma
gnam, & amplam ciuilis scientię par
tem esse dicit. Sunt istæ quidẽ, prin
cipes summi illius, & quidẽ literato
rũ hominum operis causę: uerunta
men non solę. Sunt enim multi na
turę beneficio facundi, & diserti: nõ
tamẽ idcircò sunt oratores. permul
ti etiam reperiuntur uiri in omni ge

nere

nere doctrinarū prętantes: nō tamē oratores: plures deniq; sunt in rhetoricis egregiè eruditi homines: qui artis pręcepta ſcitè in eloquētibus ſcriptoribus obſeruata, poſſunt indicare atq; añotare: ſed hi rhetores ſunt: nondum autem oratores. Quas nam igitur res pręterea requiremus in ęo: quem dicimus Eloquentem? Cum alias nonnullas, de quibus idē Cicero, in libris oratorijs acutè, & eleganter diſſerit: tum illas, quas Herennianus ille dicēdi magiſter quinquepartito dicentis officio ſubijcit. Nam quæ orator præſtare debet: ea tribus modis aſſequi poterimus: arte, ſcilicet Rhetorum: quæ dat certā uiam, rationemq; dicendi: de qua iā dictum eſt: Imitatione: qua impellimur, cum diligenti ratione: ut aliquorum ſimiles in dicendo eſſe ualeamus: & exercitatione, hoc eſt, aſſiduo uſu, conſuetudineq; dicendi:

Orator quis?

Eum igitur statuimus oratorem, in quo is omnes sit ingenium ad dicendum: præclarissimarum rerum, maximarumq; artium cognitio: præcepta rhetorica, dicendi uel ars: imitatio, atq; exercitatio. In quo hæc insunt: ea affirmamus, antequã dicat (in quo, propter ipsam memoriã, & pronunciationem præcipuè opus est) posse orationem sapientissimis sententiis, grauissimis uerbis ornare, atq; perpolire. Ac de arte dicendi extant Græcorum, ac Latinorum Rhetorum doctissima, elegantissimaq; monumenta. Exercitatio etiam rectè instituitur declamando, ante scribas actiones. Sed imitatio eloquentium, quæ in scribendo præcipuè cernitur, ad ornatè dicendum maximopere est necessaria. Quæ etiã artis pars non est: eius tamen est quasi appendicula: quæ et studium requirit, & diligentia postulat: de ratione

fla-

flagitet. Studio, cupiditate, uoluntate, atq; cõsilio impellimur: ut aliquorum, uidelicet optimorum oratorum, similes in scribendo, & dicendo esse possimus: diligentia, & ratione, ea, quæ nostro stylo, atq; oratione uolumus exprimere, in alijs obseruamus, & annotamus: eorum q; inuentionis, collocationis, & elocutionis, quasdã ueluti idæas, formas, atq; imagines, tanquã exemplaria conficimus: quæ ad æmulandum, in scribendo, nobis proponamus. Loquimur itaq; hoc in loco, nõ de omni Imitatione: quæ uaria, & multiplex est: et omnium actionum humanarũ est: sed honestarũ, & laudabilium: neq; sermo hic institutus est, de imitandis Philosophis, Dialecticis, Rhetoribus, Historicis, Poetis: sed de æmulandis oratoribus. De horũ in dicendo uirtutum Imitatione, & earum in oratione nostra, loquimur. Et

quanq; Μιμητικὴ ars nondum fuit: sed obseruatio artis, & eius in nostris scriptionibus quędam ueluti adumbratio, & repręsentatio: tamen, cùm artes sciamus ex obseruatione multa, & diuturna extitisse: etiam imitationis propemodum habemus inuentam, hisce temporibus, artem quandam, atq; præceptionem. Memoria nostra, scripserunt multi eruditissimi uiri, de imitandi optimos scriptores ratione: Philippus Melanthon, Ioachimus Camerarius, Iacobus Omphalius, homines Germani. Et nuper Sebastianns Foxius Hispalensis, de Imitatione, seu de informandi styli ratione, libros duos edidit. Et ante hos, contrarias de re eadem scripserunt epistolas, Ioannes Franciscus Picus, & Petrus Bembus: Angelus Politianus, & Paulus Cortesius. Et Cœlij Calcagnini, ad Ioannem Baptistam Gyraldum exstat de

tat de imitatione quædam commentatio. Quorum omnium, etsi diuersæ sunt, ac discrepantes sententię: tamen in eo consentiunt; imitationem ei, qui ornatè scribere vult, planè necessariam esse: & imitandos non nisi optimos. An uerò unus, & solus Cicero, an uerò omnes optimi: quidam ambigunt. Sed hę duę quęstiones nondũ sunt ab illis, ut apparet, pertractatæ. Nam cum Imitatio sit imitandarum rerum, τῶν μιμητῶν τινων, imitatio, diligenti ratione instituta: inuestigandum erat: quas nam res obseruare, annotare, & ad exprimẽdum nostro stylo, nobis ante animum, & oculos constituere oporteret. Et quoniam ea in re diligens quędam ratio, ac uia requiritur: quęri solet pręterea, QVO nam MODO, & qua ueluti arte institui debeat alterius, in dicendo, uirtutum ęmulatio. Hęc duo, admirabili arti-

ficio tribus hisce libris, IOANNES STVRMIVS noster ita explicauit: ut in hoc scriptionis genere (pace omnium dixerim) nihil plenius, perfectiusque à quoquam scriptum esse uideatur: id quod legenti facile ostendet comparatio. Ars scriptionis huius propria utilitas, in eo cõsistit, ut studiosos eloquentiae, ad imitationem Ciceronianae dictionis, quam in scribendo ingredi cõueniat, cognitis oratoriae artis praeceptis deducat. Sunt autem eius de alia quoque dam utilitates. Nam quę noster hic auctor, omni exceptione maior, breuiter perstringit, de characteribus, siue de modis, figurisque dicendi earumque in singulis formulis, & quasi notis singularum quę partibus: quarum in uniuersum sunt octo: ea omnia Hermogenis, rhetoris illius acutissimi uolumini-

ἰδεῶν.

Mea pulcherrima lunt epitome: non solum ad intelligendum, & recordandum, sed etiam, & quidem praecipuè (propter τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἀκροσμάτιστον) adimitandum (qui finis est, ut diximus, instituti huius scriptionis) accommodata. Et quoniam Poetarū multis in locis, ἐν ὑποθέσεσι, atq; comparatio, præsertim in his locis: in quibus de industria hic illum est æmulatus: manifestum est, studiosos, etiam ex horum librorum assidua lectione, quæ poetica sit imitatio, facile animaduertere posse. Quas ad res, plurimum apportabunt commoditatis libri eiusdē autoris Sturmij, de re Poetica: in qua, de Poetarū imitatione, artificiosissimè, & elegantissimè, ex plurimis obseruationibus eiusdem, præcipitur. Et, ut uno uerbo complectar omnia: hi libri tres sunt μικρὰ τέχνη, ars ueluti parua: qua memoriæ causa, omnia, quæ

in Rhe-

in Rhetoricis libris nouis, & alijs Sturmius, fusè & copiosè præceptis, & exemplis persecutus est, in quadã ueluti summa, colligit: sed non tam propter intelligentiam, & recognitionem artis: quàm propter imitationem, quæ, nisi artis sequamur uestigia, non potest rectè institui. Ac de statibus, eorumq; locis, quorum, libro primo, hic mentio fit: quę sunt apud Hermogenem; autor librum confecit unum: de formis, & generibus dicendi tres: quos sibi ab autore donatos, uir ingenio, doctrina, ac uirtute clarissimus, CHRISTOPHORVS THRETIVS Polonus, hoc tempore curat diuulgari. Cũ his omnibus studiosis eloquentię suadeo: ut coniungant Hermogenis conuersionem, & scholas: annis superioribus, ab optimo uiro, & literatissimo homine, IOANNE COCINO, Pisecensi, altero ami-

ro amico noſtro, in lucẽ editas. De nicꝫ, hi tres de Imitatione libri, & in eoſdem familiares ſcholę plurimum etiam conducent, ad pulcherrimorum, atꝙ ornatiſsimorũ exemplorum, quæ artificioſiſsimè hic appoñtur, explicantur, & illuſtrantur, intelligentiam. Hos ego libros, & in eoſdem haſce ſcholas, ad te, D. GEORGI, illuſtris Comes, ac generoſiſsime Domine, mitto: ut quoniam diſertus, & literatus es: & doctorum hominũ amantiſsimus, appareãt in eius nomine: cuius propugnatione literis, & literatis uiris, hoc preſertim tempore, eſt opus: &, ut aliquod publicum extet meæ erga tuam nobiliſsimam, & antiquiſſimam, Caſtellanorum ſcilicet Comitum familiam, obſeruantiæ documentum: & grati, in filium tuum generoſiſsimum adoleſcentem, D. VVOLFGANGVM, mei

animi

animi testimonium: quidam Argen-
torati, apud nos, ingenii excolendi
gratia uixit, semper mihi beneuolen-
tia complexus est. Accipe igitur,
Comes generosissime, hilari fronte,
munus quidem alienum, artificis
excellentis: sed tamen etiam meum,
de animi uoluntate. Tuam uero,
inclyte heros, auctoritatem, ἐπὶ τῷ προοι-
μίῳ, appellare uolui: ut tanti Co-
mitis clarissimo nomine munitum,
hoc nouum opus in hominum ma-
nus perueniret. Fuit tamen non po-
strema huius [illegible], seu dedicatio-
nis causa: mirum, ut, Comes gene-
rosissime, tuæ clementiæ commen-
darem, non solum filium meum IO. A-
ROLVM Erythræum, sed etiam
Io. Adolphum Saltzmannum, ge-
nerum meum, qui tuę ditioni, ac po-
testati sunt subiecti. Vterq; enim ci
uis est Vuonsidelianus, ac generi mei
pater, Pancratius Saltzmanus, isti-
us pro-

us prouincię superioris, per multos annos Culmbaci, [illegible] uir fuit præstantissimus, cuius uiduã, liberos, cognatos, affines, & in his, clarissimum uirum D. PETRVM à Grien, & alios, illius cognatos & affines, qui uersantur in cancellis illustrissimi Principis, ac Domini, D. Georgij Friderici, Marchionis Brandeburgensis, &c. tuę clementię, etiam, atq; etiam cõmendo: teq; uehementer etiam, atq; etiam rogo: ut filium, & generum meum, in tuam clientelam, patrocinium q; suscipias. Bene, & feliciter uale, generosissime Comes, cum tota nobilissima, antiquissimaq; Castellanorum tua familia: quam CHRISTVS [illegible], semper florentem conseruet, regat, tueatur.

Argentorati, M. D. LXXIIII.

III. Calend. Septembris.

IOANNIS STVRMII, DE L
terarum ſtudijs annos iam XLVII.
optimè merentis: & Argentinæ,
olim ſcholæ, nunc Academiæ,
Rectoris perpetui, ve-
ra effigies.
Anno ætatis, LXVII.

Corporis effigiem potui producere ſculptor:
Mentem non potui: quam monumenta docent.

IOANNIS STVRMII,
DE IMITATIONE ORATORIA.

LIBER PRIMVS.

QVI SINT AD IMITATIONEM idonei, & quid sit Imitatio.

CAPVT. I.

EST ALIQVID, ET PERmagnum est, benè natũ esse: sed vulgò creditur, benè nasci eos: qui præclaris nascuntur parentibus. & matres, suos creduntbenè natos esse filios: qui forma sunt, & valetudine bona præditi. Quin etiam Philosophi eos existimant habere felicem ortum: quibus ingenium à natura datum est Philosophicum: solutum scilicet, & expeditum, atq; industrium: cuiusmodi est Theæteti, apud Platonem. Atq; hac indole Socrates quoq; contentus erat. Sed Cicero in M. Scauro, & P. Rutilio, non ingenium desiderauit: in sermone, de claris Oratoribus: sed oratorium ingenium in illis requisiuit. Atq; hinc tres videtur gradus constituisse: quorum primus est inueniendi eius, quod dicendum est: alter, dicendi solutè, & suauiter: tertius cõdiendi eius, quod dicendum est, voce, vultu, motu. Ac optabile quidem est, in Imitatore in-

I. *Felix hominis ortus.*

Benè natum esse.

1. *Præclaris parentibus.*

2. *Forma, & ualetudine bona.*

3. *Ingenio Philosophico.*

4. *Ingenio oratorio.*

11. Felix institutio, & ars.

Post θέσιν, ὑπόθεσις, & propositi, ad rem susceptã applicatio: et de causis imitatoris.

Natura.

Institutio.

Cupiditas, & studium.

Hactenus de causis, nunc de ipsa re.

Nomen.

Definitio.

stituendo, habere discipulos ornatos à natu
hac tripartita facultate: sed nemo perfectus
hanc lucem ingreditur: plurimùm hîc natu
valet: sed non minimùm potest institutio.
latent plerunq; in hoc homine naturæ semi
quæ tanquam bona cultura: sic ingenij co
formatione, atq; doctrina prouocanda su
& educanda: vt ad maturitatem, atq; vber
tem perueniant. Itaq; neminem nos ab imit
di exercitatione excludimus: in quo cupi
tas, & studium, & naturæ bona aliqua ex
bunt primordia. sed studium, inquam, requ
rimus acre, & vehemens, & constans: propt
rei, de qua agimus, naturam. Nam quod La
ni oratores imitationem, & Græci μίμησιν n
minant: eandem etiam ijdem Græci ζῆλον v
cant, hoc est, æmulationem & quasi affixu
obseruandi studium eius rei, cuius velit exp
mere similitudinem. Sit igitur Imitatio, veh
mens, & artificiosa animi applicatio ad e
laudes adipiscendas, quas in oratore putas
cellere: vt si non superare, at quàm similimu
atq; par esse videaris.

DE

De vtilitate imitationis, & de duobus imitantium generibus.

CAPVT. II.

MVltæ, & magnæ vtilitates sunt in imitando. Imitatio enim, artis non solum comes est, & socia: sed etiam dux, atq; domina. Ars per se est puerilis: &, dum sese ostentare vult, veritatis fidem amittere solet. Hæc si rectè adhibeatur, quicquid puerile, & fucosum est, virili habitu, & natiuo colore imbuit. Ars, quasi Vulcani officina, parat Achillis arma. Imitatio, tanquam Achillea ratio, atq; vis, ijsdem armis non ad speciem, sed ad veritatem vti condocet. Quod natura facere non potest, imitatio efficit: vt similitudinē orator adipiscatur. Natura se est ipsa cōtenta: sese amans: neq; plus potest, quàm id, quod potest: Imitatio ingenium vltra naturæ ducit terminos: vt se amare desinat: & meliores admirari incipiat: & sese illis conetur adæquare, si superare non queat. Natura sui semper similis est: & ijsdem suis ingreditur vestigijs. Imitatio, in similitudine, adiungit varietatem: & grandioribus progreditur gradibus. Natura non habet, quò se tueatur testimonio alieno. Imitatio autoritatibus aliorum opus suum comprobat. Natura spectantium extimescit iudicium. Imitatio legentium, atq; vituperantium contemnit temeritatem. Sed de vera imi-

Effectus.

Imitatio præstantior arte.

Comparatio imitationis, & naturæ.

Duo genera Imitationis, & Imitatorum.

tandi ratione loquimur, quæ libertatis ſuæ vtitur iure: & eloquentię omnibus nititur priuilegijs: non de illa ſeruili ſermo inſtitutus eſt: quam Poeta irriſit: O imitatores, ſeruum pecus. Etſi enim laudo Ariſtophanicum ſeruū: qui de ſuo hero verè conqueritur: quòd optima conſulenti fidem non habeat: tamen quòd idcirco duram vitæ ſuæ conditionem ſtatuit, non laudo. Suis enim ipſa conſilijs contenta ſapientia eſt, ſtultorum non timens exiſtimationem. Statuamus igitur duo eſſe inter ſe contraria imitantium genera: vnum quaſi mancipiorum, atq; ſeruorum: alterum verò liberorum, id eſt, eorum, qui veri ſunt eloquentiæ poſſeſſores, & domini: qui quocunq; profici ſcuntur, progrediuntur, in ſuis vijs, vt prædijs & hortorum: ſic eloquentiæ, atq; dicendi prudentiæ ſpacijs videntur incedere: qui quos imitantur, & obſeruant alienum: id ſerunt, & metunt in proprio.

Concluſio partitionis ὁμωνύμου.

Quæ imitanda ſint.

CAPVT. III.

Tranſitio.

HActenus de ingenijs, cuiusmodi in imitando requirantur, & quid imitatio ſit, breuiter ꝓpoſuimus: deinde vtilitatem percurrimus: & demonſtrauimus, quæ cōmoda non ſolū naturæ, verū etiam arti imitatio adferat. Sequitur, vt, quę illæ laudes ſint quas

quas imitatorem perſequi volumus, partiamur. Sunt enim quædam laudabilia in oratoribus: quorum veſtigijs non poſſumus inſiſtere. Naſcuntur enim quædam bona cum hominibus, & à natura donantur: non comparantur induſtria: vt ingenium in intelligendo, acumen in inueniendo, vires in agendo, facilitas in efficiendo. Sed tamen illi ipſi, in quibus hæc quatuor naturaliter inſunt, ſæpè ſeſe ſuperant: vt ingenioſiores, acutiores, robuſtiores, efficaciores euadant. Sed tamen, ſi qua ratione hanc ſui victoriam aſſecuti ſint: & hæc naturæ beneficia emendarint, auxerint, confirmarint, exornarint, atq; excoluerint: magnificentius obſeruentur, atq; notentur ab imitatore: quæ imitabilia eſſe ducimus, & propterea imitanda, & æmulanda. Verum diſtinguenda ſunt, & animaduertenda, quæ à Græcis dicuntur, tum μιμητὰ, & ἀμίμητα, imitabilia & non imitabilia: tum ἐυμίμητα, facilia imitatu, & δυσμίμητα, imitatu difficilia, & ardua. Tria autē eſſe arbitror, quę oratori omninò imitanda ſunt: & expreſſa poſt ſe relinquunt veſtigia inſequenti: Actio, oratio, conſuetudo. Nam Cicero corporis infirmitatem, atq; gracilitatē, & vocis vim nimiam in adoleſcentia, atq; contentionem, auditis Græcis Actoribus, in Aſia, Menippo Stratonienſi, & Dionyſio Magneti, & Rhodi, Miloni Rhodio, vocis hanc nimiam contentionem emendauit. Et quæ antea erat ſine remiſsione, ſine varietate, labore

Propoſitio.

Diſtinctio, & contraria, & diuerſa.

Τὰ μιμητὰ, imitabilia.

1.

Actio.

immodico liberauit: & corporis motum quie
tiorem, & tamen oratorium, Romam reuer
sus, in forum, & curiam reportauit. Itaq; non
solum oculi adiuuant imitantem: verùm au
res etiam. neq; oratio tantũ ad aliorum exem
pla exprimenda viã ostendit: sed actio quoq;
& vocis, atq; vultus, gestusq; moderatio. De
oratione enim constat, quòd hæc inprimis spe
ctanda sit, sed de actione dubitari poterat:
quòd vox, vultus, oculorum obtutus non ar
tis, atq; imitationis: sed naturæ videantur esse
beneficia: & dari, atq; accipi putentur: non in
dustria comparari, neq; imitando, neq; sequen
do inueniri. Iam de consuetudine quid dicã:
quàm grata fuit duobus adolescentibus Cot
tæ, atq; Sulpitio Antonij, in secundo Sermo
ne, de oratore, commemoratio: de suo institu
to, & more, & consilio in reis cognoscendis, ar
gumentis inuestigandis, exordijs eruendis, re
liquisq; orationis partibus distribuendis: &
his omnibus exornandis, cum rerũ, tum ver
borum ornamentis? Mysteria quædam sese
audire sibi videbantur: non nouam aliquam
cantilenam, cuius similes multas percupissent
auribus cognoscere. Et quem non delectat Ci
ceronis oratio, in libro de claris oratoribus,
de suorum studiorum cursu, suaq; consuetudi
ne, atq; exercitatione, in hoc Eloquentiæ cur
riculo?

2. *Oratio.*

3. *Consuetudo.*

Oratio Ciceronis, in libro de claris oratoribus.

Qui

Qui imitandi sint?

CAPVT. IIII.

QVæri etiam solet: qui imitandi sint? Necq; dubium est: quin optimū exemplum potissimum deligendum sit. ex quo cōstat, optimum oratorem inprimis æmulandum esse. Et inter optimos apud Latinos: etiamsi reliquorum extarent literarū monumenta: tamen nemo Cicerone esset præstantior: cui omnium iudicio primæ semper dātæ sunt partes. Sed hunc solum oratorem habemus reliquum: & ipsius solæ superstites sunt orationes: siue id fato euenerit, siue cæterorum fastidio, siue difficultate pecuniæ, qua coacti homines maluerunt vnum excellentē, quàm mediocres multos precio comparare. Bibliothecæ tamen Regum aliquorum, atq; ciuitatum omnia habuerunt literarum monumenta, & Scriptorum omne genus: sed has bella barbarica, & incendia subita, & ruinæ sustulerunt, magno detrimento literarum, quis negat? Sed tamen consuluit Deus literis: & meliora nobis reseruauit. Quod verò nullas orationes, quàm Ciceronis nobis relictas esse dico, de Latinis sentio: & Liuij conciones, & Fabij Declamationes, vt foro, & Iudicijs nō idoneas, reijcio. Atq; eadem de causa Plinij etiam Panegyricum repudio. Pressior enim est, & acutior, atq; subtilior: quàm populi au-

Imitandi non nisi optimi.

Cicero imitandus: quia optimus.

Τὰ ὰ μιμητέα.

Liuij conciones, M. Fabij Quinctil. Declamationes, Plinij Panegyricus.

res ferant: & legentibus potius, quàm audientibus: & Bibliothecis magis atq; vmbraculis, quàm rostris, aut subsellijs scriptus. Quanquã nos non oratorem solum hîc instituimus: verumetiam rerum cæterarum scriptorem. Nã huic non modò causas ciuiles, curię, & Iudicierum subijcimus: sed quoduis argumentum concedimus: & omnem quæstionem indulgemus: quam scriptione aliquis & stylo persequi constituet. Nemo enim negare potest: & apparet mediocriter eruditis, in dicendi præceptis: aliud orationis genus esse Ciceronis Epistolarum: aliud Academicarum quæstionum, aut Tusculanarum: vt etiam orationum aliud dicendi genus est. Quæ, si quis in scribendo, atq; imitando, non distinguet: quid quæso decorum poterit, aptumq; efficere: & dignum hominum literatorum iudicijs, atq; voluptate, quam quærimus? Vt igitur eligas, quem sequaris: primùm materia ipsa animaduertenda est, in qua elaborare constituisti: deinde genus ipsum orationis, quòd à materia requiritur: & secum ipsa adfert materia: postremò ij etiam considerandi sunt: ad quos dicendum, aut scribendum esse arbitramur. Nam in agricultura oratoris orationem aliquam, aut in versibus, concionem ad populum habitam, aut in curia, ad Senatũ orationem pro exemplo assumere: aut eodem modo ad doctum, atq; literatum: & ad omnis doctrinæ, atq; literarum rudem scribere, quis non ineptum duceret? Inter omnes igitur, si multi sint, vnus summus:

Occupatio. Hanc doctrinam etiam ad alios scriptores referendam.

ſummus: ſi vnus ſit ſumus, idē proponendus eſt: cum quo contendas: aut quem quaſi ducē ſequaris: ſed non ſolus. In nullius enim oportet, vt ille ait, iurare verba magiſtri: vt ne in idē nos delabamur vitium, in quod Atticorum imitatores decurrerunt: quorum alij Lyſiani, alij Thucydidæi videri volebant: & dum vnū Lyſiam legerent, aut ſolum amarent Thucydidem, non aſſequebantur Atticam illam ſuauitatem: exangues, atq; exucci rerum explicatores: & exiles, atq; graciles nimium defenſores controuerſiarum. Craſſum potius, atq; Ciceronem imitemur: qui in Iſocrate ſuauitatem quæſiuerunt: in Lyſia, ſubtilitatem: in Hyperide, acumen: in Aeſchine, ſonum: vim verò, in Demoſthene. Ecce in Græcis deligerunt hi duo viri, & cum his etiam alij: in Græcis, inquam, aliena lingua loquentibus, quæſiuerunt, quod Athenis, & Rhodo Romam, & ad patrium ſermonem, tanquam legum tabulas tranſportarent. Nec̄ tamē dubium eſt: & conſtat, atq; apparet, in Bruto, Ciceronem etiam alios oratores, vt Craſſum, & Antonium, cognouiſſe. In veteratore etiam Catone, grauitatem, in laudando: acrimoniam, in vituperando: acumen, in ſententijs: ſubtilitatem, in argumentationibus annotaſſe. Et Carbonem cognouit Cicero: & in illo obſeruauit: quid canorum, quid volubile, quid acre, quid vehemens, quid dulce, quid facetum eſſet. Si conſuetudo ſequenda eſt, vt propoſuimus: cur nō hoc Ciceronis exemplum ſequamur: & in imi

Non unus tantum imitandus.

Attici quidā κακόζηλοι.

Craſſus, uel Cicero.

Quos Cicero cognouerit?

Discriminatio. tando libertatem amissam aliquorum iudicio, recuperemus? Sed aliud est imitari, quem sequaris: aliud opem extra ordinem ab aliquo accipere. Legendi igitur multi sunt, si non omnes possumus: vt cum opus, & necessariū erit: ad alios posſimus decurrere: quorum armis vtamur, si vsui sint: vel armorum materiam assumamus: ex qua nobis arma comparemus, & cudamus, atq; expoliamus.

Conclusio, et præceptum.

De consuetudine.

CAPVT. V.

Propositio alia, ex transione. TRia proposuimus imitanda esse: orationem, Actionem, Consuetudinem. De consuetudine, antequàm ad orationē, & Actionem veniamus, dicendum primo loco est. Sex igitur distributa in partes est consuetudo: cognitionem, lectionem, commentationem, scriptionem, declamationem, vsum. Cognitio autem, tametsi ab arte initiū faciat (cognoscenda enim artis dicendi præcepta sunt) tamen imitatorem prius doctrinā dicendi didicisse oportet, quàm æmulari alterum, & illum ipsum exprimere: & ueluti rursum viuum reddere, & quasi ab inferis reuocare. Sed rerum cognitarum memoria æmulatori opus est: vt, vel simul omnia, si sit necessarium, ad memoriam reuocet: vel præcipuorum recordetur: si id sit conducibile: vel vnius alicuius doctrinæ excellentis loci memineric:

Digestio.

Partitio τῶν ἰδεῶν.

1. *De cognitione.*

Memoria rerum cognitarum.

1. Cognitio
2. Lectio
3. Cōmentario
4. Scriptio
5. Declamatio

Consuetudinis

quem

quem proposita styli, aut dictionis requirit materia: idq; singulis dicendi, aut scribendi partibus. Non enim solum loquentem instituimus, ut antea dictum est, sed etiam scripturientem. Verùm id video fuisse in consuetudine, apud Romanos: vt eloquentiæ Studiosi, vno dicendi magistro de principio contenti essent. Hinc Herennij illa institutio, qui hac Cornificij doctrina contentus, hoc præceptore passus est absentem scriptis institui. Verùm non constitit in hac parte industria adolescentum: sed vlterius progressa, ijs quæ didicerant præceptis, sese efficiebant priuatis scriptionibus eruditiores. Hinc vetera Ciceronis, quæ appellabantur Rhetorica. In quibus quæ à Græco suo doctore Hermagora audierat, ea Latinis literis recoluit: vt firmior efficeretur eorum, quæ didicisset, recordatio. Alter hic fuit in arte perdiscenda gradus: quo cum altiorem esse viderent: neq; ab vno dicendi magistro omnia esse tradita, atq; ipsa orationis præcepta progressu ætatum amplificari, atq; emendari cepisse: præsertim philosophorum, & inprimis Aristotelis obseruata varia, & copiosa dicendi, atq; disserendi doctrina: ipsi senes, apud Græcos Rhetores, adiuti Philosophorum, & superiorum inuentis domi suis discipulis: & Romæ patres in suis Bibliothecis, atq; hortis, suis liberis alia tradiderunt consummatiora: non solum copia, & amplitudine: verum etiam contractione, atq; breuitate. Est enim duplex perspicuitatis in docēdo modus:

Consilium auctoris repetitum.

1. *Herennij institutio unius dicendi Magistri.*

2. *Vetera Ciceronis Rhetorica, de Inuentione.*

3. *Tertius gradus.*

Duplex perspicuitatis in docendo modus.

dus: quorum vnus consistit in breuitate, atq; enumeratione: alter in copia, & explicatione illustri, atq; ornata. ex qua consuetudine prodierunt Ciceronis Topica, & partitiones oratoriæ: quibus, nihil possit in hoc genere inueniri, vt ita cum nonnullis loquar, succinctius: & illi tres de oratore ornatissimi sermones: qui dignitate ne orationibus quidem videntur cedere. Aristotelica vnà cum Rhetoricis, sunt coniugata præcepta: sed ante se Cicero id à Græcis quoq; factitatum vidit: & Aristotelē, cum alios, tum etiam ad Alexandrum, si illius sunt: tum ad Theodecten libros confecisse Rhetoricos. Hæc vestiga insequi, & consectari, est aliis quàm similimos nos velle fieri: & nos cum emendare, atq; corrigere: tum inprimis vincere, atq; superare. Verùm hic tertius labor duplici ratione instituitur: quarum vna

Tertij laboris duplex ratio.

Συναγωγὴν, ἥτις καὶ συλλογὴ, καὶ συνάθροισις. Λογογραφίαν.

συναγωγὴν, collectionem appellamus, quæ est veluti quædam ex diuersis fundis frugum: sic ex libris, atq; Scriptoribus præceptorum, plena & varia comportatio. altera verò est *λογογραφία*: cum hæc ipsa comportata, & congesta, & distincta explicantur ornatius, vt illi tres de oratore libri: vel perpetua præceptione vnius magistri: vel interpellato sermone disceptationibus plurium inter se differentium. Quanquam, non astringo imitatorem hac posteriore ratione: si vtiliora habeat quibus se exerceat: aut si nihil possit inuentis adiungere & inuenire meliora. Prior tamen ratio retinenda est, congerendi: vt nos naturæ, & viribus nostris

ſtris memoriæ confirmandæ, aptiores conſi-
tiamus commentarios.

De Lectione. 2.

CAPVT. VI.

ATq; hæc de cognitione artis dicendi, nõ de illa omni doctrina, omnicq; genere monumentorum, atq; literarum: quam etiam requirimus. Nam quoniam ſapiens debet eſſe oratoriſ, atq; Scriptoris, oratio: oportet eam ex fontibus Philoſophiæ, quaſi per riuos ſapientiæ deriuari: vt quocunq; illa fluit, comites videatur habere, prudentiæ, atq; Scientiæ latices: vt bene literata, et bene erudita eſſe videatur. Atqui cognoſcendi duplex eſt modus, & bipartita via veterum fuit: vna audiendi Philoſophię, atq; omnis doctrinæ magiſtros: quam in hoc tempore, vt neceſſariam, laudamus: ſed non explicamus: vt ne intempeſtiuè prolixi ſimus: altera legendi, de qua breuiter, propoſitum eſt, aliqua exponere. Sunt autem legendi tres fines, vnus verborum, atq; ſermonis Latini: alter rerum, quarum ſcientiam volumus oratorem aliquem tenere: de qua Craſſus I. Sermone de oratore. Tertius tractationis, cuius obſeruatio in imitando perneceſſaria eſt. Ac quod in omnibus actionibus obſeruandum eſt: vt res non ſolũ agantur: verum etiam bene agantur: id quoq;

Tranſitio ad ſecundã partem Conſuetudinis, τῆς ἀναγνώσεως.

Partitio cognitionis. γνώσεως ἀκροατικὴ. Ἀναγνωστική.

Tres fines τῆς ἀναγνώσεως.

Præceptum Agendum, ſed benè.

hîc

hîc retinendum est: vt non solum librorum atq; Scriptorum omne genus legatur: sed ne quoq; legatur. Quomodo vero legendum sit, hîc placet attingere: sed paucis, non tam explicantes partes omnes, quam quasi rem vniuersam procul indicantes. Bene igitur is legit qui tripartitum hunc finem propositum habet, de quo diximus: & in vnoquoq; via, & ratione bona versabitur. Sed quoniam de consuetudine Poetarum, & oratorum, & literatorum hominū agimus: meminisse oportet veteris consuetudinis. Nam & ipsi domini legebant domi sibi quæ volebant: & illi item recitatores habebant, quos ἀναγνώστας more Græcorum etiam Romani appellabant, notato id ætatis etiam mulierculis vocabulo. Legentium verò, & recitantium duo erant genera, quorum vnum adhibebant, vel fatigatis nimio literarum intentu, atq; reflexu oculis: vel in scriptis, aut antea cognitis: vel ita facilibus atq; apertis: vt attentione acerrima non esset opus. ad quod adolescentes comparati erant, qui voce clara, & pronunciatione distincta præditi essent: qui animo satisfaciebant audientis heri, si aures illius nulla impeditione vocis, aut pronūciationis offenderentur. Sed alterum genus anagnostarum in reconditis literis adhibebatur, accersebatur, & scriptoribus difficilibus: quorùm officium erat, non solum recitare: verum etiam respondere posse ijs in locis, vbi hærebant, propter difficultatem, aut obscuritatem patrisfamilias. Erant enim

Propositio, περὶ τοῦ ἓν ἀναγινώσκειν.

Vetustus mos legendi.

Recitatores, ἀναγνῶσται.

serui

erui plericq́, quos Romani habebant recitato
es, docti, & eruditi artibus, & doctrinis litera
um, quibus etiam libertate donata vtebantur: vt Tyrone suo Cicero, quem canona suorum Scriptorum non verebatur nominare. ed hæc recitatorum facultas quondam Romanis magis, atq́ Græcis, quàm nostræ ætas, atq́ religionis hominibus fuit, propter seorum copiam, atq́ delectum: quã inopiam ocietate studiorum, quam συζήτησιν Græci vo- Societas studiorum, συζήτησις.
ant, compensare possumus. Voco. n. συζήτησιν, orundem studiorũ communicationem: quæ on solum ætate condiscipulorum æstiman- a est: sed etiam viribus, atq́ doctrina. Quan- uam fructuosum etiam est, in hac commuione esse, qui excellant doctrina, & industria, ræ cæteris: si horum qui excellent progres- s, tardiorum non impediatur imbecillitate. int igitur ὁμήλικες, vt Græci loquuntur, studiorum socij, sed ὁμοιομαθεῖς etiam, ijsdem stuijs atq́ doctrinis deuoti, dediti: & hi recitatos inter se distribuant: quod ea de qua iam egi us ratione in prandijs & cœnis, in ambulaonibus, & sermonibus recitent: mutatis, vt icitur, operis, propter oculorum refectionẽ, propter animorum relaxationẽ: quæ comaratur vicissitudine, & subsidijs sociorum.

De

De Tertia Ratione, quæ in *legendo est instituenda.*

CAPVT. VII.

Tertiæ rationis fines.

PRæter hanc bipartitam viam: quam vna distinctos fines tres habet: altera stributas legendi, atq; recitandi oper est etiam tertia proponenda: quæ du in partes secta est: quarum altera est intellige tiæ, altera custodiæ. Negligentis enim est le re, quod non intelligere studeas: & dissolu non conseruare, quæ semel sunt compara

I. *Intelligentia.*

Hanc virtutem νόησιν Græci vocant: quæ a maduersione imperfecta est, hoc est, attent ne: perficitur autem intellectu. vtranq; en vim hoc Græco verbo significari volum attendendi atq; intelligendi. Ac ratio hæc tribus illis pernecessaria est, de quibus an præcepimus: in verborum digestione: in re consignatione: in artificij obseruatione. Q nisi intelligenter pertractentur, neq; faculc vllam suppeditant, neq; scientiam pariu Quid enim dicam augere? intelligentia v acquiritur, vel nostrapte cogitatione, & co mentatione, in re vna obscuriore: vel inqu tione librorum, de eadem re: vel interroga ne magistrorum, aut eorum qui intellig melius, cum sociorum de quibus dictum tum etiam aliorum hominum. Sed in hac tione intelligendi, modum seruari volum

Modus & hic seruandus est.

ne

ne arbitremur, vel enucleatè omnia semper in
telligenda esse, vel nihil differendum in tem-
pus aliud. Quædam enim non intellecta, in
commentarios, tanquam cibi, & victus ad pe-
num, & ad cellas remittuntur. De intelligentia
hactenus, sequitur vt de custodia dicamus:
cuius pars vna est memoria: pars altera scri-
ptura, quæ quasi penuaria cella est memoriæ.
Est autem duplex memoria: vna totius & Eius pars pri
omnium, vt totius orationis, integræ narra- ma, ἡ μνημη.
tionis, plenæ argumentationis, confecti, atq;
perfecti loci communis. Altera verò, summæ,
& vniuersæ rei, quæ generatim, vt ita dicam,
mente concipitur, & scripto commendatur:
quæ non consistit in numero, aut magnitudi-
ne, aut tota explicatione: sed in breuitate, &
præcipuarum partium complexu. Vtrumq;
autem genus hoc memoria comprehensum re
tè Scriptis committitur. Sed ad hæc scriptura Pars secun-
factis crebris interuallis, perutilis est, & propè da, ἡ γραφη.
necessaria frequens reditio. Non enim, quæ
rumorum, eadem scriptorum est ratio, & na-
tura: pecuniæ enim vsus intermitti potest, &
tatere ipsa potest in loculis, quàm diu placitū
est domino: neq; cariem aut æruginem extime
scriptura desinunt esse nostra, & fiunt alio-
rum, nisi crebrò ad memoriam, tanquam sub
incudem, reuocentur. Vtilissimum autem est,
& id Græcos, atq; Romanos factitasse animad
vertimus, idemq; hosce, quod nos, statuisse,
fructuosissimum esse, omnia quæ audieris, le-
geris, quæsiueris, didiceris, cogitâris, librorum

II.
Custodia, φυλακη.

custodijs concredere, & ad hos tres fines, d
quibus diximus, dirigere. Vt enim tres fine
ita scriptorum tria extant volumina, Cras
Ciceronis, Antonij: vnum verborum, & for
mularum: alterum rerum, atq; doctrinarum
tertium exemplorum, non in oratoribus so
lùm, verum etiam in Poetis, in Historicis, i
dialogorum, siue sermonum confectionibu

De Commentatione, quæ pars tertia est in Consuetudine ueterum oratorum.

CAPVT. VIII.

Μελέτη, uel ἔννοια.

LOcum dedimus in consuetudine terti
Commentationi, quæ scriptionem, de
clamationem & vsum dicendi antece
dit, & viam patefacit ad operis accurati
& oratorij effectionē. Eam voco Xenophon
tis vocabulo ἔννοιαν, quo in principio histori
de Cyro vtitur. Oportet enim prius ἔννοια
ποιεῖσθαι, & cogitationem ad caussam applica
re, antequam, vel stylum in manus sumamus
vel ad declamationes, vel agendas caussas ac
cedamus. Huius partis munus est, omne ora
toris officium percurrere quinquepartitum
Inuentionis, Collocationis, Ornatus, Memo
riæ, Pronunciationis. Sed ex his quinq; prim
tria necessaria semper sunt: postrema non sem
per, sed tum demum, cum agendum est, v
serio

Quinque partitum oratoris officium commentationi subiectum.

ſeriò in cauſis ciuilibus, vel exercitationis cau ſa in ſcholarum vmbraculis. Inuentionem εὕρεσιν vocant Græci Rhetores: quæ non ſolũ eſt argumentorum, quibus fiunt concluſiones: verum etiam quæſtionum, ad quas hæ concluſiones referuntur. Nam in iudicijs, & concionibus, & curia cauſſæ deferuntur ad oratores, non ab ijs veſtigantur. ſed id in hac exercitatione non ſolet fieri: verum argumenta, id eſt, quæſtiones, & cauſſæ eæ maximè deligendæ ſunt, quæ ad oratoris facultatem, quã proximè accedere videbuntur. Omnis autem oratoris facultas tribus in rebus conſiſtit: vt doceat, vt delectet, vt flectat. Quamobrem quæſtiones deligendæ ſunt, quæ quàm maximè ſunt copioſæ tribus illis: ſiue ſententiarũ, vt Hermogenes vocat, ſiue propoſitionum, vt Ariſtoteles in Dialectica inuentione, ſiue argumentorum, vt idem Ariſtoteles in Rhetoricis nominat. Hæc enim ſunt quæ ab illis vocantur, ἔννοιαι, προτάσεις, πίστεις. Quanquam etiã oratorum erat multas cauſas reijcere, quæ ab alijs recipiebatur: & eas libenter ſuſcipiebant actiones, non quæ eſſent quæſtuoſiſsimæ, ſed quæ copioſiſsimæ ad dicendum, & inueniendam laudem Eloquentiæ. Itaq; Craſſus Norbani cauſam ad accuſandum, & Cicero Roſcij Amerini ad defendendum, ex omnibus quæſtionibus delegit. in quibus laudem ingenij adoleſcentes in prima acceſſione, aditu ad Rempub. inuenirent. Quod in foro faciebant, idem domi in hac exercitatione inſtituebant:

Inuentio.

Tres oratoriæ facultatis eſſe fines.

vt idoneam huic facultati comparandæ materiam inuenirent. Ac quanquam omnia huius generis, atq; loci argumenta ficta sunt: tamen ea ipsis potiora erant, quæ ad veritatem quã maximè accederent: & λόγον efficerent, vt Hermogenes vocat, ἔμψυχον, quasi ab animi sensu profectum. Quare Historiæ fabulis antepone bantur: & quæstiones magis placebant recentes, quàm vetustæ: & præsentes, quàm præteritæ causæ, atq; actiones gratiores erant. Cum verò tria sint quæstionum genera apud Aristotelem: vnum sermonis, & disputationis, dialecticum: alterum naturæ, Physicum: tertium morum, quod Ethicum, atq; politicum est. Postremum istud huius est instituti, in quo adolescentes versari, & exerceri oportet potissimum. Et cum hoc tres in partes distributum sit: quarum vna est fori, & iudiciorum, in litibus: alterum curiæ, & senatus, in consiliis: tertium concionum, in laudationibus: omnia hęc hisce exercitijs sunt vtilia. Sed veterũ populares istę conciones, & comitia, iam sublata sunt: & in horum locum Ecclesiasticæ conciones substitutæ, cum copiosissimæ ad dicendũ, tum ad exercendum fructuosissimæ, tum sanctissimæ ad viuendum. Has diligenter etiam atq; etiam ijs, qui eloquentiæ cupidi sunt, & Ciceronis studiosi commendandas esse putamus. Sit igitur pars hæc prima commentationis, quæ materiæ est, & quæstionis: pars altera cognitionis est, atq; inuentionis. Fuit autem duplex magnorum oratorum via in cognoscen-

Λόγος ἔμψυχος.

Tria quæstionum genera, 1. Top.

ἀθικὸν πρόβλημα triplex.

Ecclesiasticæ conciones.

Materiam sequitur cognitio.

scendis causis, quam Antonius indicauit 2. sermone de oratore: vna ἄτεχνον remota ab arte, quæ oratorem non ad libros, & rhetoricas artes ducebat: sed ad reos, quorum res agebatur, & quibus res notior erat: quàm ipsis esset oratoribus. Altera verò in arte insita, ἔντεχνον nominata ab Aristotele; in qua orator suis insistit vestigijs, & arte indice vtitur, & ab arte monetur & docetur de caussa tota. Nam tametsi in oratoris officio primum sit docere: discebant tamen prius oratores summi, & perfecti ab reis, priusquam Iudices docere incipe rent: nec pudebat eos prius à litigantibus totam causam cognoscere, quàm ad suam artē, atq; facultatē decurrerent. Et Cicero antequā Verrem in iudicium adduceret, in Siciliam profectus est: in omnibus ciuitatibus priuatim, atq; publicè conquisiuit, non solum crimina, sed etiam testimonia criminum. Et in Rosciana, fatetur se à Roscio Comœdo monitum de capite defensionis. Vt igitur summi & eximij oratores in veris causis, ab ipsis reis argumenta accipiebant: & cū reo disceptabant: & vnus orator tres personas sustinebat, Iudicis, accusatoris, & rei: sic in causis fictis Cicero nis instituto, & M. Antonij hortatu, ad histo- *Historia.* rias debemus confugere: & ab ipsis Iureconsultis nostrorum temporum causas, earumq; in vtrumq; partem firmamenta, & de ijsdem controuersijs facta iudicia accipere. Sed si Ciceronem sequi volumus, non solum in ciuilibus controuersijs exercenda dictio est: verum *Iureconsulti.*

etiam in Philosophicis quæstionibus temperatæ orationis forma, atq; figura consectanda: & à Græcis accipienda cum argumenta, tũ quæstiones, in quibus stylum, vt Cicero. exacuas. Verum hoc genus cum ethicum est, ad Theologorum homilias referendum est, & ad populi conciones redigendum, non modo argumentando, verum etiam monendo, castigando, consolando, laudando, concitando omni genere motuum. Materies tamen ipsa, & materiæ argumenta, & definitiones, & partitiones, & sententiæ ab Augustino, Hieronymo, similibusq; Scriptoribus mutuandę sunt, tanquam hastæ amentatæ, quas lacertis vibres, & iacias oratorum, & eloquentiæ.

De Inuestigatione Locorum.

CAPVT. IX.

HActenus de quæstionibus deligendis, & de reis audiendis, & de testimoniis colligendis, absq; artis ope, in illis, quæ ab Aristotele ἄτεχνα sunt appellata: in quibus orator non solum sua, quæ pro se faciunt, cognoscit: sed etiam aduersaria, quæ contra faciant, intelligit, & quæ sint, quæ iudici placitura sunt, videbit, & quæ futura ingrata sunt simul poterit deprehendere. Sequitur proprius oratoris thesaurus in arte recondituS, & arte depromendus ex receptaculis argumentorum, qui loci sunt eorum omnium, quibus

Loci oratorum, seu ἔντεχνα.

quibus sit fides. Sed non vnum est locorum genus, neq; Cicero mihi videtur vno contentus fuisse: sed omnes perlustrasse, & ex omnibus accepisse, quod ad docendum, delectandum, et flectendū facere videret. Verum vnū primum est, non solùm ordine, verum etiam dignitate, quod M. Antonius inprimis laudat, & absq; eo nihil arbitratur copiosè, nihil ornatè dici & tractari. Hoc genus tres in partes diuisum est ab ipso Aristotele: & ex Aristotele in oratoribus obseruatum: & in doctrina dicendi explicatum. Harum pars vna propria dialecticorum est ad docendum comparata, id est, πίστεις, vt Aristoteles vocat, τὰς ἐν τῷ λόγῳ continens, vt est locus Totius, vt totius notatio: & in ipsa notatione coniugata, vt totius partes, vt etiam cum totius, tum partium definitio, vt in definitione genus, vt differentia, vt horum omnium similia & dissimilia, vt comparata, vt causæ, vt antecedentia, consequentia & repugnantia, vt horum omnium effecta atq; euenta. His enim loci argumenta continent ad docendum directa: & in argumentationibus posita. Altera pars virtutes continet, & vitia & vitiorum virtutumq; locos, & personarum genera inter se virtutibus & vitijs distincta: ætatibus etiam & vitæ institutis, & sexu discriminata. Sed in his virtutis finis excellit maximè. Et quoniam nihil virtute est amabilius, nihil formosius, viris præsertim bonis atq; studiosis hominibus, finem huius generis statuit Aristoteles: & Crassus de

Loci τῶν πίστεων, ad docendum, prohandumq; accommodati.

Τὰ ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος.

lectationem: & positum potissimum est in p
sonis commendandis, & in colligendis gra
eorum qui audiunt. Sed quoniam de virtu
dicitur copiosius, atq; elegantius compar
tione vitiorum, oratoris officium est vtrum
genus considerare: neq; solum suarum, in m
dium adferre, virtutum significationes: ver
etiam in aduersarijs vitiorum attingere ind
cia. Hoc igitur genus à superiore differt: quo
illud superius dialecticum est, ex sensibus ar
disserendi deriuatum: istud verò alterum me
ratum est ex Philosophiæ ea parte sumptu
quæ de vitijs atq; virtutibus, & de moribu
Τὰ ἐν τῷ τὸν ἀνθρωπίνου διανοεῖσθαί πως. hominum est tradita. Tertium ex his duobu
efficitur. simulatq; enim animus eius qui a
dit doctus est de veritate causæ: & cum prim
personarum animaduertit virtutes, atq; viti
aut amare incipit, aut odisse, aut placari, a
prouocari ad iracundiam, aut fauere, aut in
dere, aut seuerè animaduertere, aut ignosce
aut aliqua ratione commoueri alia: qui mo
tus oratori moderandus est, ex ijs, quos Ar
stoteles tradidit, locis libro 2. Rhetoricorum
Epilogus locorum. Primum igitur genus rationis, & fidei est: alt
rum suauitatis, & delectationis: tertium mo
tus, atq; perturbationis. Sic igitur fecere Gra
ci, sic Latini perfecti oratores: & ex his locis
gumenta eruebant, & sententias, quas distri
buerunt, per totum orationis corpus: & qua
applicabant conclusionibus, locis commun
bus, amplificationibus, cæterisq; oratori
præclaris tractationibus, quas ἐργασίας nom
nant.

ant. Estigitur hoc primum genus locorum opiosum, atq; magno argumentorum appatu instructum, proprium Peripateticorum: accommodatum ad eas quæstiones quæ initæ vocantur: ex quibus oratoriæ demant θέσεις, atq; communes loci. Alterum est fitarum quæstionum, quæ ὑποθέσεις vocantur uſſarum trium in ludicijs, deliberationius, laudationibus: quarum quia certi fines nt, loci etiam certi sunt, vt in ludicijs, iustitię nt partes, & iuris, & æquitatis. In deliberaonibus vtilitates, quæ ad Rempub. pertient: necessitatis etiam, atq; facultatis: In lauibus honestatis, & insignium virtutum: liberalitatis, beneficentiæ, magnificētiæ, honoris, ignitatis, victoriæ, triumphi. quæ omnia uiusmodi sunt: vt ex primo genere locorum lo Aristotelico in hoc genus defluant, factis b oratore tanquam ex alti montis perenni onte, in prata, & campos oratorios, irriguis uulis, quibus ipsa humectetur oratoris ora-io. Tertium genus locorum est quæstionum roprium, atq; Statuum, quas στάσεις vocant, uarum certæ sunt, siue partes, siue loci, siue apita, à Græcis κεφάλαια appellata: quæ breui r quidem, & acutè, sed tamen vtiliter enume ata sunt in singulis Statibus: qui tanquam lueoli superiorum riuulorum, qui ex fonte Aristotelico diffluunt, neq; errare patiuntur ratorem ad prælia decurrentem. Neq; hoc rtium genus contemnendum est. Nam tanetsi M. Antonius, & Crassus contemnere vi

Primum eorum genus θετικόν.

Alterum ὑποθετικόν.

Tertium στατικόν.

deantur: tamen id fit magis cõmendatione p
mi generis, quod contemnebatur tum â R
toribus, quod adolescentibus esset comme
datũ, quibus illi tres dies erant tributi: & A
stoteles ipse secundi generis tradit doctrina
& huius tertij generis etiã habet iacta semi
Deniq; quod Cicero scripsit, notauit, suscep
peregit: id omne ei faciendũ est, qui Cicero
velit euadere quã similimus. Hi loci cuiusm
di sint meminerunt ij, qui me Hermogenẽ a
diuerunt explicantẽ: vt in coniectura volu
tas, facultas, adiuncta, caussæ interpretatio
vtramq; partẽ inuersa: probabilis facti rat
In definitione, verbi affirmatio, eiusdem ne
tio, definitio rei, definitio verbi, definitio c
traria alterius aduersariæ partis, partes itẽ
finitionis, ex primo locorum genere petit
qualitate proprij loci sunt, ius facti, & in eo
facto lex, negocium rei suscipiendæ, in cau
quæ vocantur πραγματικαὶ: vt in his omnib
qualitas, aut absoluta, aut assumpta. itẽ assu
tæ qualitatis partes, remotio, cõparatio, re
tio, deprecatio. In lege etiã spectantur loci p
prij, scripti, et volũtatis, ambigui, contrari
legũ, ratiocinationis. Translatio etiã in cont
tione actionis, quoties triũ statuũ defensio
destituimur. Atqui hi proprij sunt singulo
statuũ loci: tum illi sunt cõmunes loci om
statuum. Intentio, depulsio, testiũ postulat
communis locus, conclusio cum enumerat
ne, & amplificatione omnium, quantitase
aggerata, solitaria, & eadẽ comparata p ex
gera

Loci proprij, seu τὰ ἴδια λεγόμενα coniecturæ.

Definitionis.

Qualitatis τὰ ἐπιφάλαια.

Legitimarum constitutionum.

Loci communes.

ationem. Hæc enim omnia scire oportet: &
rũ omnium meminisse tum, cum vel com-
ntandum est, vel scribendum. Et eiusmodi
cero Antonium factitasse, & se idem insecu
sse, & imitatum esse fatetur. Quartũ genus
orum Epichirematũ est, quod continet se-
rerum attributa, quas περιστάσεις Græci vo
t, propterea quod ipsum statum circum-
nt veluti in procinctu, vt ipse status bono
esidio sit stipatus: vt factum siue negociũ,
utor facti, id est, ipsa persona: & loci perso-
um, item rerũ: vt locus, vt tempus, vt agen
modus, vt instrumenta, vt reliquæ faculta-
Hi enim loci sunt, quibus quasi pro viati-
vtimur ex omnibus superioribus oratoris
is atq; cellulis deprõpti tanq; ἐυπόριστα id est
paratu facilia quædã, ad confligendũ, arma.

Quartum genus locorum

ἐπιχειρηματικὸν, καὶ περιστατικόν.

De Delectu Argumentorum.

CAPVT. X.

NOn hæc primum ab Aristotele tradita,
& cæteris Græcorum artibus indicata
neq; deinde à Crasso, & Antonio repe-
tita sunt, vt non in cõmentando obser-
i debeant, neq; inuenta ista solum contem-
ndi causa: verum etiam exercendi, & vsus
tia: & in his incedere eum oportet gres-
us oratoris: qui Ciceronianus nomina-
& haberi velit. Neque prius decet vel sty-
n in manus sumere, vel vocem illam emit-
e in senatu, & Iudicijs, & hominum con-
gressibus:

Præceptum commentationis.

greſsibus: quàm hæc loca perluſtrarit: quo tempus ad commentandum dabitur: id q diligenter poſtulandum, atq; curandum collocandum diligenter. Nam in Cicer

Laus diligentiæ M. T. Ciceronis.

virtutibus multis, vna inprimis lauda eſt diligentia, præſertim in inquirendo, & ueſtigando, quibus fidem facias, vel ad c mouendum. Nihil enim tam inimicum quentiæ eſt, quã negligentia. Diligentia

Diligentiæ uis, in argumentorum inuentione, tripartita.

primum ſeſe explicat in argumentorum uentione: quam diuidimus tres in partes rum prima eſt ipſa inquiſitio, quam ζ vocamus: altera collectio, συλλογὴ: tertia ctus, quam verbo Ariſtotelico λῆψιν nom mus. Inquiſitio locorum eſt collectio nu copiæ, delectus bonitatis, ac ponderis a partitum illum oratoris finem, de quo dictum eſt, fidei, delectationis, & motus. I ſitio autem rectè inſtituitur à poſtremo l rum genere, quod περιεργατικὸν appellamus

Ζήτησις.

Cauſa Milonis.

in Miloniana, quid factum ſit? nempè cæ cuius? Clodij; à quo? à Milone: vbi? i Appia: Qua de cauſſa? odio, & inuidia M nis: vt accuſatores dicebant; vt autem Cl vim vi depelleret, vt inſidijs reſiſteret: quo do occidit? inermis, armatum, ſtipatum tibus, & ſeruis barbaris: ipſe in comitatu bens vxorem, & pueros ſymphoniacos: diani in equis: Milo in rheda. Deinde a

Περιεργάσης.

Κεφάλαια τῶν χάσεων.

ruum locos, poſteaquam hi diligenter p ſtrati erunt, tranſeundum eſt. Non licet h

n

n occidere: licet insidiatorem, & latronem Μετάληψις,
idere. Quæ argumenta sunt repulsionis, & ἐνθύμος.
litatis assumptiuæ. Sed in inquirendo, nõ Αντέγκλημα
m colligere debemus, quibus vti volu-
s, sed etiam quibus vti non placet. Ex quo Συγγνώμη.
d demanauit: Nec deprecaturi sumus,
rimen hoc nobis, propter præclara in
mpublicam merita condonetis: nec postu-
ri, vt, quia mors P. Clodij salus vestra fue-
ccirco eam virtuti Milonis potius, quàm
ouli Romani felicitati assignetis. Sin illius
diæ clariores hac luce fuerint: tum denic̃
ecrabo, ob testaborc̃ vos Iudices, si cætera
issimus, hoc saltem nobis vt relinquatur:
nimicorum audacia, telisc̃ vitam, vt im-
hẽ liceat defendere. Comparationem du-
em prætermit: positam tamen in inuentio-
qualitatem verò assumptiuam Relationis
msit. Itac̃ non solum quibus vti volu-
s: verum etiam quæ præterire placet, in in-
rendo sunt colligenda.

De quarta parte consuetudi-nis uctustæ, quæ est styli, atq; Scripturæ.

Tylum Cicero & artificem, & opificem, & effectorem, & magistrum, & perfectorẽ dicendi nominat. Apud Græcos insolens est translatio hæc: tametsi stylum pictorũ ἰδέα nominant. vocant tamen Græci hanc rationem

Γραφικὴ δύναμις.

ratione γραφικῆς δυνάμεως, scribendi scilicet
atq; facultate, non solum arte, verū etiam
suetudine, & exercitatione comparatā. M
tationi, atq; scriptioni subita dictio contr
quæ cū αὐτοσχεδιασμῷ, tum αὐτοσχεδιασ
cis dicitur, illiusq; facultatem αὐτοσχεδιασ
nominare possumus. Atq; hæc subitò d
di exercitatio rectè scribendi consuetudi
sequitur, non rectè antecedit: & hoc ve
Græci & Latini factitabant: vt non solu
ditata, & commentata, sed etiam scripta a
diciorum subsellia deportarent, & de scr
recitarent: quæ subitò non benè dici posse
tuebant: præsertim, si spacium temporis
datum esset memoriæ. Quamobrē Stylus
tionem subitam antecedebat, & ipsum sty
anteuertebat cōmentatio: ancilla tamē ip
styli, atq; scripturæ. Itaq; omnia quæ veli
tes, vel ambulantes commentati fuimus:
quæ cum amicis, & socijs studiorum con
siuimus: ea omnia ad acumen styli reuoc
sunt: & quæ loca, quorumue locorū argu
ta meditando mētis industria, atq; acie pe
rimus: eadem scribendo styli iudicio, atq;
tilitate struenda, oportet accersere & med
cogitanter tantū, scripta verò dumnotan
& scribuntur & iudicantur, etiam comp
oculis cernuntur, & recitata auribus me
tur, & quasi, vt Græci loquuntur, κριτηρίω
mi scilicet, & oculorum & aurium iudicij
bata in lucem proferuntur. Omnia igitur
supra præcepta sunt, in ipsa scriptione sun
tinend

Αὐτοσχεδιασμὸς, ἢ αὐτοσχεδίασις, contraria τῇ διανοίᾳ, καὶ γραφικῇ δυνάμει.

I. Consideratio temporis.

nenda: sunt enim communia illa omnium, d habet ipse tamen stylus propria quædam, uæ tradi, & seruari volunt. Nam tametsi ses- Sessio. o etiam commentantis: & sedendo animus ominis creditur ali à sapientia: tamen ambu- Ambulatio. tio sæpè meditationis acuit industriã: & po- est institui, atq; perfici absq; sessione, & corpo s quiete commentatio: id quod in scriptura ri non potest, nisi dictare placitum sit. sed ius scriptura animus exercendus est, quàm Scriptio. ctatione. Et commentatio nullum defini- Dictatio. m tempus habet: & in conuiuijs Græci, & atini commentationibus vacabant. Et L. rassus, vt est apud Ciceronem, in prooemio rm. III. tempus omne meridianum, in acerri- a & attentissima cogitatione posuit: & sena- Cogitatio s sæpenumerò, & iudicia tẽpus concedunt, Lectio. on solum cogitationibus, verum etiam le- ionibus. Et Cato aliquando in curia solitus Græcè legere. Stylus verò solitudinem re- Stilus solitu- uirit, & silentium: & saturitate langueſcit, & dinem, silen- uritione debilitatur, & lassitudine remitti- tium, et auro r, matutinis horis magis quàm cæteris, & re ram amat. ctis somno viribus ventriculo, neq; onusto plius neq; vacuo minus auroræ tempori- us gaudet: & prius scribendum est: quàm ambulationes veniatur. Sæpè enim ven- Venti. non minus, ac cibi & potus aciem mentis, Cibus, & styli acumen haberant. Sed hæc non eò præ- potus. pimus, quòd cætera tempora excludantur: nt enim aliquando necessaria. Sed aliud est gocijs impelli ad scribendũ: aliud stylo tem-

pus

pus idoneum deligere, quod quis dubitat
teres obseruasse eos: quorum fieri similes
cupiscimus? Sed tempus, si certum, & fa
tum scripturæ scire volumus, antemeridi
est, & auroræ. si aliud quod idoneum sit, q
cunq; animo gestit, idoneum est, vacuum
ris, solum à valetudinis, & morborum im
dimentis, & expeditis, atq; vacatis sensib
denique pro natura cuiusq; statuendum: &
nius ipse pater nunquam nisi potus ad a
prosiluit: sed tamen Homerus dormitans p
cauit, non peccauit vigilans, tametsi hu
etiam dormitationes suaues sunt ad obser
dum. Præter has voluntatis, & naturæ cæ
necessariæ sunt, de quibus modus nullus p

II. *Materiæ electio.*

scribi poterit. Post considerationem tem
ris, materiæ electio sequitur: quæ eade
scriptione est, quæ est in commentatione,
qua dictum est. In vtroq; enim tempore, &
gitandi, & scribendi materiæ eadem est cog
tio, idem argumentorum loci, argume
etiam eadem, eademq;, & electio, & reiectio
collocatio argumentorum. Denique om
quæ in commentatione cogitata sunt, &
stributa, eadem stylo sunt perpolienda. Ve
tamen quod ad materiam attinet, istud hu
etiam loci proprium est, quod imitatorem
solum noua facere: verum etiam vetera no
velim vestiri vestibus, & Græcas Demos

Græca Latinè reddenda.

nis, AEschinis, & Isocratis, Lysiæ, & Hyp
dis, & aliorum orationes palliatas, toga
atq; sagatas facere. Paraphrasibus bonor

orato

m orationes in eadem lingua explicando di
tare, aut alijs verbis commutare non laudo:
uicquid enim substituetur fiet deterius. Nã
oni oratoris est, & fuit illis ætatibus omniũ
ratorum, ita scribere: vt nihil additum, aut
bstractum, aut transpositũ potuisset effectũ
ous facere melius. At nec oratoribus solùm
dhibendus est stylus: verum etiam Poetis ac-
ommodandus: in quibus poterit fieri com-
utatio multis alijs vel assumtis, vel contra-
is, vel immutatis, non solum verbis atq; sen-
ntijs, verum rebus, quæ in exemplo, quod
ditari volumus, continentur: modo istud ta-
en ita fiat, vt res ipsa pati videatur: & vt fur-
m non appareat: aut si appareat, vel dele-
et suauiter, vel diu possessum, & quasi hære-
tate acceptum, & meliore ædificio construc-
um, nõ furtim ablatum esse appareat. Atq;
iam in Poetis scripturæ exercitatio illud ad-
ret adiumenti: vt & discrimen melius intelli-
atur: quod est in vtroq; scriptorum genere,
oratio ciuilis, atq; forensis, & senatoria, car-
inum notis, atq; numeris, oratorio numero
ero, & soluto fiat sonantior: & antiqua ver
a reuocentur ad consuetudinem quotidia-
sermonis, magna linguarum, & vtilitate
ropter copiam: & voluptate, propter erudi-
m, et artificiosam verbi vsurpationem. Con
rsiones igitur, hoc est, παραφράσεις in sermone
ieno oratorum concedimus: in eodem verò
rmone atq; lingua eadem, vetamus: & Poe-
rum tractatas sententias oratorum ornatu

Paraphrases in eadem lingua.

In Poetis cõmutatio quibus rationibus fiat?

Contrarias partes causarum suscipiendas.

variare facile patimur: & est vtile in hac pa
consuetudinis, quæ styli est: vtilissimum v
contrarias partes suscipere earum causaru
quæ sunt apud Demosthenem: & Cicero
vt accusare Milonẽ, defendere Clodium: co
tra domum Ciceronis disceptare, & aũgur
responsa tueri: & istud facere eò est facili
quòd in hac consuetudine exercitationis te
monia, argumenta, & signa, facta, & dicta
gere, atq; excogitare laudem ingenij habet,
que inuentionis. Et quanquam in eadem
gua eiusdemq; ciuitatis sermone, in orat
bono, atq; perfecto commutationes, atq; co
uersiones verborum tum singulorum, tu
collocatorum vetamus: tamen has ipsas in
storicorum concionibus inter se aduersan
concedimus. Aliud enim historicum dicen
genus est, aliud oratorium. Historici leger
bus scripserunt, atq; bibliothecis: oratores
runt causas audientibus. Et historicus offic
facit scriptoris boni, cum literatis viris plac
oratoris popularem orationem esse opor
& iudicari non doctrina, sed æstimari au
bus, & animis eorum, qui audiunt. vt in cu
ad senatum: in foro ad iudices: in concio
bus ad populũ. Itaq; Salustius, Cæsar, Liui
Tacitus, Thucydides, item Herodotus, & P
lybius, cęteriq; Historici multi, multa supp
tant vtilia, & iucunda, & copiosa ad styli ex
citationem. Optimum autem omnium est,
ad veritatem accommodatissimum: nost
ætatis causas tractare, & theologicas consi

Historicorũ ἀνμιγοφίαι.

re

te cõciones: quarum magnam copiam administrant Augustini Sermones, ad dilatandum ornatius, & Basilij, atq; Chrysostomi homiliæ, ad imitandum artificiosius: & nostra tempora grauissimas senserunt controuersias, primum contrarijs Scriptis exagitatas: deinde dijudicatas armorum viribus, & fortuna præliorum, & victoriarum casibus variatas: in quibus ingenij, & exercitationis non est periculum. sed partium odia vitanda sunt, quæ hasce cicatrices iniuriarum, & dolorum vulnera ad asperitatem, & dolorem nouum volunt refricari.

De diligentia adhibenda.

CAPVT. XII.

ATq; hæc de materia Styli, quam quinquepartitam fecimus. Sed vt omnia, sic etiam hæc pars requirit diligentiã: quæ, cum in omnibus dicendi partibus necessaria sit: tamẽ hanc veteres illi oratores præcipuè in scribendo, & styli exercitatione adhibebant. Quicquid enim scribitur, elaborandum est, vt id accuratum sit: sed à doctis intelligatur: ab indoctis sentiatur: non animaduertatur, qua ratione compositum sit. Est autem duplex diligentia: vna rei vniuersæ, in omnibus dicendi partibus, in omnibus conuersionibus, quæ ab ipso stylo delineantur: altera verò est concinnitatis, id est, figurarum, & ornamentorum. Vtraq; hæc virtus ἐυτριπέλεια esse

Diligentia, in scribendo præcipuè adhibenda.

Diligentia duplex.

Reiuniuersæ.
Concinnitatis.
Σχήματατῆς ἐπιμελείας, καὶ κάλλους.

dicitur. Sed illa prior vbiq; adhibenda est: altera autem in locis certis, quæ se sinent ornari oratorum ornamentis, verbis relatis, similiter cadentibus, aut desinentibus, contrarijs oppositis, membris paribus, & ijs ornamentis quæ insignem concinnitatem habent. Sit igitur præcipuum in præceptis: vt scribamus quàm diligentissimè omnia. Diligentia æstimatur neq; multitudine, neq; copia: sed constantia, & assiduitate: neq; celeritate, & festinatione: sed bonitate, & maturitate operis iudicanda est. Nam quod dicitur, quàm plurimum scribendum esse: verum id, & vtile est, & ad perfectionem perneccessarium: sed etiam quàm plurimum legendum est: tamen neq; plurima legenda sunt, neq; plurima scribenda, antequam posis, & antequam facultas scribendi sit comparata. Quod verò hîc multum dicitur id mensuratur non vlnis, neq; paginarum multitudine, neq; copia versuum: sed diligentia quotidiana, continuatione studij, bonitate, & perfectione, aut certè perficiendi cura, & solicitudine. Nam vt de principio huius exercitationis non requirimus, vt celeriter, & citò quis scribat: ita etiam non peto, vt multa, & varia eodem tempore: celeritas non bonitatem efficit, sed bonitas celeritatem parit: neq; celeritas facultatem, sed facultas celeritatem gignit. Quis verò diligentiæ modus sit, oportet enim modum omnibus in rebus inesse, is intelligi potest, qui sit ex ijs, quæ supra attigimus. Positus enim est in delectu, in appositione,

Plurimũ scribendum, & legendum.

Non plurima, antequã posis.

Diligentiæ modus.

ne, in detractione, in commutatione, in collocatione, in varietate. Hæc enim sex non solum in verbis, verum etiam in sententijs, & verborũ ornamentis sunt adhibenda. Multæ enim sententiæ & verba, & dicendi ornamenta optima sæpè deliguntur: quæ tamen cura, & consideratione, iudicioq; adhibito commutantur cum melioribus: & sæpè quæ in fine collocata placuerunt: ea translata in locum alium, magis placere solent, & multa reiecta, & commutata in primis, in postremis reuocata sæpenumerò gratiam concinnitatis, & copiæ laudem inueniunt. Hi sex modi optimum modum constituunt multitudinis, & diligentiæ, neq; patientur scriptorem celerius properare: quàm styli grauitas requirat, neq; tardius prorepere: quàm diligentiæ desideret vtilitas. Applicantur autem hi de quibus diximus modi, tum in tota oratione, tum in singulis eiusdem partibus, locis etiam communibus, atq; argumentationibus singulis, circuitionibus etiam singulis, quas periodos nominant. Quę verò res illæ sint, quibus omnia hęc sex accommodanda sunt, numero pauca, sunt communia omnium partium: quæcunq; illæ sunt in oratione: sententiæ scilicet, siue res ipsæ, quæ dicendo sunt indicandæ: tum sententiarum verba, tum verborum genera, atq; modi, tum ornamenta verborum, & sententiarum, tum membra, eaq; vel integra, vel incisa: tum in his omnibus compositio, quæ secum, & numerũ parit, & numerosè cadentes efficit causulas.

Μεταβολή. Μετάθεσις.

Octo singularum dicendi figurarum partes.

Septẽ dicendi formæ.
Σαφήνεια.
Μέγεθος.
Κάλλος.
Γοργότης.
Ἦθος.
Ἀλήθεια.
Δεινότης.

Hæc verò omnia ad eloquendi genus referenda sunt: vt cum ipsius orationis quàli specie, atq; figura, quam ἰδέαν vocant, conueniant. Itaq; ratio diligens habenda est perspicuitatis, vt ne quid sit obscurum: magnitudinis, ne quid minutum: pulchritudinis, vt ne quid deforme: celeritatis, vt ne quid ignauum, & tardum: affectionis, ne quid à moribus eorum de quibus disseritur, dicatur dissonum: veritatis, ne quid animo fictum: decori, ne quid ineptum esse dicatur. Sed quoniam magnitudo, nõ vno genere, & simplici forma constat, considerandæ illius sunt partes omnes: grauitas, vt ne quid leue: asperitas, vt ne quid nimis blandum, & adulans: acrimonia, vt ne quid in sceleribus remissum: splendor, vt ne quid humile: vigor, vt ne quid seniliter debile: coagmentatio, vt ne quid solitarium, atq; à subsidio inops sentiatur. & ipsa affectio, id est, moratum dicendi genus, id enim ἦθος dicitur, nũc simplicitatem requirit, vt ne quid contra decorum, callidum & versutum sit: nunc suauitatem, vt ne quid in moribus morosum: nunc acumen, ne quid stolidum: æquitatem, vt ne quid iniquum, & aduersus societatem hominum. Hæc quomodo exprimenda imitando sint: vt veterum orationibus appareant similia: tum exponemus: cum ad tertiam partem huius instituti peruentum erit, quæ est orationis. quæ pars plus præceptionum habet, & plus obseruationis: propterea quòd oculis nostris exposita est: cum duæ illæ primæ à sensi-

Magnitudinis partes.
Σεμνότης.
Τραχύτης.
Χροιᾶς.
Λαμπρότης.
Ἀκμή.
Περιβολή, καὶ μεγότης.

Morati generis partes.
Ἀφέλεια.
Γλυκύτης.
Δριμύτης.
Ἐπιείκεια.

bus

us noſtris ſublatæ ſint, actio ſcilicet ipſa ora- *Actio.*
orum, vt Demoſthenis, & AEſchinis: Craſsi,
Ciceronis: quæ auribus amplius percipi
on poteſt: & Conſuetudo, quæ qualis fuerit, *Conſuetudo.*
onie&tura intelligitur: monumentum verò
ullum reliquit, in quo appareat. In oratoni-
us autem, quæ hodie quidem adhuc extant,
pparet, cuiuſmodi ſummorum oratorum
erit oratio, & quæ dicendi genera, & horum
enerum laudes, atq; virtutes: & quales ſint
onciones hiſtoricorum. Placuit verò hæc de
ylo tradere: primùm vt conſuetudo exerci-
tionis oſtenderetur neceſſaria eſſe, ſi quæ ſit
eceſſaria: ut neceſſariũ eſt eſſe: deinde, vt faſti-
ium tolleretur: quod pleroſq; omnes à Sty-
o & ſcriptione oratorum deterret. Tollitur
utem, aut certè multum minuitur: cum ratio
la veterum cognoſcitur, quam illi in ſcriben-
o ſunt ſecuti.

De quarta parte conſuetudinis, *quæ eſt Declamandi,*

CAPVT. XIII.

CRedo ego verum eſſe: quod Seneca ſcri-
bit: Declamationis vocabulum ante Ci
ceronem vſitatum non fuiſſe: ſed ipſe Ci
cero, in Tuſculana prima quæſtione, *Quando in-*
ribit: neminem ſe diutius cauſas declamitaſ- *ſtituta decla-*
e: Neq; ante Ciceronem credo Ariſtotelicam *mandi exci-*
llam dicendi doctrinam Romæ quenquam *tatio.*
uiſſe ſecutum: tametſi eam Cicero, Lucio

Crassō, & Marco Antonio tribuat in trib
de Oratore Sermonibus. Sed inde à Cicero
vsq; ad Horatij,& Senecæ,& Plinij, & Qui
tiliani tempora:etiam post ætatem Quintili
ni vsq; ad Basilij,& Gregorij Nazianzeni te
pora,apud Græcos,& Romæ,apud Rheto
in Scholis fuit assidua:domi etiam colebatu
celebrabatur à locupletioribus ciuibus, qu
admodum à Lollio factitatum esse ostend
Horatius. Apud Græcos quidam tradideru
Demetrium Phalereum primum institui
hanc declamandi exercitationem. Sed consti
ante Demetrium non solum in concionibu
verum etiam in congressionibus familiari
Gorgiam Leontinum,& Protagoram Abd
riten, de quauis re proposita in vtramq; pa
tem subitò declamitasse. Et eiusmodi genus
rationis, vt est videre apud Platonē in The
teto, Μελέτας tum vocabant, quasi popul
res sermones, de omni re proposita confecto
argumentis probabilibus, quæ in vulgu
probarentur. Sed Latini Declamationes
vocare cæperunt: propterea quod in fict
huiusmodi causis ijdem adhibebantur clam
res:qui in veris vsurpandi sunt, hoc nomin
vocarunt. Græci verò prope ijsdem tempor
bus à cura,& diligentia styli,& commentatio
nibus,quæ præcedebant in hac consuetudin
μελέτας appellarunt. Est autem declamatio v
rarum causarum imitatio, actione adhibit
& voce & vocis moderatione vnà cum mot
& gestu corporis tali: qualem forenses caus

Gorgias Leōtinus.

Protagoras Abderites.

I.

Quibus nominibus appelletur?

Δημηγορίαι.

Μελέτη.

II.

Quid sit Declamatio?

desidē-

eſiderant. Declamationem Quintilianus eſſe
it forenſium actionum meditationem. Quā
efinitionem puto poſſe his verbis Græcè ex-
rimi: Μελέτη ῥητορικὴ ἄσκησίς ἐστιν ἐπιμελὴς λόγων
ὧν ἀγώνων. Quintilianus forenſes actiones, vt
edo, omnes vocat ciuiles controuerſias, ſiue
ori eæ ſint, ſiue curiæ, ſiue concionis. Trium
nim iſtarum quæſtionum commentatio eſt.
erùm, quod actionum dicit meditationem,
eò dictum eſt: quòd hæc exercitatio non ſi-
ntium propoſitum habet, neq; ſcriptionem:
ſtylus: ſed actionem, quæ eſt vocis, atq; cla-
orum, vultus, atq; oculorum, geſtusq;, &
otus venuſti corporis vniuerſi. vtiliſsima
mper hæc ratio habita fuit. Nam inde vſq;
Gorgia Leontino, ad Gregorij Nazianzeni,
Chryſoſtomi tempora in Rhetorum ſcho-
fuit concelebrata. Deinde in hac meditatio
, quæcunq; vel præcepta in Rhetorum li-
ris ſunt, vel lectione obſeruata, ad memoriā,
ad actionem reuocantur. Neq; enim mino-
m fructum eloquentiæ ſtudioſis ſubitum
ud dicendi genus in cauſis fictis, & in exerci-
tione ludicra adfert: quàm in diſciplina mi-
ari tyronum ad palum conflictatio, & aciei
ſtructio, & procurſiones per aliquot loco-
m ſpacia, & miſsiones iaculorum, quæ fiunt
ocul, & petitiones, quę cominus fiūt, militū
mbratiles. Itaq; qui in hiſce ſcholis, ſubitis
ctionibus non inexercitatus erit: is benè in-
uctus veniet ad docendum etiam ex tempo
ad doctorum virorum gymnaſia, neq; flo-

rentiſsimarum Academiarum iudicia extiſcet: & ad conciones populi, cætumq; Dei nō ſolum doctrinam, verum etiam actionē conuenient: madferet: neq; declamare in ſanctiſſimo conuentu diſcet: ſed Eccleſiæ cauſſas grauiſsimas docebit: agere ita, vt nihil fictum, nihil ſimulatum eſſe appareat. Hac exercitatione Demoſthenes naturæ ſuę vitia emendauit linguam expediuit, latera confirmauit, ſpiritū, & animā longiorem adeptus eſt, omnia ſumma in agendo eſt conſecutus: vt nemo maior, nemo perfectior auditus fuerit. Hac conſuetudine Cicero in Græcia, & in Aſia illius ætatis ſummorum virorum vocem, vultum, motumq; applicauit: vt qui Roma diſcedens Hortenſio videretur diſertior: is eodem reuerſus ſeſe viſus ſit ſuperaſſe eloquētia. Hac exercitatione induſtria quotidiana tres Philoſophi ab Athenienſibus Romā legati miſſi, aſſecuti ſunt non ſolū prudentiæ laudē: verū etiā eloquentię gloriā, vel oratorum maximorum Craſſi, & Antonij iudicio inuenerunt.

De Materia Declamationum.

CAPVT. XIIII.

III.

ἡ τῶν λαλιῶν ὕλη.

SEd de vtilitate hactenus: ſequitur, vt de materia declamationum noſtrā exponam ſententiā. Ac ſanè non ignoro, magnos tores etiā fabulas cōcedere huic exercitationi tragicas: præſertim de Aiace, Oedipo, Oreſte, Clytemneſtra, Medea, Iphigenia: nec horū improbo ſententiā, præſertim in ijs Tragœdijs quæ ad noſtram vſq; ætatem conſeruatæ ſunt.

ntinent enim & ſententias & exẽpla: & mo
magnos habent: quos in declamãdo pote-
usimitari. imò ad harum, quæ in manibus
minum ſunt, quæ extant exemplũ etiam, il-
uæ deſiderantur tractari poterunt. Sed ve
s ſimulata non eſt: neq; fallit ſpecie ſua: &
s mouet audientem, & dicentẽ facit actuo-
em. Itaq; dictatura L. Cornelij Syllæ, & C.
ſaris victoria, & poſt Victoriam clemen-
& mors Cn. Pompeij, & Catonis Vticen-
oluntaria nex, plus adferet ad animos eo-
qui audiunt cõmouendos: quã Ino, aut
phae, aut Deianira. Noſtra verò tempora *Noſtra tem-*
uiſſimas habuerunt controuerſias regulo *pora.*
,& nobilium, & rerumpublicarum, quæ
recõſultis cognitæ, atq; acceptæ latiſſimũ
pũ declamationibus apperient, vel ad ar-
mentandũ, vel ad commouendũ. Sed quo-
m mortuorũ hæ ſunt cauſę, ad quos nullus
us pertinet: qui nos ferire vehementer poſ
ta tractanda ſunt, vt cauſæ noſtrę fiant, aut
videantur. Fient, autem, & facimus no-
,ſi eum inuademus, qui contra nos in hac
citatione ſentiat, & factum accuſat, quod
defendimus, vt nos qui agimus, et de inge
ude cõtendimus in alterius facti iudicio,
ncertatione, de fama, & exiſtimatione la-
are videamur. Atq; hęc de materia ſatis pu
us expoſuiſſe: nunc de tẽpore dicamus, in IIII.
idem quod in ſtylo veteres factitarunt, & *De tempore.*
tidiè aliquid declamabant. Requirit enim
exercitiũ aſſiduitatẽ: & inepta eſt ſcholarũ

con-

consuetudo, toto anno vnam declamat
singulis mandare. Veteres non ita: singul
pè horæ quotidie habebant suas declama
culas: neq; difficilis erat hæc ratio: erat
modo bono, & ratione artificiosa instit
quæ optimis illis Eloquentiæ tẽporibus
vsurpata. In illa enim declamantium soci
erant, qui modò ab artis cognitione, & m
ria demissi, in hanc exercitationis arenam
mittebantur. Erant qui diutius in hac exe
ti facultatẽ adepti erant mediocrem. Era
tium genus eorum, quos & ætas iam, &
spub. euocabat, in quibus vis dicendi i
consuetudine tanta erat, quantam senatu
rum, & comitia & iudicia requirebant. H
bus generibus declamantium tempora d
guebant, officia præscribebãt scriptione,
mẽtatione, subita oratione, actione. Itaq;
citatis, & ferè perfectis ex tempore & me
ter dicendum erat: mediocribus sæpè d
aliquando triduum concedebant: de Sc
etiã aliqua his recitare permittebant. In
verò ordini plusculum dierũ, plusculum
scriptionis dabatur: adiuuabantur etiã
fectis huiusmodi ludi quæstionibus præ
stratis, partitionibus indicatis, argumen
tiam, atq; eorum coloribus suppeditati
antequã meditari inciperent, haberent,
subitò dicerent. Sciebant etiam hoc mod
hoc auxilio magistri, quid breuiter expe
dum esset, quid enumeratione percurre
aut distribuendum, & quid dilatandum
mo

ratione esset,& quid facto interuallo, aut
resione reuocandum, & quasi renouan-
m, ad docilitatem, atq; memoriam. Ex
ipso doctore etiam audiebant, quibus in
is sermo remissus,in quibus vox arguta,in
bus item motus grauiores, & contentio-
& vociferationes requirerentur. Hoc in-
uto & hac ratione bona ex re difficili facul-
m facilem comparabant: vt quotidie vel
re,vel audire,vel meditari liceret: neq; mi
,qui audiebant, quàm qui declamabant
lent perficere.

De postrema parte consuetudinis quæ erat actio.

CAPVT. XV.

Extremum locum dedimus in Consue-
tudine summorum oratorum actioni,
quã etiam pronunciationem nominant,
quæ est vocis. Nam actio ad motum vi-
r pertinere potissimum corporis. Græcè
nunciationem ἐξαγγελίαν nominare licet:si Ἐξαγγελία.
bum verbo placebit interpretari:actionẽ,
όκρισιν voces, de theatro vocabulum su- Ὑπόκρισις.
& comœdorum, & Tragœdorũ est:quo
ntur in fabularum partibus:quæ δράματα
ellantur: sunt enim actibus distinctæ Co-
diæ,atq; Tragœdiæ. Sed oratorum ἀγῶνας,
t,actiones veras esse oportet: & in veris
is oportet adhiberi, & oratorẽ ἀγωνιστικὸν
ius, quàm ὑποκριτικὸν videri volumus, vt
magis

magis à natura factus,& à causa impulsu
ab arte fictus , atq; compositus ad agen
progressus credatur esse. Et quoniam
duas in partes diuisa est,in vocem,& mo
quarum altera auribus excipitur, voxi
ter oculis cernitur , corporis motus: v
pars hac corporis priuata exemplis est
enim iudicia nostra ætate , & cæteræ cau
uiles huiusmodi actiones , neq; tales ac
habent : quales extiterunt doctissimis il
culis in Græcia Athenis,& in Latio Rom
plerunq; bona,atq; fortunæ , sanguis ,
vita hominum tribus aduocati verbis:
sæpe non pronunciatis , sed scripeis co
tur:vel ad salutē,vel ad perniciem : vsq;
vel seueri sumus,vel remissi vtramq; in
tem.Quapropter tres causę sunt,quamo
hac commoditate imitationis spoliatis
quarum vna est comitiorum , & senatus
suetudo vetus sublata, & noua suppos
qua diximus:altera,quòd oculi,& aures
pla desiderent : & oratores requirant ,
imitentur: propter hanc eandē , quam p
posuimus rationem , tertia etiam declam
consuetudo de Scholis vel sublata est ab
citatione,vel ita remota ab arte est: vt qu
gias pleraq; omnia habeas:quę imiteris p
nihil inuenias.Et quanquam hoc cōmod
stituti sumus : tamen in literarū monum
apparet, quid illi summi oratores eger
qualem actionē probauerint,& quas in
tes annotarint. Nā quoniam actionem i
co

Diuisio Actionis.

Tres causæ, cur hac commoditate imitationis spoliati simus.

m,& motum:& ipſum motum in geſtum to
us corporis,& vultum diuiſerunt:neceſſe eſt
conſuetudine declamandi,& in vſu ciuiliū
auſarum, de quo iam loquimur, horum
mnium,illos ſummam curā adhibuiſſe. Vo- *Vox tripar-*
m etiam tripartitam eſſe generibus inter ſe *tita.*
ntrarijs tradiderunt,acutā,& grauē: citam,
tardam:magnam,& paruam.Hanc quidem
rietatem in ipſis non auribus percipimus:
ærere tamen poſſumus in natura, & homi-
bus,& ab his accipere,atq; deligere:quæ ma
mè probabimus,& quæ naturis noſtris ſunt
nuenientiſsimæ.Hoc enim veteres, de qui-
s agimus,fecerunt:& vt ſummi eſſent opti-
orum,qui viuebant,virtutes ſecuti ſunt, vt
optimis optimam actionem conficerent.
em in altera partitione inferiore faciendum
:& animaduertere homines in quibus vox
lenis,aut aſpera:contracta,aut diffuſa: con-
ua ſpiritu vno, aut eodem ſpiritu, vel in-
miſſa,vel fracta,vel ſciſſa. Sic etiam obſer-
ndi ſunt, in quibus ſonus ſit vocis, vel
xus, vel attenuatus, vel inflatus, in qui-
s omnibus aut vitij aliquid apparet ad
tandum, aut virtutis ad æmulandum.Le-
mus tamen in Bruto Ciceronis, cuiuſmodi
terum Romanorum fuerit actio. De Car- *Carbonis*
ne enim dicit Cicero, quod canorus fue- *pronuncia-*
& volubilis orator. L. Cotta de indu- *tio.*
ia cum verbis, tum etiam ſono quaſi ru- *M. Antonij*
o perſequebatur, atq; imitabatur antiqui- *geſtus.*
em. In M. Antonio geſtus erat non verba

expri-

exprimens, sed sententijs congruens: ma
humeri, latera, supplosio pedis, status, i
sus, omnisq; motus cum verbis, sentent
Vox. consentiens. Vox permagna, verum sub
ca, in conquestionibus flebile quiddam
bens. In L. Crasso non multa iactatio cor
L. Crassi ge- ris, non inclinatio vocis, nulla inambula
stus. non crebra supplosio pedis: & in vocibus
torum, qui in vrbe nati erant, retinebat q
dam & resonabat vrbanius, quàm cæter
& sonus eorum erat sicut Atticorum. Et
dam eiusmodi erant, vt potius clamato
quā oratores viderentur. Alij fortes & a
S. Titij. scueri & vehementes actores erant: alij l
& hilari, atq; faceti. Sextus Titius solu
ita mollis in gestu erat, vt saltatio quæda
PAntistij. illo actore Titio nominata fuerit. P. An
actio paululum vicio vocis; tum etiam
M. Crassi. ptijs claudicabat. In M. Crasso animi ma
vocis parua contentio erat, omnia fere
P. Lentuli. militer, atq; vno modo dicerentur. In P. L
tulo corporis motus plenus, & artis, & v
C. Pisonis. statis: vocis & suauitas & magnitudo. C.
vultu & simulatione acutior, quàm erat,
Catuli. batur. In Catulo suauitas vocis, & lenis
Ciceronis latio. Et Cicero iuuenis omnia sine remi
iuuenis. ne, sine varietate, vi summa vocis, & to
corporis contentione dicebat: quæ omn
Asia, & Athenis post commutauerat: vt
pè mutatus Romam redierit. Nam vt
ipse scribit, nimia vocis contentio resede
Hortensij. quasi deferbuerat oratio. Hortensius ver
ac

ris & incensus & agens & sonorus in concur
hominum, foricq; strepitu orator.

IOANNIS STVRMII, DE IMITATIONE ORATORVM.

LIBER. II.

CAPVT. I.

Transitio.

INTER tres Eloquentiæ partes, quas imitari oportet, primo loco explicauimus, de cõsuetudine Græcorum, atq; Latinorum: deindè de Actione: sequitur Oratio, de qua deinceps exponendum est. Ac pri-

Propositio, de oratione

illa duo è conspectu nostro sublata sunt,

Comparatio superiorum duorum, cum oratione.

q; oculis amplius cerni, neq; auribus percipossunt: notari tamen possunt, & obseruari præceptis, atq; etiam in ipsis orationibus, iusmodi fuerit illorum actio, & qualis contudo audiendi, legendi, scribendi, comntandi, declamandi: etiamsi eos nec Athes videamus inter Philosophos considentes, c domi in Bibliothecis legentes, neq; in hetorũ officinis inter condiscipulos, neq; in ro, aut curia, in ipsis subsellijs. Oratio est quę rnitur, cuius partes & membra numeran-

Pars altera comparationis.

r: quæ quàm magna, & quàm parua sit con-

ſpicitur, aures etiam ipſæ noſtræ quaſi ſon
quendam ſentiunt in oratione, verbor
membrorum, conuerſionum: imò oratio
ipſius quaſi animæ ſentitur dulciſsimus q
dam motus, atq; concentus: corporis et
propè ſanguis, & oſſa comprehenduntur
ipſa cute orationis: detecta lumina omnia
tant in ipſa imagine: ipſæ etiam imagi
vmbræ, lumen quoddam obiiciunt ſenſib
quibus ipſius Eloquentię expreſſa forma,
figura eſt. Itaq; oratio nobis exemplum e
imitando ſeſe ex omni parte præbens per
cuum, & veluti ipſius Eloquentię defigura
ἀνεπαχθὴς verus eſt. At quas res habere de
Eloquentia, et orator ſummus, atq; perfec
Ars quidẽ ipſa dicendi oſtendit: at qualis
quentia & quanta extiterit in Demoſthe
aut Cicerone: eam totam illorũ demonſtr
orationes. Et quoniam hos duos oratores
bemus præcipuos, indicandum nobis eſt,
potius inueſtigandum: cuiusmodi ambor
dicendi genus fuerit.

Κατάστασις, Propoſitio inſequentiũ.

Quid Imitandum ſit.

CAPVT. II.

NAm ſi quis mè roget, quid potiſsim
imitandum ſit: reſpondebo, genus
cendi eſſe: quo orator oratorem ſu
ret: & quò cuiusq; dicendi genus p
ſtantiu

antius est, eò magis is ipse orator, reliquos o-
tores superabit. Si verò idem quærat, cuius
ratoris maximè genus orationis probetur?
hil hæsitans affirmabo, Ciceronis illud esse:
ua in sententia video meliorem esse partem
eratorũ hominum. Sed nõ vnum genus est
emplorum: quę imitari volumus: sed in tres
diuisum est partes. Primum enim est eorũ, qui inuenerunt aliquid, quod insigne sit: alte-
, qui id ipsum imitati sunt: tertium, qui hos
sos, approbauerunt, & æmulati sunt. Itaq;
t inuentorẽ imitati sunt, aut hos ipsos, qui
imi imitatores extiterunt sunt insecuti. Hæc
usa est, quod Hermogenes scribit, Homerũ
cuisse, quomodo manifesta, & deprehensa
imina lenienda sint: Herodotum verò, Ho-
erum in his ipsis imitatum esse: Homerus in
it, ἰδιδάξειν, ἡρόδοτος ἐμιμήσατο. Quem enim
o inuentorem nomino, eum magistrũ Her-
ogenes appellat. Tertiũ verò, qui imitato-
m insequitur: ἐπιζηλωτὴν voco. Itaq; veteres
oetæ antequam ars inuenta esset, Homeri
rsibus moniti sunt, quid facere deceat: &
erique omnes Homeri sunt exempla imita-
inter quos etiam Pindarus est: sed hic ipse
os habet, qui se imitari conati sunt. Et quis
n videt Virgilium, in AEneide Homerum
secutum esse? Sed tamen hic ipse multos
buit, & adhuc habet approbatores & æmu
ores. Nec; dubium est, Demosthenem mul
in sui temporis oratoribus obseruasse, quæ
se etiam vsurpauit: & hunc ipsum Cicero

Tria genera exemplorũ: quæ imitari uolumus.

Διδάσκαλος.

Ζηλωτὴς.

Homerus.

Pindarus.

Virgilius.

Demosthenes.

in multis ita imitatur, vt etiam enitatur s
rare, & superat certè aliquando. Quamob
ego, quoniam Latinus sermo nobis fam
Cicero. rior est, adhortor omnes, vt Ciceronem,
exemplo habeant, quem imitentur. Sed q
niam hæc etiam Demosthenes in suis ora
Adhortatio ad Ciceronis æmulationẽ. nibus propè impressit vestigia, Ciceronem
mò rectè imitari poterit: qui Demosthenis
cendi genus non approbauit, atq; est inse
tus, nisi alterum cum altero comparet.

An solus Cicero, aut Demosthen *Imitandus sit?*

CAPVT. III.

AT potest hîc quærere aliquis: an hi
imitandi sint: an non alij etiam m
multa, & præclara ornamenta habe
quibus nostra exornare possimus? (
istud negare possem? primum enim ver
id factitarunt. si enim (vt iam dictum est) H
Herodotus. merum Poetam secutus est Herodotus in
Thucydides. storia: cur non oratores ex Herodoto, & T
cydide assumerent, quod sit bellum, quo
vt furto & alieno, sed vt suo & proprio be
vtuntur. Nec; enim difficile est, in Hom
propè omnium virtutum exempla inuen
nis, collocationis, tractationis ostendere; q
in Cicerone, atq; Demosthene etiam que
indicari. Vt legi, & cognosci omnes, si fieri
si

,atq; omnia volumus: ita etiam nihil ab imi
tione remouemus, quod aptum sit: & ora-
onem efficiat, vel ornatam, vel literatam.
æc vna causa est, quamobrē non vno exem-
o, vnoq; autore contenti simus: altera est
iòd imitator neq; numero astringitur, neq;
agnitudini alligatur, neq; imitatio est rerum
rundem, sed similium, etiam imitatio est: Si
uod nimis longum est, facias breuius: quod
piosum efficias rarum: si quod plurium par
um est, ad pauciores contrahas: aut contra
bores, et pauca numerosa facias, & rara con
nses, & breuia amplies. Nam si numero, aut
agnitudine, aut ordine eodem æstimes imi-
toris officium: propè nihil inuenies apud
iceronem, quod sit Demosthenis: neq; apud
oratium], quod sit Pindari, neque apud
irgilium, quod Homeri esse videatur: præ-
paucos versus, quos propè ad verbum est
itatus, & à Grammaticis sunt annotati. Sed
ec sola in autoribus obseruare nugatorium
, & puerile. Latet imitatio, non extat: occul-
se, non detegit: neq; intelligi vult, nisi ab
udito.

Quarum sit rerum imitatio?

De genere dicendi Ciceronis.

CAPVT. IIII.

Ed reuertamur eò, vndè digressi sumus:
& genera dicendi exponamus illius, quē
imitari, & sequi volumus. Et optabile qui

dem esset: difficilem esse, in oratoribus, elec-

Qui nã oratores imitandi?

nem: si copia oratorũ esset magna. Nunc qu-
niam duo excellunt, sine controuersia: statu-
dum est, apud Græcos, Demosthenis dicen-
genus perfectum, atq; summum esse: apud L-
tinos, M. T. Ciceronis, vel potius apud vtr-
que vtrumq; dicendi genus esse amplecten-
Nã vtrumq; vel idem est, vel alterum alt-
ita simile, vt idem esse videatur: non singu-
partibus: sed vi, atq; effectione: officio ite-
atq; fine: quæ in oratore duo requiruntur:
alterum nunquam deserat: & semper offici-
faciat boni viri: alterum quò ad causa-

Propositiò, quod sit dicendi genus Ciceronis?

net, vt consequatur, flectat scilicet eum, qui
dit, & vincat aduersarium. Est igitur inue-
gandum nobis, quod nam genus dicendi
Ciceronis? Nisi enim id cognoscatur: frus-
omnis suscipietur imitatio. Neq; difficilis
huius quæstionis disquisitio, vel ipso auto-

Tres χαρακτῆρες τοῦ λόγου, & quidẽ principes.

quẽ probamus, Cicerone. Is enim omninò
statuit oratorem perfectum: qui de rebus m-
gnis, grauiter, de paruis, presse, deintermed-
temperatè dicere poterit. Ac quis est qui d-
tet: idem id conatum esse Ciceronẽ: quod a-
non veritus sit præscribere? Et quis ignor-
omnia Ciceronem quæ voluit, potuisse di-
do perficere? vt & grandis, & teres, & med-
cris eius esset oratio. Est igitur genus dice-
Ciceronis tribus ex hisce generibus compo-
tum: neq; vlla est oratio apud hunc Scrip-
rem: quæ hodie in manibus versetur ho-
num: in qua exempla non extent tripart-

huius

iius facultatis. Sed hæ tres figuræ orationis, uatuor requirunt perpetuas virtutes, quas Crassus, apud Ciceronem, Sermone. III. di-ndi modos vocat. Horum vnus est purita-:alter perspicuitatis: tertius ornatus: quar-s decori. Quæ partitio si vera est (vt certè)illud etiam constabit: genus dicendi Cice-nis id esse, quod ex tribus generibus dicendi mpositum, atq; temperatū, in omnibus par bus, Latinū, apertū, ornatum, aptumq; est.

Horum quatuor uirtutes.
ἀρεταὶ τοῦ λόγου.

De primo dicendi modo, qui est *Puritatis.*

CAPVT. V.

AC de his quatuor, cuiusmodi sint, breuiter exponamus: eo, quo proposuimus, ordine. Purus igitur modus est is: qui etiam Latinus dicitur. Ac tametsi hic æceptione contineatur puerili: tamē nostra as hac parte maximè laborat: neq; à barba-, suam potest ipsa puritas recuperare elegan m. In causa verò hæres mihi esse videntur: imùm, quod nō ea est Latinè loquendi con-etudo: quæ fuit apud Latinos, atq; Roma-s: neq; Græci sermonis vsus est: qui in Græcia ondā, atq; Attica fuit. Illis enim florentibus uitatibus atq; populis: sermo purus, atq; ima latus vnà cum ipsis ciuibus nascebatur, atq; ebatur. Et à parētibus pueri, & à nutricibus, qualibus, cōsuetudinis ῥῆba accipiebant, et

Causæ studij τῆς καθαρότητος, Λατινισμοῦ, καὶ Ἑλληνισμοῦ.

sententiarum formulas. His enim duobus
ximè constat puritas, atq; castimonia sermo
nis Latini. Volumus enim, vt virginem
Causa altera. orationem castam esse: quæ Cicerone dig
videatur. Altera causa est impuritatis, qu
Eloquentiæ studium paucos habuit nos
seculo cultores: & hi ipsi ad pauciores red
sunt, qui etiam langueſcere hoc studio i
piunt, propter contemtionem rei optim
Quot enim fuerunt à Longolio, & Bembo
Sadoleto: aut quòt sunt adhuc reliqui,
Tertia. huic laudi dediti sunt? Ad has duas causas
damus etiam tertiam; quòd omnes artes,
disciplinæ ita corruptæ sint: vt etiam ve
illorum amiserint: qui eas inuenerunt: n
Græcorum solum, verum etiam Latinor
vt illæ τεχνικαὶ, artificum, atq; διδασκαλικαὶ,
ctrinarum, & δογματικαὶ, dogmatum & opi
num, placitorum: quæ vocantur λέξεις: aut
lè, & corruptè translatę sint: aut cum genti
& barbararum nationum vocabulis sinto
mutata: quæ verba, atq; vocabula ἐθνικὰ
cantur ab Hermogene. Taceo monstra q
dam verborum: quibus Scholæ person
Hæc corruptela emendanda industria est:
ad originem suam, verborum delectus er
Ennius. uocandus. Quot enim fuerunt, apud Enn
Plautus. quot adhuc apud Plautum sunt, tum no
na, tum verba, atq; etiam quot sententian
formæ, & modi: quorum vsus esse desie
non modo apud oratores, verum etiam in
pulo, & in quotidiana loquendi consuet
nc

et. Sed ex Plinio, & Varrone etiam intelligi *Plinius.*
oteſt ruſticorum, & artificum vocabula fuiſ- *Varro.*
e permulta, quæ in oratorum delectu non re-
eriuntur extitiſſe. Ergò, quoniam origo Elo-
uentiæ verborum delectus eſt: comparanda *Præceptum,*
obis eſt verborum elegantiſsima ſupellex, *in copia, de*
& quaſi mundus inſtruendus puriſsimi ſermo *lectus inſtitu-*
is, & dictionis oratoriæ. Hæc copia colligen *endus.*
a eſt primùm, ex eo, quem imitandum duxi-
nus, Cicerone: cuius tum orationes, tum vo- *Cicero.*
umina Philoſophica, tum Epiſtolarum libri
mnes poterit oratorię penus cellulas inſtrue
e: quæ in hoc oratore deſiderantur, ea conqui
enda ſunt primùm ex Cæſare, & Salluſtio, *Cæſar.*
einde Varrone, Catone: quibus duobus Pli *Salluſtius.*
ium etiam adiungemus vtrumq; Liuius e- *Varro.*
am multa ſuppeditabit, & Ius ciuile: Lucre- *Cato.*
ius etiam, & Tibullus, & Terentius, & Plau- *Plinius.*
us, & ex poſterioribus Poetis, Virgilius, atq; *Liuius.*
loratius: cæteri etiam Hiſtorici, & Poetæ iu- *Ius ciuile.*
icio adhibito augere, atq; complere Theſau- *Poetæ.*
um Latinę linguæ poterunt. Sed in omnibus *Hiſtorici.*
is diſtinguenda ſunt oratoria, ab Hiſtoricis: *Diſtinguen-*
hiſtorica, à Poeticis; & antiquata, ab vſita- *da oratoria,*
s: & nouata, à repudiatis, & nunquam reuo- *ab alijs, &c.*
atis ad conſuetudinem: non quòd vti illis nõ
ceat: ſed vt ne fœdent, ſi nimia ſint, ſermonis
uritatem, & vt vtamur illis, vel autoritatis
uſa: vel lepôris gratia: vel etiam propter ne-
ſsitudinem aliquam. Neq; colligere iſta, &
ngregare eſt ſatis: ſed redigenda in naturæ
rdinem ſunt: & principium vel à diuinis, &

cælestibus sumendum: inde ad mundum in
riorem descendendum: & naturæ series est
stituēda, in his omnibus: & mundi totius co
sideranda cōstitutio: & genus animaliū om
percurrendū: quæ in aere volitant: quæ in te
ris repunt, atq; incedunt: quæ natant, & fl
ctuant in mari. Quæ omnia, quoniā homi
causa creata sunt, homo ipse diligenter intu
spiciendus est: qui artes, & disciplinas inuen
& excoluit: qui ciuitates cōdidit, atq; instit
cuius variæ sunt, & multiplices actiones cu
animi, tum corporis: siue quas secum instit
siue quas cū alijs cōmunicat. Hæc enim om
in ordinem redacta secum adferent varia v
ba, cum singula, tum coniuncta: & in ipsis v
bis antecedentia quædam ostendent, & qu
dam consequentia, & alia his ipsis interpo
ta, cognata etiam, & affinia, & eodem pe
nentia, & propè idem significantia. Euius
di digestio copiam suppeditat: facultatem
cendi parit: & vnà cum verbis rerum qu
que gignit partitionem, atq; doctrinam: v
ornata, & sapiens videri possit oratio. M
gnam in delectu, & vsu verborum dilige
tiam, & curā adhibuerunt etiam hi ipsi, qu
imitamur: & quidem iam ætate propè
fecta. Apparet enim diu Ciceronem apu
disceptasse, quomodo Græcum verbum
ρον verteret: dubitauit etiam aliquando, s
nere ne remos, an inhibere dicendum esset
prehendit Tyronem libertum: quòd fidel
valetudini inseruiendum dixisset. Græco

Vtilitas digestionis.

Ἀπυρολογίαν.

voca

ocabulum οὐσίαν, naturam vertit, nunquam
ubstantiam, & ipsas περιστάσεις, rerum attribu-
, & attributiones maluit appellare, quàm cir- *Barbaries*
umstantias. At hoc seculo, hisce nostris mo- *nostri seculi.*
ibus, quanta licentia, & temeritas, & barba-
es? ne quidem in diuinis rebus, & doctrina
cra abstinent à sordibus vocabulorum: & in
arbarie simplicitatem esse purant scholastici
omines: obliti aut non animaduertentes,
uomodo Apostoli, & Prophetæ, Basilius,
hrysostomus, Gregorius Nazianzenus sint
cuti: qui multis in locis grauitate, atq; digni-
te cum rerum, tum sententiarum Græcos
ratores superant. Medici etiam Arabicè ma-
nt, quàm Latinè loqui. Idem error etiam lu-
sconsultorum est. Sublata est omnis electio
erborum: & in locum Latinorum substituta
arbara: pro puris sordida: pro significanti-
us obscurà, in vsum reuocata sunt, depulsa
suo fundo omnis elegantia.

De secundo dicendi modo, qui est perspicuitatis.

CAPVT. VI.

Crassus ferè hęc omnia apud Ciceronẽ de oratione pura indicauit, Quæ tamet si puerili doctrina fateatur cõtineri: quę est Grammaticorũ: tamen huiusmodi t, vt absq; his oratio laudari nõ possit. Et hęc sa nostra ętate, et superiorib. ꝓximis, negle-

cta:

Εναργεια, perspicuitas.

Vitia perspicuitati contraria.

cta: ostendunt quantam protulerint scripto barbariem. Sequitur alter modus, qui est pe spicuitatis, quem Græci ἐναργειαν nomina vt tunc demum oratio videatur esse pers cua: cum non solum intelligitur quid dicat sed etiã quale sit id, quod dicitur, quantum sit, & quorsum pertineat animaduertitur. N enim satis est intelligi quod dicitur: sed etia benè intelligi vult orator, siue scriptor, quib dari cupit. Perspicua fit oratio, si vitia, quæ gienda sunt, vitentur: cuiusmodi illa sunt, q apud Græcos vocantur ἄχρηστα, ἄκυρα, non p pria, nec significantia, ὁμώνυμα, ꝙquiuoca: ἀ βολα, ambigua: παλίντροπα, malè conuersa: μα πωλα, nimium circumducta: ὑπέρβατα, verba mium traiecta, & dissipata: ἀντιστραμμένα, pe turbata, atq; inuersa, ἄτακτα, non rectè colloc ta. Vsitata enim verba eligenda sunt, & pr priè significantia, id est, κύρια: certa, συνώνυ nõ ambigua: ἔνσημα, significantia: ἐυκατάστρ bene conuersa, non longioribus membr atq; conuersionibus (periodis) quàm neces rium sit circumducta: non traiectis, siue diss ptis sententijs: non inuersis, sed benè collo tis, atq; dispositis sententijs, earumq; vocab lis. Sed cum hæc diligenter obseruata sunt: duæ res potissimum animaduertendæ su quarum prima est: num quid desit, ad iudic tionem? altera, num quid ad animi motu desideretur? His enim clara, & perspicua fi tur oratio. Et vt cognoscatur, quid velim

exemplo

xemplo demonſtrabimus, quid in imitatore equiramus, qui puritate, atq; claritate cum Cicerone velit contendere, aut etiam cum Demoſthene: quorum amborum eadem fuit ratio ſcribendi, atq; dicendi. Quis neget primam conuerſionem, in Quintiana, intelligenter eſſe confectam? Quæ res in ciuitate duæ plurimũ poſſunt: hæc contra nos ambæ faciunt, in hoc tempore: ſumma gratia, & eloquentia. Apertum eſt quod dicitur hoc modo: ſed requirat aliud orator. Et quoniam inter ſe plurimũ differunt gratia, & eloquentia: voluit vt, quo modo iſta duo inter ſe diſtincta eſſent, Aquinus poſſet dijudicare: itaq; addidit: quarum alteram, vereor: alteram metuo. Acuta hęc erat, & propè Stoica diſtinctio, metus & pudoris: vt omnes Dialecticæ διαιρέσεις, in rebus differentibus, aliquid obſcuritatis habent. Idcirco opus erat explicatione: vt ſententia efficeretur clarior: & dijudicari hæc poſſent. Eloquentia D. Hortenſij, ne me dicendo impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex. Næuij, ne P. Quinctio noceat: id verò non mediocriter extimeo. Nihil videtur ad hanc lucem addi poſſe. Et hæc ipſa lux non ſatisfecit oratori, intelligi vt, atq; dijudicari, quomodo inter ſe differant, videri, vt queat: ſed quanta etiam eſſent, voluit conſpici, atq; extare oculis iudicum. Nec hoc tempore querendum videretur: hęc ſumma in illis eſſe: ſi in nobis ſaltem eſſent mediocria. Atq; etiam iſtud habuit aliquid nubeculæ, quæ erat diſcutienda: vt ſerenitas quaſi cæli,

Prima conuerſio in cauſa Quintiana.

Διαίρησις ἐνηνιῶς.

Αἰσχύνεσθαι.

Φοβεῖσθαι.

Comparatio in conquestione.

cæli, sic sententiæ posint perspici. Verum i
se res habet, vt ego qui nec vsu satis, & ing
nio parum possum: cum patrono diserti sim
comparer: P. Quintius, cui tenues opes, nul
» facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cu
» aduersario gratiosissimo contendat. Hæc i
» modo cognoscere: est intelligere, & dnudic

Quatuor genera orationis dilucidæ.

re: & quanta res sit propè plenè perspicere. V
rum non vnum genus est orationis dilucid
Vnum enim simplex est, in narrando: alter
acutum, in distinguendo, aut argumentand
tertium suaue, in conciliando: quartum g
ue, in commouendo. Simplex voco, in q

Απλοειῶ, ἢ ψι λὸν, τοῦ διηγήματος.

res exponitur nuda, nullis assumtis rebus
traneis, & sententijs, quæ ambitū faciunt p
lixiorem verborum: quod genus in breuit
positum: ordine & collocatione conseruat
» Huiusmodi illud est pro A. Cluentio. Lari
» quędam fuit Dinea, socrus Oppianici, quæ
» lios habuit Magium, & Numerium Auri
» & Cn. Magium, & filiam Magiam, nupt
» Oppianico. M. Aurius adolescentulus be
» Italico captus apud Asculum, in Q. Sergij
» natoris eius, qui interficarios damnatos
» manus incidit, & apud eum fuit in ergastu
» Numerius autem Aurius frater eius mort
» est, hæredemq; Cn. Magium fratrem suum
» liquit. Postea Magia vxor Oppianici mor
» est. Postremò vnus qui reliquus erat Dine
» lius. C. Magius est mortuus, is fecit hæred
» illum adolescentem Oppianicum, sororis
» filium: eumq; partiri cum Dinea matre ius

Nihil

Nihil hac expositione potest esse simplicius, nullis vel impeditis, vel traiectis, vel interpositis sententijs, & cõprehensionibus verborũ prouibus: sententiæ per se apertæ sunt è media consuetudine sumtæ, nequaquã recondita aliqua obscura intelligentia. In distinctionibus etiam rerum differentium, & in argumentationibus acutis diligenter considerandum est, quomodo Cicero atq; Demosthenes perspicuitatem assequantur. Est enim hoc genus per se propter acumẽ acutũ: idcirco opus habet illustratione. Huius exemplũ est, quod supra posuimus, ex Quintiana oratione, pro Q. Hortensij eloquẽtia, & gratia Sex. Nęuij: quo nihil relictũ est claritatis. Illud vero in Verrina prima, acutius est atq; subtilius: tamẽ distinctione verborum propriorũ, lumen etiã habet diluciditatis. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset, eos omnes sese hoc vno prætore per trienniũ pertulisse. Genus verborum immutationẽ habet, quam Hypallagen vocant: sed nota Romanis est. Illud verò in Quintiana mediũ tenet inter hæc duo: & est argumẽto sius: Etenim si veritas, amicitia, pietate propinquitas, fide societas tuitur: necesse est qui amicum, socium, affinẽ, bona atq; fortunis spoliare conatus est: vanũ & impium & perfidiosum esse fateatur. Hoc genus argumentationis enthymematicũ est: propterea aliqua ex parte subtile: Illud verò explicatius, pro Rosc. Comœdo: Quære quasi

Ἀριμὸν ἐν τῷ διαιρίνεσθαι καὶ συλλογίζεσθαι.

In Diuinatione.

Ἰδιότης τῶν λέξεων παρὰ διαγολήν.

In Quintiana.

Genus argumentationis ἐνθυμηματικόν.

quasi absolutus: quia erat summa innocen
» & integritate. quid enim est factum? Ve
» domum vltrò Roscij: satisfeciſti: quod tem
» commisisses iudicium, vt denunciaret, ro
» sti vt ignosceret: te affuturum negasti: deb
» tibi ex societate nihil clamitasti. Iudici hic
» nunciauit: absolutus est. tamen fraudis, ac
Ηθικὸν, καὶ συγχυτικόν. ti mentionem facere? Tertium genus per
cuitatis in suauitate considerandum est, id
in conciliando nobis iudice, aut eodem a
lienando ab aduersario: cuiusmodi est illa
nia, & cauillatio in Quintiana, quæ cogi
Næuij exprimit, cum tamen nihil obscu
» sit hominum cogitationibus. Huic tu m
» stus esse, videlicet noluisti: est propositio i
» ca. quem nunc respirare liberè non sinis: qu
» nunc interficere nefariè cupis: eũ tum imp
» denter appellare nolebas. Ita credo: homi
» propinquum, tui obseruantem, virum bo
» prudentem, maiorem natu, nolebas, aut
» audebas appellare, sæpè, vt fit, cum te ipse
» firmasses: cum statuisses de pecunia, men
» nem facere: cum paratus, meditatusq; v
» ses: homo timidus, virginali verecundia,
» tò ipse retinebas: excidebat repentè oratio
» cuperes appellare, non audebas: ne id in
» audiret: id erat profecto, credamus hoc
» Næuium, cuius caput oppugnet, eius
» bus peperciſſe. Suaue istud est morum ex
» sione, & quasi cogitationum repræsent
» ne: & perspicua est suauitas, non secus flu
» quàm amnis limpidissimus, cuius piscic

vid

ideri & numerari queant. Quartum genus παθητικὸν.
aue est commouendo, & potius ad ornatū,
ad quartum modum pertinet, quàm ad sub
itatem, aut mediocritatem: vt illud in VI.
errina. Nego in Sicilia tota, tam locuplete, „
m vetere prouincia, tot oppidis, tot fami- „
s, tā copiosis, vllum argenteum vas, vllum „
orinthium, vllum Deliacum fuisse, nego „
lam gemmam, vllam margaritam, aut quic „
iam ex auro, aut ebore factum, nego signū „
lum æneum, marmoreum, eburneum, nego „
lam picturam, neq; in tabulis, neq; textilem „
isse: quin quæsierit, inspexerit, quod placitū „
abstulerit. Neminem esse puto, quin vi-
at, & Latinam istam orationem esse & pla-
m: quæ duæ perpetuæ virtutes sunt in di-
ndo, aut esse debent. Sed præter has duas lau
s, etiam ornatum habet, eumq; compara-
m cum verborum tractatione, & grauitate,
m rerum delectu atq; enumeratione earum,
æ iudicum animos facilè ad iracundiam,
q; sæuitiam excitare poterant.

De III. Dicendi genere, vel *modo, qui erat ornatus.*

CAPVT. VII.

VPeriores duo modi omnium scriptorū
sunt, & proprij subtilitatis, atq; exilitatis:
tertius vero, qui est ornatè dicendi orato-

Quis uerus ornatus oratorius?

rum est proprius, & eloquentiæ singulare
nus. Eum vero ornatum voco, non qui
tidianam sectetur mundiciem, & elegan
quandam quasi domesticæ supdellectilis,
veluti mundi muliebris instructum: sed
qui efficit, vt oratorem homines extimes
ad quem obstupescant, quem admirentur,
quem exclament, quem non hominem, sed
uinum virum, propter eloquentiam, & v
dicendi esse arbitrentur. Hic verò ornatus
modi esse debet: vt ipse orator omnia qu
vita sunt, aut ad vitam necessaria, atq; ho
sita, inuestigata, interrogata, lecta, disce
agitata, atq; contracta, habere atq; tenere
deatur: vt & vir optimus, & patronus cau
sapientissimus habeatur. Furor enim
quentia est: si probitate & sapientia careat
rum requirens bonum, prudentem, exper
tem, magnis doctrinis instructum, qui re
sit, non autem esse videatur: hisce duabus
natus virtutibus: vt armis eloquentiæ ad
tem patriæ, & ciuitatis amplitudinẽ, vti
sit, & quoties necessariũ sit vtatur. Sed hic

Ornatus sit aptus, & cõgruens rebus, &c.

natus aptus, & conueniens esse debet reb
personis, locis, temporibus: tres secum a
rens commoditates: quarum vna est suau
tis: vt quàm maxime iucũda sit oratio: al
fidei, vt quàm maximè in eorum sensus, a
mosq; qui audiuerint & iudicabunt, infl
Tertia prudentiæ, vt quàm pluribus rebu
instructa: vt ex ipsis fontibus Philosophiæ
fluxisse ab hominibus eruditis & literatis
maduer

aduertatur. Et quanquam ornatū eum esse iximus: qui oratorem efficiat admirabilem, quasi deum in populo: tamen ex tribus illis cendi generibus, nō solum illud graue, atq; blime, ornatum omnē recipit modo aptū: detiam illud mediocre sua habet ornamen- verborum, atq; sententiarū conuenientia: men tenue etiam illud atq; exile, quod dici- r suam quoq; requirit elegantiam, cum ver- orum, tum sententiarum. cuiusmodi extat Demosthenis oratione, qua Leptinæ legem rogat: & in Ciceronis Cecinnana defensi- ne, acutis quidem sententijs, atq; argumenta onibus, sed ijsdem etiam explicatis, & illu- ratis ijs in locis, in quibus res ipsa lumen re- uirebat: quæ erat vel amplificanda, vel exte- uanda. Quamobrem in his tribus generibus uale fuerit Demosthenis, aut Ciceronis di- ndi genus: & quibus ex partibus confectū : & quas res singulæ partes, quas virtutes ntineant, vel proprias: vel cum alijs com- unes: diligenter considerandæ sunt ei, qui emosthenicus, atq; Atticus, aut Ciceronia- us, atq; Latinus haberi & esse cupiat. Hoc e- m Cicero, atq; Demosthenes cum paucis ijs à cæteris differebant: quod in singulis his ibus generibus quidam floruerunt: vt alij iles tantum essent, alij ampli, alij mediocres. icero verò & Demosthenes, qui peræq; in mnibus excelluerunt, in eorumq; orationi- us perfecti oratoris, & summæ eloquentiæ: ecies exposita est, & explicata.

Ornatus in tribus dicendi generibus.

Quis uerus ornatus oratorius?

rum est proprius, & eloquentiæ singulare
nus. Eum vero ornatum voco, non qui q
tidianam sectetur mundiciem, & eleganti
quandam quasi domesticæ supdellectilis,
veluti mundi muliebris instructum: sed e
qui efficit, vt oratorem homines extimesc
ad quem obstupescant, quem admirentur,
quem exclament, quem non hominem, sed
uinum virum, propter eloquentiam, & v
dicendi esse arbitrentur. Hic verò ornatus e
modi esse debet: vt ipse orator omnia qua
vita sunt, aut ad vitam necessaria, atq; ho
sta, inuestigata, interrogata, lecta, discept
agitata, atq; contracta, habere atq; tenere
deatur: vt & vir optimus, & patronus caus
sapientissimus habeatur. Furor enim E
quentia est: si probitate & sapientia careat;
rum requirens bonum, prudentem, experi
tem, magnis doctrinis instructum, qui reu
sit, non autem esse videatur: hisce duabus
natus virtutibus: vt armis eloquentiæ ads
tem patriæ, & ciuitatis amplitudinẽ, vti p

Ornatus sit aptus, & cõgruens rebus, &c.

sit, & quoties necessariũ sit vtatur. Sed hic
natus aptus, & conueniens esse debet reb
personis, locis, temporibus: tres secum ad
rens commoditates: quarum vna est suaui
tis: vt quàm maxime iucũda sit oratio: alt
fidei, vt quàm maximè in eorum sensus, a
mosq; qui audiuerint & iudicabunt, influ
Tertia prudentiæ, vt quàm pluribus rebus
instructa: vt ex ipsis fontibus Philosophiæ
fluxisse ab hominibus eruditis & literatis a

maduer-

maduertatur. Et quanquam ornatū eum esse diximus: qui oratorem efficiat admirabilem, & quasi deum in populo: tamen ex tribus illis dicendi generibus, nō solum illud graue, atq; sublime, ornatum omnē recipit modo aptū: sed etiam illud mediocre sua habet ornamenta verborum, atq; sententiarū conuenientia: tamen tenue etiam illud atq; exile, quod dicitur suam quoq; requirit elegantiam, cum verborum, tum sententiarum. cuiusmodi extat in Demosthenis oratione, qua Leptinæ legem abrogat: & in Ciceronis Cecinnana defensione, acutis quidem sententijs, atq; argumentationibus, sed ijsdem etiam explicatis, & illustratis ijs in locis, in quibus res ipsa lumen requirebat: quæ erat vel amplificanda, vel extenuanda. Quamobrem in his tribus generibus quale fuerit Demosthenis, aut Ciceronis dicendi genus: & quibus ex partibus confectū sit: & quas res singulæ partes, quas virtutes contineant, vel proprias: vel cum alijs communes: diligenter considerandæ sunt ei, qui Demosthenicus, atq; Atticus, aut Ciceronianus, atq; Latinus haberi & esse cupiat. Hoc enim Cicero, atq; Demosthenes cum paucis alijs à cæteris differebant: quod in singulis his tribus generibus quidam floruerunt: vt alij exiles tantum essent, alij ampli, alij mediocres. Cicero verò & Demosthenes, qui peræq; in omnibus excelluerunt, in eorumq; orationibus perfecti oratoris, & summæ eloquentiæ species exposita est, & explicata.

Ornatus in tribus dicendi generibus.

De Ciceronis, & Demosthenis dicendi genere.

CAPVT. VIII.

RVrsus igitur ab initio de Ciceronis Demosthenis varietate dicendi, & tionis figura: ac mirum illud est plurimùm, inter se hi duo differant mũ legibus, atq; institutis & moribus vtri gentis, atq; ciuitatis: deinde linguis, & verborum genere, atq; sono, tum ætatibu tiam, & ætatum etiam periculis: præcepto etiam & doctrinarũ genera habuerint diue tamen ambo idem videantur & voluisse & cisse: vt in subtilitate docerent, in grauit commouerent: in mediocritate delectar vt res ipsæ, de quibus agebatur, aut paruæ sent, aut magnæ, aut intermediæ, & vt ipsi, eos audiebant viderentur requirere. Neq; tura istam vim, & varietatem Demosthe consecutus est (multa enim in eo erant nat incommoda) sed studio, & exercitatione. A etiam Cicero naturę sensit impedimenta, r ingenij laudem sibi vnquam arrogauit: gentiæ acceptum aliquando refert eius, qu habuit facultatis, qua vt ingenij imbecilli subsidio esset C. Aquilio fatetur se compa se. Quamobrem mihi Cicero ijsdem vide vestigijs Demosthenem insecutus esse, quę

Idẽ utriusq; oratoris consilium.

mosthenem

mosthenem ingressum esse animaduerteret: quoniam genus dicendi vtriusq; idem est, & hac tripartita varietate conditum: nisi quod audacior sit Cicero, & magis ob oculos posita habeat dicendi lumina: id quod libertati magis populi Romani, & moribus asscribendum est, quam vt Demosthenis detrahendum sit facultati. Maior enim fuit Romanorū, quàm Athenienſium, præsertim in Areopago, in campo Martio, non facultas, sed venia, vel potius licentia dicendi: & minus populus Romanus ab eloquentia, quàm Athenienses, metuebant, delectari atq; commoueri postulabant, id populus expectabat, id iudices non ægrè ferebant. Qui igitur Demosthenis dicendi figuram possit ostendere: idem etiam Ciceronis poterit demonstrare.

Nota, & formula singulorum *generum dicendi.*

CAPVT. IX.

SED antequam de orationis figura Demosthenis dicamus: obseruandum est, quid in his tribus: de quibus diximus, dicendi generibus Cicero obseruauerit: sunt enim obseruanda diligenter, & accuratè. nam ad tria oratoris officia hæc tria sunt accommodanda. Repetenda igitur illa distinctio est, quam antea attigimus. Diximus enim

aliquos oratores totos extitisse exiles, aliquos mediocres, vt Demetrius Phalereus: aliquos grandes, sed natura magis, quàm iudicio. Nã causæ hos sæpè cogebant aliquid in grauitate remittere: sæpè etiam ad subtilitatem descendere. Vt autem oratorum, sic etiam orationũ tres sunt formæ: quædam totæ subtiles sunt, vt pro Cecinna: quædam graues, vt pro Milone, pro P. Sylla, pro Cn. Plancio: multæ mediocres, vt Philippicæ aliquot. Propter hanc varietatem, illud apud Ciceronẽ in Oratore perfecto positum est: Nihil amplè Cotta: nihil leniter Sulpitius: non multa grauiter Hortensius. Ex quo apparet, Cottam lenem oratorem fuisse: & Sulpitium grandem: & moderatum Hortensium: eorumq; orationes hac tripartita facultate discriminatas esse. Ac harũ formarum differentiam, Cicero septem distinxit partibus: numeris, collocatione, verborũ sententijs, verborum generibus, verborũ ornamentis, sententiarum luminibus, vrbanitate. Hęc tametsi omnia cũ puritate, & elegantia coniuncta esse debeant: tamen in his ipsis non solùm eligenda sunt, quæ necessaria sunt & propria: sed etiam vitanda, tametsi sint insignia. Non enim, vt quæ virtuti cõtraria sunt: ea in vitio posita sunt: ita in oratione fit, in qua sæpè optima sunt reijcienda: tanquam aduersa, & inimica. Ergò acuto oratori, atq; subtili, in oratione leni, atq; exili, numerorum vitanda vincula sunt accurata: & vitanda verba coagmentata collocatione solicita: sententiæ

Oratorum, & orationũ tres formæ, triaq; genera.

Harum formarum distinctio, septem facta partibus.

Acuto, & presso oratori, quæ uitanda.

non

non ponentur graues, non ſplendidæ, ſed acutæ, & crebræ: & in verbis faciendis, non erit audax, & temerarius: neq; in tranſferèndis impudens, aut inſolens: creber tamen tranſlationib. quotidianis, de cõſuetudine ſumptis, quaſi ex ore, & ſermonibus ciuium. Sunt enim multa verba tranſlata, atq; cõuerſa, ita à multis & crebrò vſurpata: vt ppriorum locũ poſsideant. Hæc igitur eligenda ſunt: illa verò rara, & noua, & inaudita fugienda: & in verborum ornamẽtis, vitabit paria paribus, vel crebra crebris relata: ſimiliter item cadentia nomina, & conſimiliter concluſa, & deſinentia verba: & verba ſono conſimilia, iterata etiam & geminata, & variè repetita, & omnia quæ concinnitatẽ illuſtrẽ habent, aut magnas ad commouendũ vires, verborum inſignia: & hæc omnia non longis verborũ conuerſionibus cõprehenſa. Sententiarum etiã fugiet lumina magna: vt ſunt illa ficta, quæ â Græcis προσωποποιίαι vocantur: in quibus Reſpublicæ loquuntur, ab inferis mortui excitantur, muta animantia, imò lapides, & agri ſermonem aſſumunt hominum. Formidabit etiã, vti crebris, & longis enumerationibus, & conglobationibus cauſarũ, effectorum, euentuũ, & digreſſionum: quæ fiunt cõmouendi gratia: non vtetur amplificationibus & cõparationibus grauibus: non in argumentando exornationibus, & commorationibus: ſed in omnib. orationis partibus ſuppreſſus erit. Poſtremò, in ioco, & ſale acumẽ ſectabitur, acrimoniã aſpernabitur: & omnia hæc

Cicero in oratore perfecto.

non vt accurata, & quæsita: sed vt subita, & natiua esse videantur: sed ita, vt hæc etiam suam habeant & puritatem, & lucem, & nitorem: & proprium aliquid habeant, quod etiam delectet, & motum aliquem habeat, sed suum, non alienum, non robusti oratoris, non etiam alterius, qui modicus, est, atq; contemperatus. Si hæc in verborum & sententiarum coloribus vitanda sunt, vt sunt: acuto oratori, & leni: facile est videre, quæ sint eligenda, verba nimirũ propria, cum ipsis rebus nata: noua verò, & nouata, tum demum, cum erit necessarium:

Quæ eligenda, & sumenda.

Λέξις.

Translata verò, atq; immutata ea, quæ in sermone versantur quotidiano: quædam etiam ipse adferet, sed sparsa: imminuet etiam verba aliqua, & in verborum ornamentis geminata non reijciet, aut iterata, si leporem habeant,

Σχήματα τῆς λέξεως.

non vim, atq; robur. Idem de alijs sentiendum est. Vtetur etiam verbis distinguentibus: dissoluet etiam quædam: & contrarijs vtetur, sed parcè, & in acumine, aut vrbanitate: casibus etiam verba variare ei conceditur. Et verborum subiectis vtetur, vel explanationibus, vel rationibus perspicuitatis, & fidei gratia: correctionibus verborum subtilibus. Hæc & his similia verborum poterit ornamenta accersere, hic tenuis siue orator, siue scriptor. In

Σχήματα διανοίας.

rerum luminibus, propositionibus vtetur, & illis subiectis rationibus, definitionibus, & partitionibus subtilibus, commorationes verò in re vna, breues esse debent, breues etiam explanationes, amplificatiunculas modicas,

conclu-

concluſiunculas ſententiarum, illuſiones vrbanas, digreſsiunculas exiguas, & reditus ſubitos, atq; celeres, tranſitiones, & digeſtiones nudas, interrogationes ſuaues, petitiones, & poſtulationes æquas, atq; honeſtas, commendationes, diſsimulationes Socraticas, correctiones ſubtiles, communicationes familiares, occupationes, ſimilitudines, exempla. Sed omnia hæc breuiter cum lenitate: abſq; amplitudine, atq; motu aliquo inſigniore.

Formula intermedij generis.

CAPVT. X.

INtermedium dicendi genus eſt, quod paulo fortius eſt, quàm Subtile: & quàm illud amplum remiſsius: præcipua illius nota eſt ſuauitas. Itaq; tranſlationes habet crebras & ſæpè eaſdem continuatas, immutationes frequentiores, & omnes verborū modos, quos τρόπους nominant: & omnia quæ verborum habent laudem aliquam, vel leporem: ſententiarum etiam inſignia quæcunq; delectant, locos etiam communes, & infinitarum quæſtionū tractationes, ſed abſq; concertatione, & acrimonia. Sed Suauitatis duo ſunt genera: vnū Rhetorum, floridum efficiens dicendi genus, hoc eſt, ἀνθηρὸν, quod etiam Sophiſticum dicitur, & Scriptorum magis cauſarū, quàm actoribus vſurpatum. Alterum forenſe, hoc eſt,

Nota generis intermedij.

Λέξις.

ἐννοιαι.

Suauitatis duo genera.

medium inter ſubtile, & amplum, quod amplitudine, & ſubtilitate eſt contemperatum: quale Cicero eſſe dicit in cauſa Manilianade laudibus Pompeij. Plinij Panegyricus magis accedit ad formam illam Sophiſtarum accuratã: quę cura ab Hermogene ἐπιμέλεια dicitur.

Formula Grauitatis, & amplitudinis.

CAPVT. XI.

TErtium illud genus dicendi primum ornatum habere debet inſignem: deinde copiam, vt ornatus ipſe ſit locuples, & varius: tum amplitudinem, hoc eſt, longè, lateq; fuſam copiam, ſed viribus, & cum dignitate. Grauium enim omnium rerum, atq; cauſarũ hic amplus orator, actor eſt: quæ ſuũ (vt Græci loquuntur) ἀξίωμα, hoc eſt, grauitatem cum dignitate, & dignitatem cum grauitate habet. Huius oratoris eloquẽtia curſu magno, magnoq; ſonitu fertur, qualem eloquentiã in carminibus tribuit Pindaro Horatius. Motu etiam hic vehemẽtior eſt, & acrior, quã ille modicus, & temperatus, & intermedius, omni ratione tractans, & permouens animos, modo perfringens (vt inquit Cicero) modò irrepens in ſenſus, modò inſerens opiniones nouas, modò inſitas euellens. Huius eſt omnibus ſententiarum luminibus, & ornamentis vti, quæ cum grauitate, & amplitudine neceſſitudinem aliquam habent. Quæ cuiusmodi ſint,

Ἀνὴρ χαρακτὴρ.

Pindarus grandis.

Orator ἀνὴρ ἐμπαθὴς, ſentẽtijs. Σχήματα.

sint, ex superioribus intelligi potest: nec̃ plura opus est, in arte tradere: quàm à Cicerone sunt enumerata in oratore perfectos, & de oratore sermone. III. à L. Crasso. In verborum verò & orationis luminibus, sunt duplicata verba, siue iterata absc̃ interuallo, ἀναδιπλωμένα, commutata, relata ab initio, conuersa, complexa, iterata, adiuncta, eadem ad extrema relata, eadem verba non in eadem sententia, h.e. sensu, & significatione posita, similiter cadentia, similiter desinentia, contraria relata contrarijs, paria relata paribus, gradatim ascendentia, dissoluta, præterita, correcta, voces exclamantiũ, casus variati. Hæc veluti sunt orationis præcipua ferè omnia lumina à Cicerone enumerata, quæ huic vberi, & copioso oratori perpetuò ob oculos versari debent, in omnibus conuersionibus, in membris, in ipsis etiã incisis, in tota denic̃ orationis coẽdificatione, atc̃ structura. Sententiarum deinde sunt lumina, quæ plus habent & roboris, & dignitatis omnes enim sententiæ suam quandam conformationem requirunt, & speciem aliquam, atc̃ illuminationem flagitant: vt sunt, commoratio amplificationis causa, vt ipsa amplificatio, extenuatio, contemptio, siue irrisio, digressio, propositio argumentationis totius, definitio nõ dialecticorum, sed oratoriũ, reuocatio sui, renouatio, conclusio siue enthymema, interrogatio vrgens, interrogatio occupãs, dissimulatio in laudatione sui, dubitatio, distributio, h. e. oratoria partitio numerosa,

Τῆς λέξεως.

Τῆς διανοίας.

præte-

præteritio, occupatio, similitudo, exemplum, comparatio, distinctio, repressio interpellantis, reticentia, comminatio, vox libera, ira, obiurgatio, deprecatio, supplicatio, medela, declinatiuncula, optatio, execratio, familiaritas, subiectio ob oculos, exaggeratio, significatio, ridiculum, siue vrbanitas, imitatio, personæ fictæ productio, & eorum appellatio, qui producuntur. Communia hæc sunt omnium dicendi generum lumina: quocirca in tenui subtiliter, in amplo grauiter, in temperato dicendi modo, mediocriter istis vtendum est. Sed in his tribus dicendi generibus illud Ciceronianum est: variare ista in eadem causa, neq; eadē semper vti, vel remissione, vel cōtentione: Et in oratore perfecto, Roscianam scribit Cicero multa præter grauitatem habere attenuata, quædam hilariora etiam. Itaq; illa in hac causa sunt tenuia: Non quæro abs te: quare patrem
" Sex. Roscius occiderit: quæro, quomodo occi
" derit. ita quæro abs te, C. Eruti, quo modo, &
" sic tecum agam: vt in eo loco vel respondendi, vel interpellandi tibi potestatem faciam,
" vel etiam, si quid voles, interrogando, quo
" modo occidit? ipse percussit, an alijs occidendum dedit? Si ipsum arguis, Romæ non fuit,
" si per alios fecisse dicis: quære, seruosúe, an liberos? quos homines? indidem ne Ameria, an hosce ex vrbe sicarios? si Ameria, qui sunt hi? cur non nominantur? Si Roma, vnde eos nouerat Roscius? qui Romam multis annis non venit, neq; vnquam plus triduo fuit, vbi

eos

conuenit? qui cum locutus est? quomodo per
suasit? precium dedit? cui dedit? per quem de-
dit? vnde, aut quantũ dedit? nonne his vesti
gijs ad caput maleficij perueniri solet? Omnia
hæc subtiliter & argumentose interrogata. Illa
paulò plus habent grauitatis. Itaq; cum mul-
tis ex rebus intelligi potest: maiores nostros
non modo armis plus, quàm cæteras natio-
nes: verum etiam consilio sapientiaq; potuis-
se: tum ex hac re vel maximè, quod in impios
singulare supplicium inuenerunt: qua in re
quanta prudentia præstiterint ijs, qui apud
cæteros sapientissimi fuisse dicuntur, consi-
derate, prudentissima ciuitas Athenienſium
dum ea rerum potita est, fuisse traditur. eius
porrò ciuitatis sapientissimum Solonem di-
cunt fuisse, eum, qui leges, quibus hodie quo-
que vtuntur, scripserit. Is cum interrogaretur,
cur nullum supplicium constituisset in eum,
qui parentem necasset: respondit, se id nemi-
nem facturum putasse. Sapienter fecisse dici-
tur: cum de eo nihil sanxerit, quod antea com-
missum nõ erat: ne non tam prohibere, quàm
admonere videretur. Quantò maiores nostri
sapientius? qui cùm intelligerent, nihil esse tã
sanctum, quod non aliquando violaret auda-
cia, supplicium in parricidas singulare excogi
tauerunt: vt quos natura ipsa retinere in offi-
cio non potuisset, ijs magnitudine pœnæ sup-
plicio summouerentur? insui voluerunt
in culeum viuos, atq; ita in flumen deijci. Me-
diocris locus hic est, grauitate sententiarum,

&

& pondere verborum: & ipso genere compo-
sitionis, atq; numero oratorio. Illa verò copio
» siora, & altius exurgentia. Hæc magnitudo
» maleficij facit: vt nisi penè manifestum parrici
» dium proferatur, credibile non sit, nisi turpis
» adolescentia: nisi omnibus flagitijs vita inqui
» nata, nisi sumptus effusi cum probro atq; dedo
» core: nisi prærupta audacia: nisi tanta temeri
» tas: vt non procul abhorreat ab insania. Accé
» dat huc oportet odiū parentis, animaduersio
» nis paternæ metus, amici improbi, serui cōsci,
» tempus idoneum, locus opportunè captus ad
» eam rem: penè dicā, respersas manus sanguine
» paterno, Iudices, videant oportet, si tantum fa
» cinus, tam immane, tam acerbum, creditu ri
» sunt. Quare hoc quò minus est credibile, nisi
» ostenditur: eò magis est, si conuincitur, vindi
» candum. Illud verò in eodē genere maiore spi
» ritu pronunciatum: ô singularem sapientiam,
» Iudices: nonne videntur hunc hominem exre
» rij natura sustulisse, & eripuisse: cui repentè cæ
» lum, solem, aquā, terramq; ademerunt? vt qui
» eum necasset, vndè ipse natus esset, careret fru
» bus omnibus: ex quibus nata omnia esse di
» cuntur? Noluerūt feris corpus obijcere, ne be
» stijs quoq;, quæ tantum scelus attigissent, im
» manioribus vteremur: nō sic nudos in flumē
» dejcere: ne cùm delati essent in mare, ipsum
» polluerēt: quo cætera, quæ violata sunt, expia
» ri putantur. Denicq; nihil tam vile, neq; tam
» vulgare est: cuius partem vllam reliquerit. Ma
gna exaggeratione hic locus tractatus est: sed

ille

ille qui sequitur maioribus actus clamoribus. Etenim quid est tam commune: quàm spiri- "
tus viuis: terra mortuis: mare fluctuantibus: "
littus eiectis: Ita viuunt, dum possunt: vt duce "
re animā de cœlo non queant: ita moriuntur, "
vt eorum ossa terra non tangat: ita iactantur "
fluctibus: vt nunquā abluantur: ita postremò "
ejiciuntur: vt ne ad saxa quidem mortui con- "
quiescant. In Cluentiana oratione, Cicero e- "
tiam exemplum grauitatis habet: cuius in ora
tore perfecto meminit: quod exemplum & re
graue est, & stylo maturū: vt ipsemet fatetur.
Sic enim in eius orationis peroratione dixit.
Vna mater oppugnat: at quæ mater: quam "
cæcam crudelitate & scelere ferri videtis: cuius "
cupiditatem nulla vnquam turpitudo retar- "
dauit: quæ vitijs animi in detrrrimas partes iu "
ra hominū conuertit omnia: cuius ea stultitia "
est, vt eā nemo hominē: ea vis, vt nemo fœmi- "
nam: ea crudelitas, vt nemo matrem appella- "
re posit. Atq; etiam nomina necessitudinum, "
non solùm naturæ nomen & iura mutauit: "
vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex: eò iam "
adducta est, vt sibi præter formam, nihil ad si- "
militudinem hominis reseruarit. Quare iudi- "
ces, si scelus odistis, prohibete aditum matris à "
filij sanguine: date parēti hunc incredibilē do "
lorem ex salute, ex victoria liberū: patiami ni "
matrē, ne orbata filio lætetur, victā potius ve "
stra æquitate discere. Et hæc Cicero in perora-
tione, magnis egit clamoribus: eandē hanc rē
eodē modo egit in prima narratione. Tū verò

illa

illa egregia, ac præclara mater palàm exultare
» lætitia, ac triumphare gaudio cepit, victrix fi-
» liæ, non libidinis: Iracꝙ diutius suspicionibus
» obscuris lædi famam suam noluit: lectum illi
» genialem, quem biennio ante filiæ suæ nube-
» ti strauerat, in eadem domo sibi ornari, & ster-
» ni, expulsa atꝙ exturbata filia iubet? nubit ge-
» nero socrus, nullis auspicijs, nullis autoribus,
» funestis ominibus omnium. O mulieris scelus
» incredibile, & præter hanc vnam in omni vi-
» inauditum. ô libidinem effrenatam, & indo-
» mitam. O audaciam singularem, nõ timuisse,
» si minus vim deorum, hominumꝙ famam,
» vt illam ipsam noctem, facesꝙ illas nuptiales?
» non limen cubiculi? non cubile filiæ? non pa-
» rietes denicꝙ ipsos superiorum testes nuptia-
» rum? perfregit ac prostrauit omnia cupiditas
» ac furore: vicit pudorem libido, timorem au-
» dacia, rationem amentia.

De Demosthenis genere dicendi.

CAPVT. XII.

HAEC de tribus dicendi generibus: quo-
rum facultatem in oratore requirit Ci-
cero: quorum etiam facultas compa-
randa est ei, qui Ciceroni similis euade-
re cupiat. Ideoꝙ illorum præcepta cognoscen-
da sunt, atꝙ intelligenda, et exempla notanda,

atꝙ

atq; obseruanda. Hāc ipsam facultatē tribus distinctā finibus: vno docendi: altero delectandi: tertio commouendi: constat elucere etiam in Demosthene, qui Ciceroni præ cæteris placuit oratoribus. Sed quoniam Hermogenes explicat Demosthenis dicendi formam, enucleatius, quàm cæteri omnes Græci Rhetores: paucis illius doctrinam percurremus. Nam vtriusq; oratoris facultatem, Demosthenis dico, atq; Ciceronis, eidem stylo nostro subijcimus: vt qui vnum nôrt, ambos (vt ille ait) propè norit. Septem igitur esse dicit, quibus Demosthenis orationes contineri arbitratur: atq; ego in ea sententia sum: tria ista dicendi genera, de quibus hactenus dictum est, has septē formas requirere: sed non eodem modo. Sunt autem istæ septem: perspicuitas, magnitudo, pulchritudo, velocitas, probitas, veritas, decorum. Et videtur Hermogenes, in oratione oratoris perfecti, requirere, id quod natura requirit in hominis pulcra & egregia forma. Primum enim est quod spectatur in viro, color sanus, atq; dilucidus, nullo pallore, aut obscuritate: deinde corporis magnitudo, paruitas enim contemtui est: sed non magnum corpus solum esse oportet: verū etiam requiritur mē-brorum, lineamentorumq; pulchritudo atq; venustas. Sed hæc tria non ignaua esse debent: sed agilitatem habere, atq; velocitatem, quam Homerus Achilli suo tribuit. Hæc autem ipsa virtutem sociam habere debent. Nihil enim pulchrum, quod sceleratum: & corporis im

Septem dicendi formæ.

Σαφήνεια.

Μέγεθος.

Κάλλος.

Γοργότης.

Ηθος.

Αλήθεια. manitas detrimentosa est, & violenta, nisi virtute moderetur. Sed virtutis non speciem esse oportet, neq; simulationem, sed verā, animo contentam, atq; excultam. sed in his quinq; conuenientiam esse oportet, atq; decorum: vt nihil in viro ineptum sit, nihil quod non conueniat summæ laudi. Atq; has quasi simplices septem in Demosthene hic autor annotauit dicendi formas, quas ἰδέας vocat: deinde perspicuitatem in duas diuidit partes, puritatem, & intelligentiam. Magnitudinē etiam, quæ eadē amplitudo est, partitur in sex alias formas dignitatem, asperitatē, acrimoniam, splendorem, vigorem, circumductionem. Moratū verò illud dicendi genus quatuor metitur figuris, simplicitate, suauitate, acumine, æquitate. Hæc omnia inter se differri tradit genere sententiarum, tractationum, verborū, ornamentorum, membrorum, collocationum, clausularū, numerorū. Octo enim has partes proponit in singulis figuris, atq; formis orationis cōsiderandas esse. vt in perspicuitate, sententiæ sunt rerum quotidianarum: & quæ non solū probantur in Vulgus: verum ab omnibus intelliguntur. In dignitate, sententiæ sunt de Deo, de rebus cælestibus, diuinisq;, aut quasi diuinis, quarum rerum magna sit autoritas, atq; reuerentia. In asperitate, sententiæ, quæ reprehendāt Magistratus, & eorum castigent vitia, cum quadam dicendi libertate, non inimica, nec hostili, sed modesta: cum significatione beneuolentiæ. In acrimonia, vituperantes, criminantes,

Δεινότης.

Τῆς σαφηνείας. perspicuitatis formæ inferiores.

Τοῦ Μεγέθους formulæ.

Τοῦ ἤθους ὑποδιαίρεσις.

Partes octo singulorum generum.

Ἔννοια τῆς σαφηνείας.

Τῆς σεμνότητος.

Τῆς τραχύτητος.

Τῆς Σφοδρότητος.

minantes,territantes,aduersus fontes, & nocentes,& improbos ciues.In splendore,rerum præclarè gestarum, ædificicorum,in quibus sit magnificentia,exercitus, atq; copiarum:in Vigore fortes,atq; Viriles: in circumdictione non singulæ sententiæ, sed copulatæ, & condensatæ.In simplicitate, hominū minimè malorum cogitata,dicta, facta,acta:In suauitate, rerum lætarum,iucundarū, & quæ delectent sensus,& in primis oculorū. In æquitate,consilia,& sententiæ hominis iusti,& pacis,atq; ciuis amantis:in celeritate, breues, sed vel acres, vel vehementes: in Veritate, quæ dolores faciāt probabiles, & animorum commotiones non simulatas. Atq; hisce sententiarum generibus omnes inter se hæ formæ sunt discriminatæ.

Τῆς λαμπρότητος.

Τῆς ἀκμῆς καὶ περιβολῆς.

Τῆς ἀφελείας.

Τῆς γλυκύτητος.

Τῆς ἐπιεικείας.

Τῆς γοργότητος.

Τῆς ἀληθείας.

De Tractatione, in singulis sententiarum generibus.

CAPVT. III.

QVemadmodum singula inter se genera sententiȝ differunt: sic etiam tractationibus sententiarum inter se sunt diuersa. Has tractationes methodos vocat Hermog:quę nō ad verborū, sed sententiarū pertinent ornamenta. In puritate igitur, sententię ponuntur nudę, & solitarię, absq; assumtionibus,hoc est,vt Hermog:loquitur, ἀεὶ ψιλαὶ ἀφηγήσεις ἄνευ προσλήψεως. Perspicuitatis tractationes

Μέθοδοι αἱ περὶ ἐννοίας.

Τῆς καθαρότητος.

Τῆς ἐναργείας.

nes

nes sunt,& veluti insignia:propositiones, diuisiones,digestiones,collocationes,ad naturę ordinē aggregatæ,occupationes breues, atq; perspicuæ,& illius modi subiectæ refutationes. In grauitate,sententiarum debent esse affirmationes, absq; dubitatione, quas Hermog: ἀποφάνσεις nominat, alluſiones ad res magnas,hoc est, ἀλληγορήσεις, significationes rerū magnarum,admirationes. Asperitatem decet sententiarum libertas,absq; occultatione,aut dissimulatione,aut lenitione. Acrimoniam eadem ornamenta, quæ asperitatem faciunt. In splendore etiam apertæ expositiones, hoc est, ἀπαρχναίλυπτοι ἀφηγήσεις,nullę dubitationes: In amplificando nullæ incisiones sententiarū, testificationes,autoritates. Atq; has tractationes etiam oratio matura habet, quas asperitas,atq; acrimonia habent. Orationis verò coagmentatæ sunt rerum inuersiones, ἀναστροφαὶ nominatæ, incisiones διακόψεις, id est, traiectiones sententiarum, quæ ὑπέρβατα dicuntur: adiunctiones priorum antepositis posterioribus, ἐπισυνάψεις dictæ, apposita oratorū iudicia,de genere facti, & dicti, quæ ἐπιφύσεις appellantur, transpositiones,id est, μεταθέσεις, propositionum, rationum, & amplificationum. Accuratæ orationis nulla propria est tractatio,vt etiam nullæ sententiæ: sed superiores omnes in hanc cadunt. Sequuntur tractationes,& exornationes celeritatis: in quibus primum locum occupant celeres, & breues occu-

Τῆς σεμνότητος.

Τῆς τραχύτητος.

Τῆς σφοδρότητος, καὶ λαμπρότητος.

Τῆς ἀπιμῆς.

Τῆς περιβολῆς.

Τῆς ἐπιμελείας, καὶ κάλλους.

Τῆς γοργότητος σχήματα διανοίας.

occupationes, & ſolutiones: quæ ἀπαντήσεις vocantur, obiectiones etiam velociter factæ, quæ ἀντιθέσεις dicuntur: conceſsiones quoq; συγχωρήσεις, declinationes etiam iniectę obiter. Simplex verò oratio, quæ primum locum tenet in oratione morata, tractatione ſimilis eſt perſpicuitati, atq; puritati: ſic etiam oratio dulcis atq; ſuauis, quæ ſecunda eſt figura in hoc genere morato, & acuta oratio, quæ tertia forma eſt, nihil in tractatione propriū habet. AEquitatis verò eſt, extenuare ſuas laudes etiamſi magnę. ſint: & acria mollire, & de ſuo iure aduerſario condonare: rogare quod poſtulari poſsit, hæſitare etiam, atq; dubitare, nō affirmare, neq; aſſeuerare: quæ ſunt acria & grauia præterire, etiam quæ obiici, & reprehendi, & crimini verti poterant: & quæ puræ orationis ſunt, ornamenta ſententiarum, eadem huius figuræ ſunt. Veri ſermonis, & orationis, ab animi ſenſibus ꝓfectæ ratio, cōſiſtit in conquerendo, optando, ſupplicando, deteſtando, deuouendo, teſtificando, adiurando, indignando, miſerando, fidendo, diffidendo, occupando, refutando, atq; omnia hæc ſubito & quaſi de improuiſo, inuertendo, & ordine rerum, in omittendo res neceſſarias. Atq; his omnibus congruenter vti ſuperioribus, aptæ orationis eſt, quæ propria decori, & in ſeptem ſpectatur rerum attributis.

Τῆς ἀφελείας.

Τῆς γλυκείας τῆς.

Τῆς δριμύτητος.

Τῆς ἐπιεικείας.

Τῆς ἀληθείας.

Τῆς δ' λείπεται τῆς.

De Verborum ornamentis.

CAPVT. XIIII.

Σχήματα λέξεως.

Puritatis.

VErborũ ornamenta dicendi formæ & propria habent singula, & quædam communia. Nam in puritate, casibus directa debet esse oratio, non verborũ inflexionibus obliquata, & verborum superfluorum debent esse ablationes, & deficientiũ adiunctiones, & longius deductorum separationes: nullę incisiones: nullę interpositiones, nullæ traiectiones. In perspicuitate vniuersa quæ sunt numerorum & ordinum, requirunt digestiones verbis factas: & distinctiones particulis factę esse debent aduersantib. & interrogationes breues breuesq; responsiones modicis factæ interuallis, & declinationibus, atq; interpositionibus primi verbi, aut primæ sententiæ repetitiones, ita vt breuitate, & distinctione effugiamus omnem confusionem sententiarum, quæ *σύγχυσις* dicitur. Sed hæc, quę de puræ, & apertæ orationis luminib. dicta sunt, vel solæ adhibentur, cum sola & mera requiritur puritas cum perspicuitate: vel tum accommodantur, cum in cæteris figuris perspicuitatis oportet vti remedijs contra obscuritatem, atq; confusionem. In oratione graui, quæ dignitatem habere debet, etiam puritatis, & perspicuitatis desyderantur ornamenta. Pura enim, & aperta esse debet magnarum, & grauium

Perspicuitatis.

Grauitatis, cum dignitate.

uium rerum expositio: præterea verbis appolita esse debent oratorum iudicia, absq; verborum dubitatione: & vitandæ verborum declinationes, quæ ἀποστροφαὶ dicuntur. In asperafigura imperia verborum plus posunt, (quàm optationes & dubitationes:) quæ habent reprehẽsiones verbis factas. In acrimonia, acres appellationes, & reprehensiones aduersariorum, & personarũ indicationes, quasi digitis factas. in splendore, remotiones cum suis contrarijs asseuerationibus, distinctiones, siue separationes temporũ, locorum, rerũ gestarum nouis adhibitis verborum exordijs, quæ ἀποφάσεις dicuntur ab Hermog: dissolutiones etiã sententiarum, sed membris longioribus, ἀσύνδετα nominata ornamenta. In maturitate, eadem lumina accersenda, quæ in acrimonia & splendore. In oratione circumducta & coagmentata, quæ περιβολὴ dicitur, ordinum distinctiones, vnà cum suis conuersionibus requiruntur, cõuersiones quæ in particulis sunt positæ, rerũ item æstimationes particulis verborum factæ προτιμήσεις nominatæ, & coniunctionibus propositæ rerum conditiones, ὑποθέσεις dictæ, huic generi conueniunt, vnà cum suis aduersantibus particulis, sententiæ item obliquatæ verborũ modis, & inflexione, quæ πλαγιασμὸς dicitur, incursiones sententiarum imperfectarum, propter breuitatem verborũ quæ ἐπιδρομαὶ nominantur, cõparationes verborum, atq; redditiones, ὑποφάσεις nominatæ, complexiones item pluriũ comparationum

Asperitatis.

Acrimoniæ.

Splendoris.

Vigoris.

Circumductionis.

συμπλοκὴ vocatæ, concursiones Verbo
comparatorum, & verborum incisione
interiectiones aliorum cum suis reuersi
bus.

De Accurata oratione.

ACcuratæ orationis omnia ornam
sunt, quæ concinnitatem habent: v
in verbis, similitudo soni, verbo
consimiles fines, nominum simile
sus, verborum, & nominum relationes a
tio factæ, verba aut nomina in fine eade
petita, nomina, & verba vtrinq; sese e
pientia, gradata item, & æqualiter comp
ta, verba traiecta, absq; offensione, abso
sententia, formulæ sententiarum nouæ, &
chræ: aut noua, aut nouata vocabula: no
na casibus variata: paria paribus relata: c
traria opposita contrarijs: crebra respond
tia crebris: similia similibus composita.

Επαναφορά.

Καινοπρέπειαι.

De Celeritatis ornamentis.

CAPVT. XV.

CEleritas membra breuia, & incisa d
derat, ergo breues etiam interposi
nes, & reuersiones, item incisa dissolu
particularum, item aduersantium, b
ues redditiones, quæ ἀντιπροδόσεις nomin
tur

tur: particularum quoq; breues commutationes, quæ ἐξαλλαγαὶ dicuntur, verba etiam breuiter relata, breues connexiones συμπλοκαὶ dictæ. Quanquam in longioribus periodis, & membris prolixioribus etiam ipsa compositio celeritatem facit, sed ea magis est posita in continuatione plurium, quàm absolutione sententiarum singularum.

De simplicitate, & alijs tribus formis proximis.

SImplicitatis ornamenta, eadem quæ puritatis, & perspicuitatis, eadem etiam suauitatis: sed etiam accuratæ orationis omnia accipit lumina: consimilia insigna sunt acutæ orationis. AEquitas in docendo, puritatis contenta est vestitu simplici, & aperto.

Veritatis insignia.

IN veritate, verba conformanda sunt conclusionum modis, & conformationum approbationibus aduersariorum, interrogationibus item, quæ refutari non queunt indicationibus personarum, dubitationibus, præcisionibus, adiudicationibus.

De verbis singularum figurarum

NON sententijs solum,& earū tractati
ne,& verborum ornatu: verum etia
ipsis inter sese verbis dicendi formæ,
scriminatę sunt. vt,in puritate, & ꝑsp
cuitate verba requiruntur natiua,& sermo
quotidiani,non cōuersa,hoc est,τρόποι: nisi h
ipsa talia sint:vt pro natiuis, atq; proprijs h
beantur.In grauitate, verba sonantia voca
bus longis, & diphthongis, verba conuer
eademq; sonantia,& plena. Sed delectus inh
sce habendus est:ne ad asperitatem, & acrim
niam deflectatur oratio à grauitate,& digni
te,nomina etiam res ipsas grauiter definient
idq; casibus nominandi.In asperitate, liberi
est vsus verborum conuersorū, id est, transl
torum,immutatorum, & eorum quibus ab
timur.In acrimonia verò libertas maior est:
superlationes possumus superioribus adiu
gere, præsertim in ipsis verborum increme
tis,& noua hic verba licet facere.Splendore
dem cum grauitate & nomina habet,& ve
ba,& maturitas ab asperis,& acribus transl
tis verbis non abhorret,lacertos enim hoc
nus,& vires verborum postulat. Circumdu
cta,& coagmentata oratio omne genus voc
bulorum accipit, & verbis in eodem ambi
vtitur idem significantibus.In venustate,ve
ba puritatis, & claritatis conquirenda sun
præsertim quæ paucarum sunt syllabarum

vt

vt apparet in Isocrate, qui scriptor est concinnus, atq; venustus. In celeritate, etiam verba syllabis curta, non prolixa vtilia sunt. In simplicitate, cũ propria, & natiua tum etiam nouata: si moribus conueniant, vel puerorum, vel senũ, vel rusticanorũ hominũ exprimendis. In suauitate, verba etiam deliguntur Poetarũ, & suaues sententiæ, Poeticis verbis sunt conformandæ. In subtilitate, omne genus verborum, quod acumen præfert ingenij, & singularem aliquam habet significationem, aut allusionem, aut quod eruditum, atq; literatum est, & tamen à doctis intelligitur. In veritate, verba asperitatis & acrimoniæ vsurpare conuenit. Denicq; hæc omnia, tũ demùm rectè adhibita creduntur: cum à Decori præceptis non videntur recedere.

De membris singularum *Formarum.*

CAPVT. XVI.

HActenus de sententijs, & tractandi generibus, & ornamentis verborum, & de verbis ipsis: cuiusmodi singulæ formę requiruntur, in Demosthenico dicẽdi genere, breuiter, quoad potui, enumerauí potius, q̃ exposui. Quintũ verò ex octo partibus vniuscuiusq; formę erant mẽbra. Mẽbra cũ uocat Hermog: etiã incisa intelligit, & ipsã

incisio-

Membra puritatis.

incisorum, atq; membrorum continuatio
atq; periodum, vt Græci nominant. Purita
igitur membra sunt breuia, & incisis sæpè
ria: ita vt singula plenam conficiant senten
Continuationes verò membrorum, aut n
læ, aut breuissimè terminatæ, qualia etiam
claritate requiruntur: cum membra, & inc

Claritatis.

tum inprimis periodi. Etiam illius modi si
istá tria in grauitate, atq; dignitate. Graue
nim res, breuiter, absq; vlla impeditione v

Grauitatis.

borum, atq; prolixitate pronunciari volu

Asperitatis.

Et asperitas consimilia flagitat, imo incisa
tius, quàm membra: imò singulis quoties si

Acrimoniæ.

poterit absoluta verbis. Eadē & quidem fr
quentius desiderat acrimonia. Incisim eni
potius & punctim congreditur cum aduer
rio accusator. Illius modi etiam necessaria su

Vigoris, & Circumductionis.

in maturitate: circumductio verò omnis ge
ris, & incisa, & membra requirit: & vltra qu
tuor membra frequenter, & crebrò ambitu
verborum extendit, adhibita tamen varie
te: ne aut spiritus oratorem deficiat, aut aure
eorum, qui audiunt similitudine comprehen
sionum orationē vnà cum oratore repudien

Pulchritudinis.

De accurata oratione, id est, in conquisita de
gantia, in ipso ambitu verborum, atq; extr
ambitum membrorum, decet elegantiam, m
diocritas, absq; aspero, aut hiulco verborum
sono, nisi res ὑπόθεσιν desideret: & ita membr
perpetuari debent, vt aliud ex alio videatu
defluere, absq; vlla sententiæ impeditione. C

Celeritatis.

leritas, vt in cursu, breues, & concitatos gra
dus:

dus: sic in oratione curta, & celeriter absoluta dicēdi figura, debet habere membra, atq; articulos sententiarum. Simplicitas pura esse debet, & nullis occultata nubeculis sententiarū: ergo membra poscit puritatis, & perspicuitatis. Consimilia, & suauitas, cum acumine admittit, & quasi amare videtur: cōsimilia etiam in æquitate, quam ἐπιείκειαν vocat Hermogenes, consectanda sunt. Veritas, & non simulata oratio acrimoniam requirit tum membra, tum incisa. Omnia hæc, demùm decoro æstimanda sunt, & varianda continenter, vt res, personæ, temporaq; postulare videbuntur.

Simplicitatis.
Suauitatis, et acuminis.
Æquitatis.
Veritatis.
Grauitatis decentis.

De Compositione, & clausulis, *& numeris singularum figurarum.*

CAPVT. XVII.

POstrema tria ex partibus octo, ita cognata sunt, vt ex sese coniunctim quasi nasci videantur: sic tamen vt aliud ab alio differat. Compositio enim est, quæ currit per totum ambitum verborum, & eorum sonum, atq; coitionem etiam syllabarum metitur. Clausulæ in fine expectantur, & quod ex vtroq; conficitur, numerus est oratorius: libertamen & solutus ab omni lege versuum, quibus astricti sunt Poetæ, & à quibus non possunt recedere. Compositio igitur in perspicuitate, hoc est, puritate, atq; claritate, non esse dili-

Συνθήκη.
Ἀναπαύσεις.
Ῥυθμός.
Compositio perspicuitatis.

diligens nimium videri debet, in vitando v
calium concursu, quæ sonū hiulcum facia
aut in deligendis verbis suauibus, ne asper
verborum concursus: aut Iambica, Chorai
vocabula, aut Iambica, & Choraica structu
magis huic generi conueniunt, quàm dacty
ca aut Anapæstica, aut pæonica, & quæcun
sunt magnorum numerorum, inprimis ve
dichoraica. Quanquam hæc ipsa Iambica,
Choraica alijs etiam debent numeris misce
vt ne imprudēs in uersus incidamus crebro
Clausulis etiam hæc ipsa conueniunt. Iamb
ca, atq; Choraica: vt ipse numerus oratori

Σεμνότης. videatur esse vnius modi in perspicuitate,
grauitate, hiulca, & aspera non sunt extim
scenda. Dactylica hæc figura, & anapæstica,
pæonica magis requirit, intercurrentibus
men etiam minutioribus pedibus, Iambo s
licet, & Trochæo, & Pyrrychio, spondeo
men fæpius, clausulæ etiam tales & consimile

Τραχύτης. numeri in grauitate. In asperitate, asper syll
barum concursus, hiulca vox, asperæ etia
clausulæ, & hiantes, sed variæ, & consimili
numerus consectandus est, sed varie, vt ipsi

Σφοδρότης. varietate non captatus esse putetur. Eade
omnia retinenda sunt in acrimonia: & eò ma

Λαμπρότης. gis, quò hæc figura est vehementior. Splen
dor magnos flagitat verborum numeros, &
clausulas, grauiter insistentes pæonicis, di
choraicis, molossis, & consimilibus verbis,
atq; structuris. Ex quibus duobus eiusdem so

ni

ni per totum ambitum efficiatur numerus oratorius. Et maturitas splendidam postulat compositionem: splendoris item clausulas, atq; numeros flagitat. Omnium verò figurarum omnem varietatem circumducta, atq; coagmentata oratio libenter recipit, vt res, vt personæ, vt cætera rerum attributa videbuntur desyderare. In accurata oratione, accurata compositio, accuratæ clausulæ, & numerus accuratus: vt ne procul à versibus recedat: sed tamen vt hæc omnia læta magis sint, quàm incedentia cum grauitate. In celeritate, hiulca vitanda compositio est: trochaici soli verborũ conueniunt, sed alijs etiam interpositis, verum ita, vt primas teneant Trochæi, & Iambi, & Pyrrichij: & Clausulæ tales: sed vitandi ditrochæi. grauius enim cõsistunt: & ex his duobus numerus consimilis efficietur. In simplici dicendi forma, ea omnia obseruanda sunt: quæ in perspicuitate, & puritate præcipiuntur. Suauitas, graues requirit verborum coitiones, absq; hiatu, atq; asperitate: numeros etiam dulces, atq; suaues, & acumen simplicitatis amat, tũ compositionẽ, tũ: Clausulas, atq; numeros. AEquitas etiam hisce tribus consimilis est orationi accuratæ, & simplici. Veritas sonum habere vult acrimoniæ: vt vox ipsa animi sensum non indicet solùm: verum etiam exprimat.

Ἀκμή.

Περιβολὴ, καὶ μεγόθης.

Καλλος, ἢ ἐπιμέλεια.

Γοργότης.

Ἀφέλεια.

Γλυκύτης.

Ὀξύτης, ἢ δριμύτης.

Εὐτρέπεια.

Ἀλήθεια.

DE

De ijſdem partibus ſingularum f
gurarum, ex ſententia Ciceronis.

CAPVT. XVIII.

HAs octo partes Hermogenes inſpicien
das arbitratur, in ſingulis orationu
formis. Ex quibus ait Demoſthenis di
cendi genus compoſitum. Propè eaſd
etiam Cicero obſeruauit, pluribus ante Her
mogenem annis: id quod & ex alijs libris Rh
toricis eſt añotare: et in oratore propè omni
vno in loco ſubtiliter enumerauit, quę vel rej
cienda ſint, vel retinenda, in exili, & ſummiſſo
dicendi genere. Eo in loco breuiter proponi
notam, & formam huiuſmodi oratoris: ac pri
„ mum, inquit, informandus eſt ille nobis, quē
„ ſolum quidam vocant Atticum: ſummiſſus
„ eſt, & humilis: conſuetudinem imitans, atin
„ diſertis, re plus, quàm opinione differens. Ita
„ que eum qui audiunt, quamuis ipſi infantes
„ ſint: tamen confidunt, ſe illo modo poſſe dice
„ re. Nam oratoris ſubtilitas quidem illa vide
„ tur eſſe exiſtimanti: ſed nihil eſt experienti mi
„ nus. Etſi enim non plurimi ſanguinis eſt: ha
beat tamen ſuccum aliquem optimum: vt
tiamſi illis intimis viribus careat: ſit, vt ita di
cam, integra valetudine. Hactenus qualis ora
tor ſubtilis eſſe debeat, breuiter delineauit
Deinde enumerat partes: & primum nume

Inſignis M. Tullij locus.

rum

rum ponit. Primum igitur, inquit, eum tanquam è vniculis eximamus numerorũ. Sunt enim quidam, vt scitis, oratorij numeri obseruandi, ratione quadam, sed alio in genere oratoris, in hoc omnino relinquendi, solutum quiddam sit, ne vagum tamen, vt ingredi libere, non vt licenter videatur errare. Deinde, compositionem secundo loco collocat: Verba, inquit, etiam quasi coagmentare negligat. habet enim ille hiatus concursu vocaliũ molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam, de re hominis magis, quàm de verbis laborantis. Tum tertium locum dat membris. Sed erit videndum, inquit, de reliquis, cum hæc duo ei liberiora fuerint: circuitus, conglutinatioq; verborum. Illa enim contracta & minuta non negligenter tractanda sunt, sed quædam etiam neglecta, & diligens. Nam vt mulieres nonnullæ dicuntur esse inornatę, quas id ipsum decet: sic hic subtilis oratio etiam compta delectat. Fit enim in vtroq;, quo sit venustius, sed nõ vt appareat. Post tertium locum tribus simul tribuit verbis, verborum figuris, & sententiarum ornamentis, hoc est, vt Hermogenes vocat, methodis, quæ sententiarum sunt partitiones. Tum remouebitur, inquit, omnis insignis ornatus, quasi margaritarum ne calamistri quidem adhibebuntur, fucati vero medicamẽto candoris & ruboris omnia repellentur, elegantia modo & munditia manebunt: sermo purus erit & latinus: dilucidè planeq; dicetur: quid deceat cir-

Numeri.

Compositio.

Membra.

Ornamenta.

Sententiæ. cumſpicietur. Septimo loco, ſtatuit ſentenſ
rum genus: vnum aderit ingens, quod qua
» tum numerat Theophraſtus in oratoris la
» dibus ornamentum, illud ſuaue atq; affluen
» acutæ, crebræq; ſententiæ ponētur, neſcio v
» de ex abdito erutæ: atq; in hoc oratore domi
» nabuntur. Verecundus erit vſus oratorię qu
» ſi ſupellectilis. Supellex enim quodam mo
» do natura, quæ eſt, in ornamentis alia rerum
alia verborum: Omnia ſeptem habet, qua

Clauſulæ. ſunt apud Hermogenem, apud quem clauſu
læ etiam ponuntur, propterea quod aures il
las maxime expectēt, & in graui, & ſummiſſo
dicendi genere numeroſe debent cadere. Cice
ro fortaſsis eò omiſit: quò oſtenderet clauſu
las ſub compoſitione, & numero compre
hendi, & partes potius eſſe pe
riodi, quàm figuræ.

(·.·)

IOAN-

IOANNIS STVRMII,

DE IMITATIONE ORATORVM.

LIBER III.

DE OCCVLTANDA Imitatione.

CAPVT. I.

Tres est magna, imitari autorem aliquem magnum, si recta ratio adhibeatur: et lateat ipsa imitatio: ita inepta est: si pueriliter applicata appareat & extet. Sed in artis etiam dicendi doctrina: tamen si præcipiatur à Rhetoribus artem occultandam esse: tamen quoniam ars naturam imitatur, necesse est, esse quædam quæ celari non possunt. Quis enim occultet exordia, narrationes, partitiones, cõfirmationes, refutationes, earumq; principia, & fines? quæ tamen in artis traduntur partitionibus omnia. Deinde argumenta locorum, quomodo latere, vel mediocriter doctos possunt: quæ in medio sunt omnibus proposita hominibus, & omnium sunt communia: quemadmodũ sententiæ etiam communes sunt, atq; populares: tum verborum atque sententiarum ornamenta non magis celari possunt, quàm cæli sydera: quæ vt illa ætheris, sic illa orationis sunt lumina. Ac

Τὰ κρυπτέα.

Τὰ μὴ κρυπτέα.

Partes orationis.

Argumenta.

Sententiæ communes.

Ornamenta.

Verba.

verbum nullum esse potest, quod ignor
queat, siue natiua verba sint, siue transla
tamen recepta consuetudine: particulę etia
quæ μόρια ἀπλητα sunt apud Grammaticos,
omni sermone communes sunt, atq; ad vte
dum omnibus, & inuentæ, & vsu comprob
tæ: vt medius fidius, & me hercule, omniu
Historicorum sunt: Aedepol, Ecastor omni
Comicorum: Enimuero, sed enim, primùm
deinde, tum, cæteraq; eiusmodi, abscondend
esse præcipere, est solem meridianum cælo
reno velle occulere.

Particulæ τὰ ἀπλητα μόρια.

Dic mihi, Musa, virum, captæ post temp
ra Troiæ:

Qui mores hominum latè perspexit, & v
bes.

Exempla imitationis.

Si Homerus Latinè ista ceciniſſet, vt Hor
tius Latina fecit: idcirco ne Virgilius, quia
cultari imitatio non potuit, non illo potem
vti principio, ideò quod Homerico non d
dissimile.

Arma, virumq; cano: Troiæ qui primus a
oris.

Italiam, fato profugus Lauinaq; venit
Littora, multū ille & terris iactatus, & alto
Vi superum: sæuæ memorē Iunonis ob irā
Nam tametsi vulgus imperitorum imita
tio latet: non tamen latet homines literatos
principia enim communia sunt omnium Poe
tarum, vt etiam narrationes, vt singulares pu
gnæ, vt prælia duorum vtrinq; exercituum
Neq; hæc solùm communia sunt, sed comm
nes

nes sæpe etiam res eædem, à multis sunt, & versibus, & oratione soluta pertractatæ. Peræq; igitur ista communia sunt, atq; res multæ in ciuitatibus sunt publicæ, atq; communes. Nam exordia, & perorationes, quasi templa Deorum illorum erant: in quibus omnes & precari, & lachrymari decebat: & narrationes, & partitiones veluti compita erant, in conuenticulis hominum: in quibus licebat contrahere, & decidere, atq; transigere: & confirmationes, & refutationes duo magna oratoris lumina, veluti forum, & subsellia, & iudicia erant: in quibus ius erat omnibus contendere. Sed tum desinebant, hæc esse communia, cũ in his aliqui versarentur excellentius, quàm cæteri fori atq; tabulæ. Hinc Hortensius aliquando Rex fori fuit nominatus: & eiusmodi regnum Ciceroni criminosè obiectum fuit, propter vim eloquentiæ. Præcones etiam callidi, & versuti, & experientes quasi domini erant hastæ, atq; auctionum: lauare quidem, & natare in Tyberi, & in Campo Martio cursu aut lucta contendere, omnibus licuit. At ille Liparæus apud Horatium campum illum sibi prope fecit proprium, atq; hæreditarium:

Eques ipso melior Bellerophonte:
Neq; pugno, neq; segni pede victus,
Simul vnctos Tyberinis humeros lauit in vndis:

Et venationes, & Campi, atq; saltus quasi possidentur à meliori artifice: cuiusmodi idem fuit Liparæus.

Exordia, & epilogi tanquã templa.

Narrationes, & partitiones ueluti cõpita.

Confirmationes, & confutationes, quasi forum, & Iudicia.

Loca Poetarum, & aliorum usurpanda.

Παραπλονὴ, πολλάχοθι.

Κόλλησις, altera.

Catus idem per apertum fugientes
Agitato grege, ceruos iaculari: &
Celer alto latitantem fruticeto, excipere
Aprum.

Imò istud carmen à me ipso isto modo ap
plicatum aliqua ex parte meum factum esse
si aliquis ante me eodē pacto vsurparit. Ar
dum istud ignoro: vsurpo mihi huius carm
nis vsum quasi meum: non minori iure, qu
Cicero affatus Titum suum Pomponiū: q
versus istos Ennianos sibi vendicasse videtur

O Tite, si quid ego adiuto, curamq; leuasso
Quę nūc te coquit, & versat sub pectore fixa
Et qua deprimere, & quid erit præmij mi

Argumenta, & sententiæ.

Hisce Cicero dicit licere sibi affari Titum
Atticum: quibus ille vir affatur Flamminiu
Et vt hęc loca nullius sunt communia omniū
sic etiam argumenta, & sententiæ, quibus ora
tores, vt hastis vtuntur: & fit in vnaquaq; ha
sta cuiusq; oratoris propria: vt quisq; singul
riter illa vti, & petere, & ferire possit aduer

Ornamenta.

rium. Et ornamenta Rhetorica cōmunia sun
omnium oratorum, Poetarum quoq; non a
nus, quàm colores pictorum. Sed aliter hi
Appelles vsus est: & suos fecit: aliter Proto
nes, aliud Alcimedon faciebat: ita, vt trunc
desinat esse naturæ: & incipiat esse statuarū: v
illius pastoris testimonio, Tibi pocula pon
Fagina: diuinum opus Alcimedontis. Si
verbis quoq;, vt cibis quotidianis & vic

Verba.

bus, qui in consuetudine sunt, communi
omnes vtimur, sed non eodem cænæ, neq; ap

paratu

paratu, neq; instructu. Neq; cuiusuis erat Ioui epulum facere, sed id artificem requirebat, cuius esse dicebatur: etiamsi Magistratus sumtus faceret: artifex tamen opus suum faciebat, & artificis esse dicebatur. Quid enim tam commune, quàm illæ inter se ē regione respondentes particulæ, qui, quæ, quod: Hic, hæc, hoc? Quid tam vulgare, quã Res, quæ omnia Philosophorum attributa superat, atq; transcendit? quod notius verbum, quàm Posse? Cui ignotum, quid sit contra aliquem facere? Omnes Romani optabant gratiam Optimatium, & affectabant esse gratiosi: omnes etiam eloquentiam oratorum: & tamen ex hisce vocabulis, Quę, Hæ, quàm elegans illa, quàm apposita, ad beneuolentiam sententia: quæres duæ, in ciuitate, plurimum possunt: hę contra nos ambę faciunt, in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia. Et quæ de partibus orationis, & de argumentis, atq; sententijs, & quæ de ornamentis, cum verborum, tum sententiarum, quæ de ipsis verbis diximus: eadem sentimus de membris, & periodis, de compositione verborum, de clausulis conuersionum, de numeris, quæ omnia, omnibus communia sunt. Sed permagni refert, vt applicentur, atq; vsurpentur: neq; omnes oratores æque sunt numerosi: alius aliū magis excellit: alius alio temperantius, & prudentius, & callidius vtitur: & quo quisq; excellit: id illius proprium est, & peculiaris nota, & laus singularis.

Particulæ ἀντακτοδοτικαί.

RES.

Posse.

Reliqua omnibus communia, in imitando.

De similitudine & dissimilitudine exempli, atq; imitationis.

CAPVT. II.

Exemplum.

SED cum sunt quædam quę occultari nō possint: tamen necesse est in ipsa similitudine esse aliquid dissimile in vtroq; Duo enim sunt quæ in hac ratione sunt considerāda: quarum vnum est Exemplū ipsum, quod imitator propositum habet. Alterum expressa exēpli ab ipso imitatore imago: quæ non est necesse eandem esse cum exemplo: vt fit à pictoribus minus perfectis: sed æque pulchrum, si fieri possit, atq; exempli est figura, aut si quàm proximè ad eam pulchritudinem accedat, laudabile est. Et quoniam à Poetis exempla petiuimus: videamus, quid in his similē sit, & quid diuersum, & quid in eis deceat singulis proprium, quod alij suo iudicio quodam prætermierunt: quanquam Poetæ magni aliquando æmulationem præ se ferunt, vt Vergilius, cum vellet ostendere Theocritū sibi habere propositum, cum quo contenderet, Siculas Musas inuocauit, in qua prouincia Theocritus natus erat. Sicelides Musę, paulò maiora canamus. Siculas inuocat non Ausonias Musas: & versu non solum imitationem præsignificat exempli: sed etiam æmulationem atq; contentionem de præstantia. Idcirco illi addi-

Imago eiusdē expressa.

Exempla Poetarum.

additi: Non omnes Arbusta iuuant, humilesq; Myricę. Si canimus syluas, Syluę sunt consule dignę. Hac etiam de causa quasi se anteponit Theocrito in alia Ecloge. Prima Syracusio dignata est ludere versu: Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia. Quid illi intercalares? non æmulationem? Incipe Męnalios mecum mea tibia versus. Et alter contrarię sententię: Desine Męnalios mecū mea tibia versus. An non eodem modo Theocritus? Ἀρχετε βουκολικαὶ μῶσαι φίλαι ἀρχετε ᾠδᾶς. Et in eandem sententiam altero versu:

Λήγετε βουκολικαὶ, μῶσαι, νυὶ λήγετ' ἀοιδᾶς.

Et illud principium Eclogę alius aperte ad imitationem Theocriti factum est: Forte sub Arguta consederat ilice Daphnis: Compulerãtq; greges Corydõ & Thyrsis in unũ: Thyrsis oues, Corydõ distentas lacte capellas. Ambo florentes ętatibus Arcades ambo: Et cantare pares, & respondere parati. Nam tametsi quędam habet: tamen perspicuum est, ex quo fonte hi riuuli sint derivati: sunt enim versus Theocriti isti etiam in principio Idyllij positi.

Δαμοίτας, καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶραν
Γᾶν ἐγέλαν ποτ' ἄραντα συνήγαγον, εἰς ὁ μὲν αὐτῶν.
Ῥύμβος ὁ δὲ ὑμεναίους ἐπιπράτεν τιν' ἄμφω
Ἑδόμενοι θήρεος μέσσω ἄμματι, τοὶ δὲ δύ' ἄνδρες.

Hęc quędam habent diversa, & immutata plura, atq; minora, de quibus postea dicam, qua ratione consectata. Illa verò ad verbum interpretata sunt quarto AEneidos.

Locus Virgilij ad Homeri imitationem compositus.

Dicerat illi patris magni parere parabat
Imperio & primum pedibus talaria nectit
Aurea quæ sublime alis sive æquora supra
Seu terrã rapido pariter cũ flammine portãt
Tũ virgã capit hac animas ille evocat orco
Pallentes alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos, adimitq; & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventus & nubila tranat.

Hæc inquam propè ad verbũ sumpta sunt ex quinta odyssea.

ὣς ἐφατ', οὐδ' ἐπίθησε διάκτορος ἀργεϊφόντης
ἀντίθ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο.
εἵλετο δὲ ῥάβδον τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέτετο κρατὺς ἀργεϊφόντης.

Non veritus est Virgilius Mercurium mittere ad AEneam latitantem apud Didonem, in vrbe Carthagine: quemadmodum Mercurium Homerus ad Vlyssem mittit latitantem apud Calipso, neq; ἐπαλυψι, occultauit, Virgilius τὸν ζῆλον, æmulationem: vt cum Homero videatur quasi propè, & lingua, & sono verborum, & imitatione rerum contendere: vt vel par, vel etiam superior si esse queat, vellet esse.

Quæ

Quæres sint necessariæ ad occultandam imitationem.

CAPVT. III.

SI in his, quæ ex Virgilio, Theocrito, & Homero recitauimus, similitudinem obseruauerimus, atq; dissimilitudinem: facile causas annotabimus, vnde illa varietas imitatorum oriatur. Sunt enim occultationis hæ præcipuæ partes: Partes τῆς κρύψεως, ἤ καὶ λύψεως.

Appositio,
Detractio,
Transpositio,
Immutatio,
Copia.
Breuitas.

Hoc est, vt Græcè eadem, docendi gratia, tradamus,

Πρόσθεσις,
Ἀφαίρεσις,
Μετάθεσις,
Μεταβολή,
Εὐπορία,
Συντομία.

Est autē Appositio, quoties aliquid ad exemplum additur: aut in principio: aut ad extremum, aut aliquid in medio interponitur. Detractio contraria ratio est, qua in his tribus locis aliquid tollitur. Transpositio, cum manentibus sententijs, in eadem conuersione aut circum- Πρόθεσις. Ἀφαίρεσις. Μετάθεσις.

Μεταβολή. circumscriptione, collocatione, solum in alium locum migrant sententiæ. Immutatio, est materiæ, & verborū facta dissimilitudo. Copia, est ex paucis sententijs plures factæ, ex paucis membris numerosiora. Idem sentiendum de ornamentis, de numeris. Breuitas, est reuocatio rei copiosæ, ad paucitatem. Atq; hæc prope omnia in Virgiliano exordio animaduerti possunt. Versus enim verecunde à Virgilio propositi, & à Grammaticis, honoris causa, ablati, eam rationem indicant, quam προσθήκην nominauimus. Ille ego, qui quondam gracili modulatus auena.

Ἔμφασις.

Συντομία.

» Carmen, & egressus syluis vicina coegi,
» Vt quamuis auido parerent arua colono.
» Gratum opus Agricolis:

» Deinde illa Musæ appellatio, quam προσφώνησιν nominant, remota de principio, & translata in partem extremam, ostendit μετάθεσιν. Musa: mihi causas memora, quo numine læso.
Quidue dolēs regina Deū, tot voluere casus,
Insignem pietate virum, tot adire labores.
Impulerit. Tantæne animis cœlestibus iræ?

Et in hac ipsa inuocatione, apparet copia: quam quintam partem proposuimus: vtne seruilis appareret imitatio. Longè enim breuius Homerus, & statim de principio.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Sed in extrema parte, inuocationem Homerus reuocauit.

Τὸν

Τὴν δυόσμην θεὰ θύγατερ Διός, ἔπλε, πρὸς ἡμῶν, quã Vergilius de principio abstulit, & in fine collocauit, & diutius commoratus est, in ipso motu doloris. Hesiodus, non repetita vtitur inuocatione, sed duas habet: Primum Musarum, extremum ipsius Iouis.

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέρτατα λάμπετα νεῖται.
Κλῦθι δίων ἄμορτε, λίπη, δ' ἴθυνε θέμιστας
Τύνη, ἐγὼ δὲ κεν πέρσω ἐτήτυμα μυθησάμην.

Et quanquam vtitur eadem formula Poetica verborum, qua Homerus: Διὸς μεγάλοιο ἰοῦσι: tamẽ alio genere est vsus circumscriptionis, commutatione personarum. Homerus enim Achillis iram, & Vlyssis errorem, Hesiodus verò Iouis vim, atq; potentiam describit: & vt Hesiodus copiosus est, descriptione: ita Vergilius copiosus est inuocatione deorum, qui præsunt Agriculturæ, secutus Varronis principium, qui omnes Deos prope Agrestes inuocat.

Tribus igitur istis, differunt hæc inter se principia: sed etiam immutatio, quã μεταβολὴν nominauimus, est adhibita in personis. Homerus enim Vlyssem suum non nominat, sed describit: est enim λόγος ἀντὶ ὀνόματος, hoc est, oratio pro nomine posita. Et describit alterum Græcum alterum, alter Troianum alterũ, & alter Vlyssem redeuntem in patriam, alter patria AEneam profugum. Et, vt Vlysses, apud Calypso: ita apud Didonem, AEneas latitat: Copia, verò propè pares, vtriusq;, & par

brevitas.

Sed copiæ clarius exemplum est apud Horatium. Pindarus enim προτίμησιν suam comparationem trium facit.

Αριστον μὲν ὕδωρ. ὁ δὲ
Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ
Ατε διαπρέπει νυ-
κτι, μεγάνορος ἐξοχα πλούτου.

Hactenus tria comparata, Aqua, Aurum, ignis: Sequitur accommodatio comparationis, quæ ἀπόδοσις, dicitur.

Εἰσὶ δὲ θλα γαρυιν
Ελλάδι Φίλον ἦτορ.
Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Αλλο θαλπνότερον
Εν ἀμίρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ερήμασδι' ἀιθέρος.

Quanquam hęc secunda comparatio est lata in quarto, ex pari: Quemadmodum enim sole nullum sydus splendidius est: sic nulla præclarior Olympica Victoria, idcirco addit:

Μήδε' ὀλυμπίας ἀγῶνα
Φέρτερον ἀυδάσομεν.

Quis erit, qui non videat, hoc initium ab Horatio expressum esse, sed ita, vt copia videatur contendere cum Pindaro, & primum appellat Mecœnatem: Pindarus autem se ipsum, & suam quasi animulam:

Mecœnas atauis edite Regibus
O & præsidium, & dulce decus meum.

Pindarus duobus solum verbis φίλον ἦτορ. Deinde ad ἐπαγωγὴν decurrit: qua ostendit quen-

quenque suo delectari studio, sibi vero Lyrica maximè placere. Et primùm de Olympiarum victoribus.

Sunt, quos curriculo puluerē Olympicū
Collegisse iuuat: metaq; feruidis
Euitata rotis, palmaq; nobilis
Terrarum dominos euehit ad Deos, &c.

Horatiana ἐυπορία, dilatatio.

Simile istud vnum est: sed pluribus verbis propositum, quàm à Pindaro factum sit: qui duobus verbis complectitur, ἄριστον μὲν ὕδωρ. Deinde Candidatos, atq; agricolas adfert.

Hunc, si mobilium turba Quiritium,
Certat tergeminis tollere honoribus.
Illum si proprio condidit horreo.
Quicquid de Libycis verritur areis,
Gaudentem patrios findere sarculo,
Agros, Attalicis conditionibus.
Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria,
Myrtoum pauidus nauta secet mare.

Hæc omnia loco vnius verbi, apud Pindarū, ὁ δ' ἐχθυόεις: Tū mercatores accersit in mediū:

Mercator metuens, otium, & oppidi
Laudat rura sui, mox reficit rateis.
Quassas, indocilis pauperiem pati.

Et hæc pro illis, Apud Pindarū, ὁ δὲ αἰβόμενον

Ατι διαπρέπει νυ- (πῦρ,
κτὶ, μεγάνορος ἐξοχα.

Sed non contentus, hac tripartita similitudine: quartā etiā addit, & Epicureos aduocat

Est, qui nec veteris pocula Massici: (testes:
Nec partem solido demere de die
Spernit, nunc viridi membra subarbuto
Stratus, nunc ad aquæ lene caput sacræ.

Et quintum addit hominũ genus mille
Multos castra iuuant, & lituo tubæ
Permistus sonitus, bellaq; matribus
Detestata: manet sub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor
Seu visa est catulis cerua fidelibus.
Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

Hactenus comparata, duplicato numero si cum Pindaro conferas verbis delectis suauissimis maximeq; appositis ad imitationem hominum: sequitur ἀπόδοσις, atq; conclusio.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dijs miscent superis: me gelidum nemus
Nympharumq; leues cum satyris chori
Fecerunt populo: si neq; tibias
Euterpe cohibet: nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Et redit ad appellationem, πολυφώνιον, Mecænatis:

Quod si me lyricis vatibus inseris:
Sublimi feriam sydera vertice.

Atq; hæc quasi copiæ quædam est imago illa breuitatis, in consimili genere.

Poetarum συντομία.

Diuitias alius fuluo sibi congregat auro. Et teneat culti iugera magna soli Me mea paupertas, vitæ traducat inerti.
Dum meus assiduo luceat igne focus.

Et illud Vergilij, Pallas, quas condidit arces Ipsa habeat: nobis Placeant ante omnia syluæ.

Hæc omnia consimilia sunt electioni rei melioris, ex rebus multis, siue opinione illa, & voluntate melior sit, siue re ipsa, atq; veritate.

Quam

Quam rationem προτίμησιν Hermogenes nominat. Et illud Demosthenis, in prima Olynthiaca habet aliquid simile, sed absq; comparatione finita: Magnæ puto vobis instar pecuniæ fore, Athenienses, si perspicuum foret, quæ res vtilis futura sit ciuitati. Et illud Ennij, tametsi commutatum interrogatione, postulationē tamen habet rei magnæ. O Tite, si quid ego adiuto, curamue leuasso: 1. Olynth. Ennij.

Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. Sed dicat aliquis fortasse, neq; in Demosthene apparet imitationis exemplum, neq; Ennius Horatium vnquam vidit. Fateor de Pindari exordio fortasse nihil cogitauit Ennius, Demosthenes, Horatius, & Vergilius: nullum tamen mihi dubium est: quin vterq; Græcos secutus sit. De Ennio, & Demosthene concedo, ostendi non posse facile fortasis exemplum. At ego ad imitatorem pertinere puto: omnes tractationū vias, atq; rationes, quas methodos vocant, annotatas habere: vt vnius generis varia exempla congregare, & delectum habere possit: quoties aliquid scribendum sit, aut docendum, aut differendum, nam nisi mutare, & variare poterit imitator: non libera poterit esse eius æmulatio.

Eaſdem has ſex partes in oratoribus obſeruandas eſſe.

CAPVT. IIII.

Simile principiũ Quintianæ.

ET oratorum imitatio eaſdem has partes ſex in ſe continet: vt lateat imitatio, & varietur orationis forma: & in ſimilitudine voluptatis, quę dicendo percipitur aliquid habeat diſsimile, in rerũ tractatione. Quã enim illud Demoſthenis principium de Corona ſimile eſt Ciceronis exordio in cauſa Quintiana, vel potius Quintianum Exordiũ ſimile Demoſthenico, occultata tamen imitatione, & abſcondito exemplo? Nam illam precationem Deorum Cicero abſtulit, & incepit cauſam ab enumeratione incommodorum, penẽ eodẽ modo, quo Demoſthenes poſt precationem, atq; petitionem, apud quem eiuſmodi eſt propoſitio: Πολλὰ μὲν ἐγὼ γε ἐλαττώματα νυκτὸς τυτονὶ τὸν ἀγῶνα ἀνέχινε, ἄνδρες, ἀλλὰ δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα &c. Cicero verò aſſumptionem infiniti, omiſit: & ſola vſus eſt partitione: Quæres, in ciuitate, duæ plurimùm poſſunt: hæ cõtra nos ambę faciunt, in hoc tempore: ſumma gratia, & eloquentia. Et ipſam partitionem, in periodo complexus eſt: Demoſthenes verò extra periodum. Ἐν μὲν, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι, ὑπὲρ γάρ ἐστιν ἴσον νῷ ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας ἅπαν μεγε-

μαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἐλεῖν τῶν γραφήν. Deinde Demosthenes distinctione vsus est: ἀλλ' ἐμοὶ μέν, ὃ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν, ὃ δέον ἀρχόμενος τοῦ λόγου, ὅτος δ' ἐν περιουσίαις μου κατηγορεῖ. Et deinde alteram partem ponit diuisionis: ἕτερον δ' ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν, καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀπηλλάχθαι δέους, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτὸς ἄχθεσθαι. Hactenus Demosthenes copiosius in suo exemplo, quàm Cicero: Deinde sequitur distinctio rerum differentium. Τούτων τοίνυν, ὁ μὲν ἐστι πρὸς ἡδονὴν, τούτῳ δέδοται, ὃ δὲ πᾶσιν (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί. Cicero verò hanc distinctionem paulò copiosius tractauit: Primum acutè verbis: Quarum alteram, Ca. Aquili, vereor: alteram metuo: Deinde acumini lucem adfert explicatione, quam ἔνθεσιν vocant Græci: Eloquētia, Q. Hortēsiꝰ ne me indicendo impediat, nonnihil cōmoueor: gratia S. Næuiꝰ ne Pub. Quintio noceat: id verò nōn mediocriter extimesco. Et post distinctionē, Demosthenes ad motum nonnihil deflexit, dubitans, & hæsitans, quid faciendum sit, quæ ratio beneuolentiam conciliat, & amorem. Κᾆν μὲν ἐυλαβούμενος τοῦτο, μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, ὡς ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορούμενα λόγῳ, ὃ δ' ἐφ' οἷς ἀξιῶ τιμᾶσθαι, λειπνιώσαι, ἂν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα, καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ. Pro hac cōciliatione beneuolentiæ, Cicero alia ratione maiore sibi cōparat, amplificans rē, per cōpositionē. Neq; hoc tātopere queren-

dum videtur, hæc ſumma in illis eſſe: ſi in nobis
» ſaltem eſſent mediocria. Verùm ita res ſe ha-
» bet, vt ego: qui nec vſu ſatis, & ingenio parum
» poſſum: cum patrono diſertiſsimo comparer:
» Pub: Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt, cum aduerſario gratioſiſsimo contendat. Et Demoſthenes contentus fuit partitione duorum: Cicero verò interpoſuit tertium, antequã ad concluſionem perueniret. Illud nobis accedit in
» commodum: quòd M. Iunius, qui hanc ali-
» quoties apud te egit, homo & in alijs cauſis
» exercitatus, & in hac multum, & ſæpè verſa-
» tus, hoc tempore abeſt, noua legatione impe-
» ditus: & ad me ventum eſt: vt qui ſummam ha-
» berem cætera, temporis quidem certè vix ſa-
» tis habui: vt rem tantam, tot controuerſijs implicatam poſſem cognoſcere. Deinde illudetiã de ſe ἰδιικῶς, κατ' ἀφέλειαν, addidit. Nam quò minus ingenio poſſum: ſubſidio mihi diligentiam comparaui: quæ quanta ſit, niſi tempus, & ſpatium datum ſit, intelligi non poteſt. Demoſthenes vero etiã de ſe modeſtiam pollicetur: πειράσομαι μὲν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιῆσαι. Et cauſam facti, κατ' ἀντέγκλημα, per relationem in aduerſarium transfert: ὅτι δ' ἄν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀνακαλῇ: τοῦτο τὴν αἰτίαν ὑπὸς ἐμοῦ δίκαιον ἔχειν, ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνεγκάμενος. Cicero verò, ante enumerationem perfectam incommodorum, concluſionem interpoſuit paulò acriorem: Quæ quò plura ſunt, Ca: Aquili, eò te, &

hos

hos qui tibi in consilio adsunt, meliore men- "
te nostra verba audire oportebit: vt multis in "
commodis veritas debilitata, laudee talium "
virorum recreetur. Et commorationem facit "
in eadem postulatione, ἀξιώσει, per tractationē "
contrarij. Quod si te iudex nullo præsidio fuis- "
se videbere contra vim & gratiam solitudine, "
atq; inopia se apud hoc consilium ex opibus "
non ex veritate causæ respondere: Profecto ni "
hil est iam sanctum, atq; syncerum, in ciuitate, "
nihil quod humilitatem cuiusquam grauitas, "
& virtus iudicis consoletur. Et illud vtrumq;, "
alijs verbis concedit breuius. Certè aut apud "
te & eos, qui tibi adsunt veritas valebit: aut ex
hoc loco repulsa vi, & gratia locum vbi consi-
stat non habebit. Atq; hæc quidem eiusmodi
sunt, vt imitatio omnino lateat, & hucusq;, vt
arbitror omnes latuit explicatores, cū Gram-
maticos, rum Rhetoricos, siue Græci illi sint,
siue Latini. Ista verò aperta magis: Quanquā
apud Demosthenem breuius initium, quàm
Ciceronis sit, in contentione, & comparatio-
ne personarū, & rerum pugnantium. Demo-
sthenes enim hoc vtitur principio: Reuera e- *Alia compa-*
nim sermo, de vobis orietur: si ipsū dimittetis. *ratio.*
Athenas quidē legati missi sunt ad Philippū:
Philocrates, AEschines, Phymo, Demosthe-
nes: quid igitur? Ciceronis verò principiū est "
istud. Qua vociferatione in cæteris iudicijs, ac "
cusatores vti cōsueuerunt: ea nos hoc tempo- "
re vtimur: qui causam dicimus, petimus abs "
te Mar: Fanni, vobisq; iudices, vt quàm acer-

rimè vindicetis: vt fortissime hominibus audacissimis resistatis, vt hoc cogitetis: nisi in hac causa qui vester sit animus ostendetis: eò prorumpere hominum cupiditatē, & scelus, & audaciam: vt nō modò clam, verum etiam hic in foro, ante tribunal tuum, Mar: Fanni, ante pedes vestros, iudices, inter ipsa subsellia, cædes futuræ sint. Acre istud principium est, ad timorem iudicum, & ad odium aduersariorum deflexum. Demosthenis verò motus, modice inchoatus, ad pudorem, & verecundiam præsignificatione dedecoris dirigitur. Sequitur ipsa comparatio: quæ apud Ciceronem quadripartita est: apud Demosthenem est triū membrorum. Ciceronis pars prima est: Accusant ij, qui fortunas huius inuaserunt: causam dicit is, cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Demosthenis verò: Iste enim, præterquā quòd nihil accepit legationis more, captiuos ciues suis pecunijs liberauit. Ille vero quibus pecunijs rempublicam vendidit, ijsdem meretrices, & pisces obambulans emit. Et Ciceronis pars secunda. Accusant ij, quibus occidipatrem sex: Roscij bono fuit: causam dicit is, cui non modo luctum mors patris attulit: verum etiam egestatem. Demosthenis autem: Et iste filium suum Philippo misit, antequàm pallium sumpsisset virile (antequam in numerum Virorum venisset) homo impurus, hic verò, scilicet Demosthenes, nihil indignum neq; ciuitate, neq;, &c. commisit. Et Ciceronis pars tertia: Accusant ij, qui hunc ipsum iugu-

lare

lare summè cupierunt: causam dicit is, qui etiã ad hoc iudicium cum præsidio venit: ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur. Demosthenis pars tertia est: Et hic cum Choragus esset, & classem duceret, vel classi præesset, etiam has ipsas pecunias suas, sua sponte impendendas esse putauit: & liberãdos captiuos: nullum ciuem in calamitatem propter inopiam, negligendam. Iste verò AEschines, tantum abest, vt de suis bonis captiuum aliquem seruarit: vt totam regionem, & decem millia, atq; eò amplius, armatorũ hominũ simul etiã plures, quã ille equites sociorũ, vt captiui Philippi fierent, comparauit. Ciceronis verò pars quarta illa est: Denicq; accusant ij, quos populus poscit: causã dicit is, q vnus relictus est, ex illorũ nefaria cæde. Sed Demosthenes, Quid igitur posthac Aeschines cõmodi, acceperunt: nouerant hæc iã dudũ, quid? eos qui pecuniã, & bona acceperunt, & Reip: dedecus cõparârunt, eorum liberos missos fecerunt, & sapere putabantur, & Remp: recte gerere, quid verò de accusatore horũ? Attonitã esse Remp: ignorare, non habere, qua rem suam deponat. Hęc grauiora sunt in fine, quàm apud Ciceronem: qui simul cum cõparatione motum perfecit. Sed quoniam Demosthenes superiora per προσωποποιίαν introduxit, redit ad Iudices: & eos rursus commouet, & vehemẽtius. Quis vero Atheniẽses exemplũ istud considerans, si iustũ virum se ciuibus suis prębere velit, quis gratis legatum geret, si neq; quæstum facere queat:

neq; is, qui pecuniam accepit, melior vir, fidelior ciuis apud vos videri poterit. Et concludit alio euentu. Quamobrem non solum iudicium de his facitis hodie, sed legem his statuitis, in omne reliquum tempus: vtrũ pecuniæ causa turpiter pro inimicis legationem obire, omnes conueniat: an gratis pro vobis nulla accepta pecunia, quod optimum est in legatione facere?

De Demosthenis aliquorum *locorum tractatione.*

CAPVT. V.

Tractatio similitudinũ.

SED similitudines, atq; dissimilitudines tractationum non solum in diuersis scriptoribus considerandæ sunt: sed etiam in eodem, imò in eodem potius, quã diuersis, atq; differentibus. Nam vt tractationem similitudinum in manus sumamus. Primum qualis illa similitudini anteposita sit propositio cõsyderetur. Mihi quidẽ æquus æstimator de Deorum beneficio constituatur: tametsi multa secus sese habeant, atq; oportet: tamen magnas merito ijs gratias habeat. Nam quod multa sunt belli tempore amissa, id merito vestræ negligentiæ asscribendum est: vt verò nõ rursus eadem detrimenta: & quod socij existant, quibus superiora mala compensari possunt: si ijs vti velimus. à Deorum equidem immor-

mortalium beneuolentia beneficium profectum esse puto. Deinde qualis ipsa similitudo sit, animaduertatur. Sed puto perinde id fit, quod in pecuniarum comparatione, Nam si quis ea omnia quæ accepit, conseruat: magnā fortunæ gratiam habet: si vero imprudenter, confirmat, simul etiam consumit memoriam acceptæ à fortuna gratiæ. Atq; istud quidem in pecuniis accidit: qui verò temporibus non rectè vtuntur, si quid à Diis immortalibus non meminerunt: ad extremum euentum ea, quæ accidere ante eum solent, referre consueuerunt: & ex hac similitudine facta conclusio est. Quamobrem, etiam atq; etiam deinceps curandum est: vt his malis emendatis, rerum gestarum ignominiam, & dedecus possimus auertere. Et cum hoc loco comparat illū alterum qui paulò post sequitur, in eadem oratione Olynthiaca prima, in quo hæc est propositio. Per Deos quæso, quis vestrum adeò simplex est: qui ignorat bellum quod ibi geritur, huc ad nos peruenturum esse, si negligamus? At si istud accidat, metuo, Athenienses, ne eodem modo, quo qui pecuniam pro fœnore exponunt, propter magnum fœnus, vbi paululum copiosi facti sunt, subito etiam veteri summa spoliantur. Sic etiam nos si ignaui videamur, in re magna, & omnium ad voluptatem comparemus: tandem necessariam causam suscipere, & de totius agri fortunis periculum facere cogamur. Atq; hæ duæ similitudines factæ sunt, in asperitate, hoc est, in re-

præhensione populi. Illa verò in causa Ctesiphontis, in acrimonia sunt accersita, hoc est, in aduersarij insectatione: inquo primum locum tenet sententia communis, & principiū quoddam oratoriæ βάσεως. Malum (improbum) Athenienses, est in ciuitate, sycophonta, atq; calumniator: vndiq; enim instat, & accusat. Iste verò homuncio, natura impurus est, & inde ab initio nihil quod sanum, & rectum sit, instituit: nihil libertate dignum, reuera Tragicus Simius agrestis, ignominia notatus orator. Deinde ἀποστροφὴ, & προσφώνησις ad eundem. Quid enim tua dicendi facultas adiumenti adfert patriæ? Tertiò, ipsum sequitur simile, Nunc tandem de præteritis malis concionaris, perinde ac si medicus ad infirmos ingressus nihil dicat, neq; vt indicet, quo malum morbum vitare queant. Vbi verò diem suum aliquis obijt, atq; parentare ei cœptum est, funus sequens, ad monumentum commemoret: si homo hic istud atq; idem illud fecisset: non esset mortuus. Attonite, nunc tandem loqueris? Quamobrem neq; hanc dabem si de hac gloriaris ob quam ingemiscere oportebat, impure nebulo, nequaquam à me profectam esse inuenietis. Sed illud considerandum est, similitudines plerunq; sequi solere post rem expositam: & si ea magna sit amplificatam. Itaq; decet imitatorem non solum obseruare tractationes, atq; formas similitudinum: sed etiam animaduertere, quibus in locis illæ sint collocandæ. In secunda Olynthia-

Obseruatio.

ca,

ca,postquam ostèndisset Demosthenes, infirmas esse res Philippi: propter populi calamitates: propter militum, partim offensiones: partim vitia: propter ipsius etiam Philippi occultata consilia: peruenit ad similitudinem huiusmodi initiò. His malis quasi tenebras offundit fortuna belli: & hanc rationem probat sententia communi: Res enim feliciter gestæ magnam vim habent ad cælandum, atq; ad obnubilandum dedecora. Si offendat ibi ea omnia, quæ in ea sunt, diligenter discutientur. Et hanc spem cõfirmat, asseuerando: Id, quod breui mihi videtur indicaturus esse si dñ dabunt, & vos voletis. Hic aditus institutus est ab oratore, ad metum tollendum: quo populus ab armis, & à societate Olynthiorum deterrebantur. Sequitur similitudo explicans, vt magis veritas eluceſceret: & spes confirmaretur populi. vt enim in corporibus hominum dum quis valet: nihil eorum quæ in se fæda sunt sentit: vbi verò valetudo aduersa venit: ibi omnia commouentur: siue ruptum aliquid sit: siue luxatum: siue aliud sit, quod sit putidum. Hactenus simile: sequitur assumptio: Eadem ciuitatum, & Tyrannorum est conditio: dum foris bellum gerunt, latent vitia, arma commutantur, tamen ea hæc omnia patefiunt.

Aliud exemplum ex II. Philipp. Demosthenis.

Propositio.

Ratio.

Confirmatio.

Exornatio.

"

"

"

"

Conclusio, et Ἀπόδοσις.

Simili-

Similitudines Ciceronis.

CAPVT. VI.

SEd opinor gratiora hæc fore: si in Cicerone demonstrentur: apud quem, quàm est splendida illa similitudine cõfecta L. Cornelij Syllæ defensio, in causa Rosciana. Contra μετάστασιν enim, hoc est, remotionem aduersariorum, hac vtitur propositione. Quę omnia si, quemadmodum solent Libertinine quam, & improbi facere in patronum suum voluerint conferre, hoc est, remouere, nihilerit. Et hanc propositionem confirmat ratione. Nemo est enim qui nesciat, propter magnitudinem rerum multa multos partim connuente, partim imprudente L. Sylla, commisisse. Et occupatione vtitur tertio loco, & meliori remotione, quàm aduersarius vti instituit. Placet igitur multis rebus aliquid imprudentię prætereire? Non placet, Iudices, sed necesse est. Hęc breuiter & acutè causa reiecta in ipsam necessitatem. Ecce quàm præclarè illustratio facta sit similitudine: eaq; sumpta à Ioue Optimo Maximo summo DEO, pro summo Imperatore. Etenim si Iupiter optimus Maximus, cuius nutu & arbitrio cælum, terra, mariaq; regũtur, sæpe ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, aut intollerabili frigore, hominibus nocuit:

Propositio.

Ratio.

Confirmatio, ἀναστροφὴ καὶ ἀντίθεσις.

Exornatio ἐμφασις καὶ λαμπρά.

vrbes

vrbes deleuit: fruges perdidit: quorum nihil
permitti diuino consilio, sed vt ipsa, & magni
tudine rerum factum putamus: at contra com
moda, quibus vtimur, lucemq́, qua fruimur,
spiritumq́ quem ducimus, ab eo nobis dari,
atq́ impartiri videmus. Hactenus ipsum simi
le, sed simile sumptum à re magna, à Ioue scili
cet, eiusq́ actionibus. Oportebat enim L. Cor
nelio Syllæ summo imperatori consimilem
imperatorem, aut maiorem inuenire: qui cum
gloria rerum gestarum comparari posset. Inse
quitur assumptio: Quid miramur L. Syllam, *Assumptio, ἀντακολουθία.*
cum solus Remp: regeret, orbemq́ terrarum
gubernaret: imperiumq́ maiestatem, quam ar
mis receperat, legibus confirmaret, aliqua ani
maduertere non potuisse? Et subiunxit ratio- *Ratiocinatio à maiore.*
cinationem à maiore sumptam: nisi hoc mi
rum est, id vim diuinam assequi non potuisse?
si id mens humana adepta non sit.

Ampla igitur hæc est oratio, & verbis atq́
sententijs splendida: illa verò in eadem oratio
ne, vehemens est, & acris, contra Chrysogo
num, odium concitans: & propterea aditus
ad ipsum simile magnam acrimoniam habet.
Verum si à Chrysogono, iudices, non impe- *Ἐννοια παθητική.*
tramus: vt pecunia nostra contentus sit: vitã
ne petat. Sententia hæc, παθητικὴ omnino est,
duos motus continens. Alterum inuidiæ &
odij: alterum lenitatis, atq́ misericordiæ. Et
quoniam grauis sententia est, ad rem maximè
pertinens, commoratur in eadem re, sed alijs
verbis. Si ille adduci non potest: vt cum ade- *Ἐπιμονή.*

merit

merit nobis omnia, quę nostra erant propria
ne lucem quoq; hanc, quæ communis est, eri-
pere videar. Verba sunt acriora, quàm primæ
sententiæ. Ibi enim vitam ne petat: hic verò ne
lucem quoq; hanc quæ communis est eripere
cupiat. Et commoratur tertio in eadem senten-
tia. Si non satis habet auaritiam suam pecu-
nia explere: nisi etiã crudelitate sanguinis per-
litus sit. Transit deinde ad misericordiam iudi-
cis. Vnum perfugiũ, iudices, vna spes reliqua
est Sexto Roscio, eadẽ: quæ Reip: vestra pris-
na bonitas, & misericordia. Et hanc sententiã
schemate exornat Rhetorico, quod ἀντιβετικὸν
vocat Hermogenes: Quę si manet, salui etiam
nunc esse possumus: sin ea crudelitas, quæ hoc
tempore in Repub: versata est, vestros quoq;
animos (id quod fieri profecto nõ potest) du-
riores, acerbiores q; reddidit: actũ est, iudices:
inter feras satius est ætatem degere: quã in hac
tanta immanitate versari. Et indignatur cum
maiore dolore. Ad eam ne rem vos reseruati
estis? ad eam ne rem delecti, vt eos condemne
tis, quos sectores, & sicarij iugulare non po-
tuissent? Hactenus locus vehemens, & acer:
sequitur similitudo: Solent hoc boni impe-
ratores facere, cum prælium committunt: vt
in eo loco, quo fugam hostium fore arbitren-
tur, milites collocent: in quos, si qui ex acie fu-
gerint, de improuiso incidant. Hactenus simi-
le: sequitur assumptio. Nimirum similiter ar-
bitrantur isti bonorum emptores, vos hic ta-
les viros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis

Alia ἐπιμονή.

Συγγνώμη.

Αντιβετικὸν χῶμα.

Αγανάκτησις.

Ομοίωσις, post σφοδρότητα.

Αντανάκλασις.

mani-

manibus effugerint. Et ad extremum posita est ἀποτροπή, dehortatio, & deprecatio. Dñ prohibeant, Iudices: vt hoc, quod maiores consilium publicum vocari voluerunt, præsidium sectorum existimetur. Et asseuerat idem, interrogando. An verò, Iudices, vos non intelligitis, nihil aliud agi, nisi vt proscriptorũ liberi quauis ratione tollantur? & eius rei initium in vestro iureiurando, atq; in Sext: Roscij periculo quæri? Hæc similitudo motus quidem habuit plures & acriores, quàm illa prima: sed prima similitudo copiosius fuit, & ornatius explicata: & permagni refert, imitatorem diligenter obseruare, atq; annotare, quæ res, quo ornatu, aut qua copia à Cicerone, aut à Demosthene, pertractatæ sint. Illius verò nunquam obliuisci oportet: similitudinem sequi solere plerunq; narrationes, aut argumentationes, non verò antecedere. Ornatus verò discrimen, facile intelligitur, si exempla inter se componantur. Nam si illud simile pro Roscio Comœdo, cum duobus superioribus componatur: quis non videat breuitate, & celeritate, à superioribus differre? Quid ais? nonne vt ignis in aquam coniectus, continuò restinguitur: sic feruens falsum crimen in purissimã, & castissimam vitã collatũ statim concidit, atq; extinguitur. Illud verò in diuinatione etiã copiosum est: facetũ tamẽ, atq; subtile. Deinde, vt opinor, habet alienũ, hunc tamen à subsellijs, qui quid in dicendo possit nunquam satis attendi: in clamando quidem

Ἀποτροπή.

Ἀπόφανσις, σιὼ ἐρωτήσει.

Obseruatio.

Alius locus ὁμοιωτικὸς, pro Roscio Comœdo.

Ex 1. Verrina.

Εὐτραπελία, ἀστεϊσμὸς, καὶ σκῶμμα.

Ἀποστροφή. quidem video eum esse benè robustum, atq; exercitatum. Et auertit orationem ad Cecilium competitorem. In hoc spes tuæ sunt omnes, hic si tu eris actor constitutus, totũ iudicium sustinebit: ac ne is quidem tum contendet in dicendo, quantum potest, sed consulet laudi, & existimationi tuæ, & ex eo quod ipse potest in dicendo aliquantum remittet, vt tu tamen aliqd esse videare. Hactenus oratoria διαβολή, hoc est, acuta interpretatio cogitationum, & consiliorum: sequitur similitudo istud acutũ explanans. Vt in actoribus Græcis fieri videmus: sæpe illum qui est secundarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquantò dicere clarius, quàm ipse primarum: multum submittere, vt ipse princeps quàm maximè excellat. Hactenus simile: subsequitur res proposita. Sic faciet alienus, tibi seruiet, tibi lenocinabitur: minus aliquantò contendet, quàm potest. Sed ad extremum monet iudices, & alienat ab eiusmodi actoribus. Iam hoc considerate: cuiusmodi accusatores, in hoc iudicio, simus habituri: cum & ipse alienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus, & Cæcilius: tum denique se aliquid futurum putet: si alienus minus vehemens fuerit, & si primas in dicendo partes concesserit. Hic locus, si diligenter animaduertetur: ter eandem rem tractauit: sed eiusmodi commorationes in eadem re non cuiuis rei, neq; personæ conueniunt, & magis familiares sunt causis ciuilibus, in quibus vel iudex ipse non nimis acutus: vel populus

Ὁμοίωσις.

Assumptio, rei propositæ, ἀντανάκλασις.

Ὑπόμνησις.

Commorationum usus.

pulus est diligenter docendus. Cuius non subtile solet esse iudicium, & memoria labilis: intelligentiæ enim sed memoriæ causa, huiusmodi cōmorationes sunt inuentæ. Illa verò, in septima accusatione, similitudo, ex fabulis sumpta est, sed literata, & acris, & ad amplificandū elaborata. Posteaquā de Latumeis, & de carcere Syracusano, & de ea crudelitate exposuisset. At quę erat ista libido crudelitatis exercendæ? quæ tot scelerum suscipiendorum causa? Nulla, iudices, præter prædandi nouā, singularemq; rationem: propositio hæc est ad odiū, & inuidiam destinata: subiungitur similitudo. Nam vt illi, quos à Poetis accepimus, sinus quosdam obsedisse maritimos, aut aliqua promontoria, aut prorupta saxa tenuisse dicuntur: vt qui essent appulsi nauigijs, interficere possent. Simile illud in Rosciana, de imperatoribus, sed bonis: istud verò de imperatore improbo. Sic iste in omnia maria infestus, ex omnibus Siciliæ partibus imminebat quæcunq; in naues ex Asia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerant statim certis iudicibus & custodibus tenebantur. Vectores omnes in Latumias conijciebantur, onera atq; merces in prætoriam domum deferebantur. Et hanc similitudinem exornat cōparatione, atq; exemplis. Versabatur in Sicilia longo interuallo, alter non Dionysius ille nec Phalaris. Tulit enim illa quondam Insula multos, & crudeles Tyrannos: sed quoddam nouū monstrum ex vetere illa immanitate, quæ ijs

VII. Verrina.

Ὑπόταξις, διαβολή.

Κατασκευή, ὁμοίωσις.

Comparatio, & exempla.

Ἀφοίς.

dem in locis versata esse dicitur. Atq; hæc ἀνδρεῖα duorum magnorum Tyrannorum: Sequitur θεῖα maiorum & horribilium. Nonnim Charybdim tam infestam, neq; Scyllam nautis quàm istum in eodem freto fuisse arbitror, hoc etiam iste infestior, quod multisq; pluribus & maioribus criminibus discinctus erat Cyclos alter multo inopportunior, hic enim totam insulam obtinebat, ille Aethnam solam, & eam Siciliæ partem tenuisse dicitur.

θεῖα.

De Tractatione exemplorum.

CAPVT. VII.

NOn inutile fore arbitror, si ad similium tractationem adiiciamus etiam exemplorum ornatum. Exempla enim pro similibus habentur: & in artis locis, vnum locũ similitudines & exempla tenent, habent etiam collocationem eandem. Nam post grauem expositionem rei magnæ, nouæ, inauditæ & singularis, siue honesta ea sit, siue turpis sit, siue ad laudem siue ad vituperationem pertineat, vt similitudines: sic etiã exempla & autoritates ponuntur: vt pro Sext: Roscio, primum locum illa comprehensio facit vniuersi tenet. Etenim quis tam dissoluto animo est, vt hæc cum videat tacere aut negligere possit? patrem meum cum proscriptus non esset, iugulastis? occisum, in proscriptorum numerum retulistis? me domo mea, per vim, expuli-

Locus exemplorum.

Τὰ παραχθέντα.

puliſtis: patrimonium meum poſsidetis: quid vultis amplius? Ideo ne ad ſubſellia cū ferro, atq; telis veniſtis? vt hîc aut iuguletis, aut condemnetis Sex. Roſciū? Hactenus conſilium accuſatorū crudele: ſequitur exemplū, cuius prima pars vituperationē perſonæ habet. Hominē longè audaciſsimum habuimus in ciuitate C. Fimbriam: & quod inter omnes cōſtat, niſi inter eos qui ipſi quaſi inſaniunt inſaniſsimū: Pars altera alterius perſonæ laudem. Is cum curaſſet in funere C. Marij Q. Scæuola vulneraretur vir ſanctiſsimus atq; ornatiſsimus noſtræ ciuitatis: de cuius laude neq; hic locus eſt, vt multa dicantur, neq; plura tamen dici poſſunt, quàm populus Romanus memoria retinet. Tertio loco, expoſitio facti eſt collocāda. Atq; edicto diem Scæuolæ dixit, poſtquam comperit poſſe viuere: cum ab eo quæreretur: quid tandem accuſaturus eſſet eum: quem pro dignitate nec laudare quidem quiſquam ſatis commodè poſſet: aiunt hominem, vt erat furioſus, reſpondiſſe, quod non totum telum corpore recepiſſet. Et poſt expoſitionem facti ante aſſumptionem, quædam interponit de genere facti, motus cauſa. Quo populus Romanus vidit nihil indignius: niſi eiuſdem viri mortem, quæ tantum potuit, vt omnes ciues ſuos perdiderit, atque afflixerit. Quos quia ſeruare per compoſitionem volebat: ipſe ab his interemptus eſt. Et poſtremo loco aſſumptio facti præſentis. Eſt ne hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ non

Λογισμός.

Παράλειγμα.

Ψόγος.

Ἔπαινος.

Ἔνθεσις.

Μεταξύλογία.

Ἀντανάπλασις.

simillimum? accusatis Sex: Roscium. Quid ita? quia de manibus vestris effugit, quia ne occidi passus non est. Et suam orator subiungit sententiam: quia illud in Scæuola factum est, magis indignum videtur: hoc quia fit à Chrysogono: nõ est ferendum. In plures partes hoc exemplum secuimus: contrahi tamen debet ad partes tres, propositionem, exemplum, & assumptionem. Fabulosum etiam exemplum est in VI. Verrina, posteaquam narrasset, de duobus poculis, quæ inter toreumata Diodori fuissent, & de cupiditate Verris ostendisset, exemplum subdit. Eryphilam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt cum vidisset monile, vt opinor ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Et post breuem expositiunculam assumit crimen Verrinum. Similis istius cupiditas, hoc etiã acrior, quod ille cupiebat id, quod viderat: huius libidines non solum oculis: sed etiam auribus excitabant. Breuiusculè istud perfectum est, duabus tamen partibus absolutum, & in medio narrationis collocatum. In arte verò hoc pacto Cicero in lib. I. de inuentione hoc eodẽ exemplo vtitur. Mulierum genus auarum est: nam Eryphila auro viri vitam vendidit. Breuitas huius exempli facit, vt mihi in mentem veniat, rectè præcipi à Rhetoribus exempla: vt similitudines vsurpari vel intelligentię, vel fidei, vel ornatus atq; dignitatis, vel perspicuitatis illustris (quæ ὑποτύπωσις dicitur) gratia vsurpari. Atq; istud ex arte Ciceronis sumptũ

Ἔκπληξις.

Μυθικὸν exẽplum, in VI. Verrina.

Πρόταξις, ἀφήγησις.

Ἀνταπόδοσις.

Exemplum.

συντομον τῆς πίστεως ἕνεκα.

Vsus exemplorum.

ad

ad fidem refertur. Sed quę fidei causa accersuntur, etiam solent tractari mediocri ornatu, nō vt in arte, & Ciceronis exemplo subtiliter. Sed vt ad populum copiosius: qualis illa est pro Sex. Roscio exempli elocutio, quod primum locum occupat, id, quod fieri solet, cum exempla tractantur absq; comparatione. L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimū & sapientissimum iudicem putabat, identidē in causis quærere solebat, cui bono fuisset. Et post hanc expositiunculam addit sententiam generalem, & quasi ἐπίφρισιν, adiudicationem. Sic vita hominum est: vt ad maleficium nemo conetur, sine spe, atq; emolumento accedere. Et redit ad Cassium: Hunc quæstorem, & iudicem fugiebant, atq; horrebant, quibus periculū creabatur. Ideò quod tametsi veritatis erat amicus: tamen non tam propensus ad misericordiam, quàm inclinatus ad veritatem vidēbatur. Et fiduciam ostendit in hac causa orator, & de se loquitur, suoq; reo. Ego quanquā præest huic quæstioni, & contra audaciam fortissimus & ab innocentia clementissimus: tamen facile me paterer, vel illo ipso acerrimo iudice, quærente, vel apud Cassianos Iudices, quorum etiam nuncij, quibus causa dicenda est, nomen ipsum reformidant, pro Sext: Roscio dicere. Et causam addit, & assumit de aduersarijs. In hac enim causa, cum viderent illos amplissimam pecuniam possidere: hunc in sua mendicitate esse: illud quidem non quærerent, cui bono fuisset: sed eo perspicuum cri-

Exemplū ad fidem faciendam accommodatum, sed copiosius, καὶ τὸ μῆνος.

Επιφώνημα, ἐπιπρίσεα.

Επάνοδος, ἐπὶ τὸν λιναγλίν.

Γεποίθησις.

Αιτιολογία.

mẽn,& ſuſpicionem potius, ad prædam adiungerent, quàm egeſtatem. Adferemus iam exemplum copioſiſsimæ,& ornatiſsimæ comparationis: qua multa multis, eaque ſingula ſingulis conferuntur in partes contrarias, in qua primùm illud notandum eſt: quod narratio in medio comparationis collocata: vtrinquẽ munita eſt, & perpolita contrariorum factorum contentione. Eſt autem ea in Sexta Verrina. Vnius etiam vrbis, inquit, omnium pulcherrimæ atque ornatiſsimæ Syracuſarum,direptionem commemorabo: & in medium proferam,ludices: vt aliquando totam huius generis rationem concludam, atq; definiam. Hæc propoſitio eſt, quæ ſignificationem habet narrationis, non autem comparationis. Sequitur igitur comparatio, eiuſque propoſitio. Nemo ferè veſtrum eſt: quin, quemadmodum captæ ſint à Mar: Marcello Syracuſæ,ſæpẽ audierit:nonnunquãm etiam in annalibus legerit: & inſequitur contentio. Conferte hanc pacem cum illo bello: huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria:huius cohortem impuram, cũ illius exercitu inuicto: huius libidines cum illius continentia: ab illo, qui cœpit,conditas, ab hoc,qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Sequitur altera comparatio, per præteritionẽ,acris tamen,& vehemens.Nunc iam illa omitto:quæ à me diſperſè multis locis dicentur, ac dicta ſunt: Forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli à plurima cæde ſerua-

Exemplũ copioſiſsimæ,et ornatiſsimæ comparationis.

Κατάςχσις, ὑποχέσει.

Γρότχσις τῆς ἐνηρίσιως.

Αντιπαρέκτασις,ἤ ἀντιξέτχσις.

Altera comparatio σφοδρὰ,παρελεί ψει.

seruatum est: id aduentu Verris Siculorum in « nocentium sanguine redundasse: Portum Sy- « racusanorum, qui tamen & nostris classibus, « & Chartaginensium clausus fuisset: eum isto « prætore, Cilicum Myoparoni, prædonibusq; « patuisse: mitto adhibitam vim ingenuis, ma- « tresfamiliâs violatas, quæ tum vrbe capta « commissa non sunt, neque odio hostili, necq; li- « centia militari, neque more belli, neque iure « victoriæ. Mitto, inquam, hæc omnia: quæ ab « isto per triennium perfecta sunt: ea quæ con- « iuncta cum illis rebus sunt, de quibus antea « dixi, cognoscite. Hæc comparatio tametsi « præteritione percursa, vel pertractata sit: ta- « men illustrem habet perspicuitatem, & mala oboculos ponit. Post has duas partes huius loci, collocata est descriptio vrbis Syracusa- rum, vt cognita elegantia, & pulchritudine, & amplitudine, & magnificentia vrbis, res redderetur indignior postrema comparatio- « ne, quæ hunc locum claudit. Nunc ad Mar- « cellum reuertar: ne hæc à me sine causa com- « memorata esse videantur. qui cum tam præ- « claram vrbem vi, copijsq; cepisset, non puta- « uit, ad laudem populi Romani hoc pertinere, « hanc pulchritudinem, ex qua præsertim ni- « hil periculi ostenderetur, delere, & extingue- « re. Itaque ædificijs omnibus, publicis & pri- « uatis, sacris & profanis sic pepercit: quasi ad « ea defendenda cum exercitu, non expugnan- « da venisset. In ornatu vrbis habuit victoria « rationem, habuit humanitatis, victoriæ pu- «

Κατα γραφὴ urbis Syracusarum.

tabant esse: multa Romam deportare, quæ ornamento vrbi esse possent, humanitatis, non plane spoliare vrbem: præsertim quam conseruare voluisset. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Romano appetiuit: quam humanitatem Syracusanis reliquauit. Romam, quæ asportata sunt ad ædem Honoris, atq; Virtutis, itemq; alijs in locis videmus. Nihil in ædibus, nihil in hortis posuit: nihil in suburbano. putauit, si vrbis ornamenta domum suam non contulisset: domũ suam vrbi ornamento futuram: Syracusis autem permulta, atq; egregia reliquit: Deum vero nullum violauit: nullum attigit. Hactenus & descriptio vrbis: & M. Marcelli continentia, & humanitas: sequitur iam extrema contentio. Conferte Verrem, nõ vt hominem cũ homine comparetis, ne qua tali viro mortuo fiat iniuria, sed vt pacem cum bello, leges cum vi, forum, ac iurisdictionem cum ferro, & armis, aduentum, & comitatum cum exercitu, & victoria conferatis. Elegans fuit hæc verborum ἐναντίωσις, hoc est, contentio, in qua singula singulis, & bina binis sunt relata, sequuntur facta comparata singula. AEdes Mineruæ est in insula, de qua ante dixi, quam Marcellus non attigit, quàm plenam, atq; ornatam reliquit. quæ ab isto sic spoliata, atq; direpta est, non vt ab hoste aliquo (qui tamen in bello religionum, & consuetudinis iura retineret) sed à barbaris prædonibus vexata esse videatur. Pugna erat equestris Agathoclis regis in tabu-

Extrema contentio.

Τὰ παραχθέντα.

lis.

lis picta præclarè: his autem interiores templi parietes vestiebantur, nihil erat ea pictura nobilius, nisi Syracusis, quod magis visendum putaretur. has tabulas M. Marcellus, cum omni ab illa victoria sua profana fecisset, tamē religione impeditus non attigit, iste, cum iam illa, propter diurnam pacem, fidelitatemq; populi Syracusani sacra, religiosaq; accepisset, omnes eas tabulas abstulit: parietes quorum ornatus tot secula manserat, tot bella effugerat, nudos, & deformatos reliquit. Cætera videantur, quæ huic loco apposita sunt. Sed hęc exempla autoritatis gratia ad cōfirmandum sunt instituta, & non solum fidem faciunt, vt illa priora, sed etiam illustrant, vt istud postremum. Sed eiusmodi postremum genus, quod ornatum summum habet, tum scilicet laudē habet bonę imitationis, cum in rebus magnis adhibetur. Magna verò semper voco, vel quę in laude posita sunt, vel quæ iacent in vituperatione. Sic magnæ virtutes, magna vitia, prędara facinora, & laudabilia, facinora etiā magna & turpia. Hæc omnia huiusmodi lumina requirunt eloquentiæ, secus verò facere, remotum à præceptis, & ab arte est, & minimè Ciceronianum. Sæpè etiam exempla refutantur, qua in re magna requiritur oratoris facultas, & sæpè opus habent copia & varietate, cuius rationis exemplum vnum est pulcherrimum in V. Verrina. Quid ad hæc, inquit Cicero, Hortensius? falsum esse crimen? hoc nunquā dicet. non magnam hac ratione pecuniam ca-

Magna quæ?

Exempla refutata.

Αντίληψις.

ptam? ne id quidem dicet. non iniuriam fa-
„ctam Siculis, atq; aratoribus? qui poterit
„dicere? quid igitur dicet? feciſſe alios? Ha-
„ctenus defenſio Hortenſij ἀντιληπτική, hoc
„eſt, ſtatus abſoluti. defendit enim licere id fa-
cere, idque exemplo bonorum. Sequitur
ἔνστασις, id eſt, informatio aſſumptionis. Quid
eſt hoc? vtrum crimini defenſio an comita-
tus exilio quæritur? Hæc interrogatio, lo-
co negationis poſita eſt: & commoratur in
eadem re: & apoſtrophen facit ad aduerſa-
rios, cum indignatione. Tum hac Repub.
atque in hac hominum libidine, & vt adhuc
habuit ſe ſtatus iudiciorum, etiam licentia:
non ex iure, non ex æquitate, non ex lege,
non ex eo, quod licuerit: ſed ex eo, quod ali-
„quis fecerit, id quod reprehenditur, recte
„factum eſſe defendes? Hæc commoratio, qua-
„ſi confirmatio eſt: & certè explanatio eſt de-
„fenſionis abſolutæ: ſed explanatio refutans
teſtimonium. Fecerunt aliqui alia quàm mul-
ta. cur in hoc vno crimine iſto genere defen-
ſionis veteris? Quæ verò ſequuntur, acrio-
rem habent reprehenſionem. Sunt quædam
omninò in te ſingularia: quæ in nullum a-
lium hominem dici, neq; conuenire poſſint:
quædam tibi cum multis communia. ergò,
vt omittam tuos peculatus, vt ob ius di-
cundum pecunias acceptas, vt eiuſmodi cæ-
tera, quæ forſitan alij quoq; etiam fecerint:
illud, in quo te grauiſſimè accuſaui, quod
ob iudicandam rem pecuniam accepiſſes, eo-
dem

ἔνστασις, ἐρώτησις. — ἔνστασις

Ἐπιμονή, ἀποστροφὴ, καὶ ἀγανάκτησις. — ἐπιμονή, ἀποστροφή, καὶ ἀγανάκτησις.

Ἐπιτίμησις σφοδροτέρα. — ἐπιτίμησις σφοδροτέρα.

Παράλειψις. — παράλειψις.

Θέσις. — θέσις.

dem ista ratione defendes? Hæc refutatio facta est διαιρέσει, distinctione, & partitione criminum: vt hoc crimen singulare, & proprium Verris quasi faciat: sequitur ἀντιπαράστασις, id est, concessio defensionis aliqua: sed vehementior, firmior oppugnatio. Feciſſe alios? vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo. Potius enim te damnato, cæteris angustior locus improbitatis defendendæ relinquetur: quàm te absoluto. Et hoc ipsum Enthymema facit illustrius alio genere consequentium. alij quod audacissimè fecerunt: rectè feciſſe existimentur. lugent omnes prouinciæ: quæruntur omnes liberi populi: regna denique iam omnia de nostris cupiditatibus, & iniurijs exposulant: locus intra Oceanum iam nullus est neque tàm longinquus, neque tam reconditus: quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido, iniquitasq; peruaserit: sustinere iam populus Romanus omnium nationum non vim, non arma, non bellum, sed luctum, lachrymas, querimonias non potest. Et redit ad defensionem. In eiusmodi re, ac moribus, si is qui erit adductus in iudicium, cum manifestis in flagitijs tenebitur: alios eadem feciſſe dicet.

Ἀντιπαράστασις.

Ἐπιχείρημα.

Ex his apparet exempla refutari, vel per locũ communẽ: quo dicitur exemplis non semper credendũ esse: vel exemplis melioribus infirmari: vel exẽpla meliora postulari: vel exempla

Multiplex ratio exempla refutãdi.

pla exemplis opponere: vel in ipsis exemplis exempla mala refutare: vel in his ipsis quasi proprietates, & discrimina inuenire, quemadmodum in hoc ipso loco contra exemplum M. Antonij agit, exemplum scilicet malum, & nouum. An me ad M. Antonij, inquit, æstimationem frumenti, exactionemq; pecuniæ reuocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonij. Hoc enim mihi significasse, & annuisse visus est. Hactenus breuis κατάστασις: sequitur λύσις, refutatio. Ex omnibusne igitur populi Rom. Praetoribus, Consulibus, Imperatoribus M. Antonium delegisti, & eius vnum improbissimum factum, quod imitarere? Hæc infirmatio facta est qualitate absoluta: sequitur altera, quæ habet discrimina personarum, oratoria διαιρέσει. Et hîc vtrum mihi difficile est dicere, an his existimare? ita se in isto infinito imperio M. Antonium gessisse: vt multò illi perniciosius sit dicere, se in re improbissima voluisse Antonium imitari: quàm si defendere re possit, se defendere, nihil in vita M. Antonio simile fecisse? Et redit ad παραγραφήν. Homines in iudicijs ad crimen defendendum, non quid fecerit quispiam proferre solent: sed quid probarint. & assumit de Antonio: Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa contra vtilitatem prouinciarũ, & faceret, & cogitaret: in medijs eius iniurijs, & cupiditatibus, mors oppressit. ei mihi, quasi eius omnia facta, atq; consilia Senatus, populusq; Rom. Iudices cõprobarint

ita

κατάστασις.

Λύσις ἀντιλήψεως.

Λύσις διαιρέσει.

Παραγραφή.

sta M. Antonij exemplo istius audaciam defendis. Hæc Apostrophe ad Hortensium facta est, in qua ostendit defensionem hanc Hortensij esse non Verris, & Antonij causam non dixisse, quod mors anteuerterit iudicium, consimiliter refutat exemplum Sacerdotis prætoris, & magnam ostendit differentiam esse in facto Verris, atq; Sacerdotis. At idem fecit Sacerdos. hominem innocentem, & summa prudentia præditum nominas: sed tum idem fecisse erit existimandus: si eodem consilio fecerit. nam genus æstimationis ipsum à me nunquam est reprehensum: sed eius æquitas aratorum commodo, & voluntate perpenditur. Et eandem sententiam repetit alijs verbis, tanquam ratione confirmans. Non potest reprehendi vlla æstimatio, quæ aratori nõ modo incommoda non est, sed etiam grata est. Et ostendit Sacerdotis æstimationem fuisse gratam. Sacerdos, vt in prouinciam venit: frumentum in cellam importauit. cum esset ante nouum tritici modium HS. XV. petiuerunt ab eo ciuitates vt æstimaret. Remissior aliquantò eius fuit æstimatio, quàm annona. nam æstimauit denarijs tribus. Et transit ad comparationem, atq; discrimen. Vides eandem æstimationem propter temporis dissimilitudinem, in illo laudis causam habere, in te criminis? in illo beneficij, in te iniuriæ? Et redit ad Antonium: & in eodem ostendit differentiam, atq; discrimen. Eodem tempore Antonius III. denarijs æstimauit post messem,

Alia refutatio.

Επιμονή.

Σύγκρισις διαιρετική.

Επάνοδος.

„ ſem,ſumma in vtilitate:cum aratores frumen
„ tum dare gratis malebant: & aiebat, ſe tanti
„ dem æſtimaſſe , quanti Sacerdotem : neque
„ mentiebatur. Sequitur reprehenſio: Sed eo
„ dem iſta æſtimatione alter ſubleuarat arato
„ res: alter euerterat. Et diſceptat cum Horten
„ ſio tandem. Quod niſi omnis frumenti ratio
„ ex temporibus eſſet,& annona, non ex nume
„ ro, neque ex ſumma conſideranda:nunquam
„ tam grati hi ſeſquimodij,Q.Hortenſi,fuiſſent,
„ quos tu cum ad menſuræ tam exiguam ratio
„ nem populo Romano in capita deſcripſiſſes,
„ gratiſsimum omnibus feciſti.caritas enim an
„ nonæ faciebat: vt iſtuc, quod re paruum vi
„ debatur ,tempore magnum videretur. Idem
„ iſtuc ſi in vtilitate,populo Rom.largiri voluiſ
„ ſes:deriſum tuum beneficium eſſet , atq; con
„ remptum.Noli igitur dicere iſtum idem feciſ
„ ſe, quod Sacerdotem : quoniam non eo tem
Concluſio, et lepos acris. pore, neq; ſimili fecit animo.Et deſinit in ipſa
concluſione cum lepore acri. Dicito potius,
„ quoniam habes autorem idoneum:quod An
„ tonius vno aduentu,& vix menſtruis cibariis
„ fecerit:id iſtum per triennium feciſſe: & iſtius
„ innocentiam M.Antonij facto atq; autoritate
defendito. Exempla igitur aliquando ſine
comparatione adferri ſolent tractatione ſim
plici : aliquando contentione rem exaggera
re:aliquando etiam exempla ſumuntur ex eo,
de quo quæſtio eſt:aliquando ex rebus,perſo
nisq; alieni temporis,& alienę cauſæ: quorum
vtriuſque exemplum eſt illud contra Rullum:

hoc

hoc enim superioribus adiiciam, vt deinde ad reliqua perueniamus. Quod si posset ager iste ad vos peruenire: nonne eum tamen in patrimonio vestro remanere malletis? propositio paucis verbis facta: sequitur ratio eodem interrogationis ornamento facta. V- numne fundum pulcerrimum populi Rom. « caput vestræ pecuniæ, pacis ornamentum, « subsidium belli, fundamentum vectigalium, « horreum legionum, solatium annonæ, di- sperire patiemini? Ratio hæc confecta est ῥητο- ρικῶς oratoriis scilicet definitionibus crebris: sequitur exemplum non aliunde sumtum, sed ex ipso agro Campano, de quo quæstio erat, eodem (lumine) ornamento interrogationis.

Propositio.

Ratio.

An obliti estis Italico bello amissis cæteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? Et addit huic exemplo contrario, exempla amplificationis gratia. An ignoratis cætera illa magnifica populi Rom. vectigalia, perleui sæpè momento fortunæ inclinatione temporis perire? « Quid nos Asiæ portus, quid Syriæ rura, « quid omnia transmarina vectigalia iuuabant, « tenuissima suspicione prædonum, aut ho- « stium iniecta? Et redit in hac comparatione ad agrum Campanum. At verò hoc a- « gri Campani vectigal, cum eiusmodi est, « vt domi sit, & omnibus præsidiis oppido- « rum tegatur: tum neque bellis infestum, ne- « que fructibus varium, nec cælo, ac loco ca- « la-

Exemplum οἰκεῖον.

Παραδείγματα ἀνῳκειωμένα.

Επάνοδος.

Παραδείγματα τὰ ἐναντία τῷ νόμῳ.

lamitosum esse solet. Et transit ad alia exempla contraria legi Rulli. Maiores nostri non solum id, quod Campanis ceperant, non imminuerunt, verum etiam, quod & tenebant, quibus adimi iure nõ poterat, coemerunt. Et transit ad exempla singula. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Romanæ commodis plurimùm cogitauerunt, nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione, quibus voluit, est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Et redit ad Rullum, per comparationem. Rullus extitit, qui ex ea possessione Rempub. dimoueret: ex qua nec Gracchorum benignitas eam, nec Syllæ dominatio deiecisset.

Ἐπάνοδος.

De duplici ratione veterum, *in hac exercitatione.*

CAPVT. VIII.

ATq; hæc quidem, pro hoc tempore, patricis indicare placuit: prolixũ enim esset, neq; huic scriptioni conueniens, omniũ argumentorum, omnes perpolitiones persequi. Hortor tamen, vt qui huius studio doctrinæ tenentur, id faciant: quod veteres Græcos, atq; Latinos factitasse credimus: quorum in exercendo, atq; imitando bipartita erat industria. Nam à dicendi magistris plena accipiebant harum rerum volumina: in quibus

bus omnium, quæ docebant, exempla continebantur. Etsi quæ ipsi alia obseruabant discipuli diligentiores ab illis non annotata: ea adiungebant magistrorum voluminibus. Hæc vero exempla ita distincta, & descripta erant: vt etiam singulorum partes designatas, atq; distinctas haberent ob oculos positas: quæ formam operis oratorij ostenderent: intelligentiam iuuarent: & confirmarent memoriam. Hæc una erat, & prima ratio huius exercitationis, quæ consimilis est textorum industriæ, qui imagines, quas in vestibus parietū singulis arte sua volunt repræsentare: eas solent ob oculos habere delineatas, quas imitentur, & exprimant. Altera est in imitatione posita, eaq; vel styli, vel cōmentationis: sine quibus subitæ dictionis periculosa alea est, & eorum est, qui ad summum gradum peruenerūt eloquentiæ. Hanc rationem secutus est. M. T. Cicero, & volumina solitus est habere exordiorum, argumentationum, infinitarum quæstionum, communium locorum in confirmandis, atq; infirmandis testimonijs. Non enim solum parare debet orator, sed quædam parata habere, & quasi reposita arma: sic res quasdam à se pertractatas voluminibus comprehendere. Sed textoribus satis est ab exemplo non recedere: oratori verò in imitando diligenter considerandum est quid deceat. Primùm, vt ne idem videatur, quod fecit opus, cum altero quod est imitatus: sed vt idem efficiat, quædam addat, quæ causa, atq; argumen

Ciceronis uoluminà, ut credibile est.

Dissimile.

Decori habenda ratio.

Προόδεσις.

Αφαίρεσις.

tum postulare videtur: detrahat quædã eũ quæ vel tẽporis non sunt, vel superflua vi bũtur: & quæ manent, & retinentur ideffici propter quod sunt cõseruata, siue ea ad docẽ dum pertineant, siue ad delectandũ, siue ad flectendũ. Hi enim tres fines in omnib. partibus dicendi, imò in singulis verborum comprehensionibus, & earum argumentis sunt retinendi. Commutanda etiam pleraq; sunt, cum melioribus, siue argumenta ea sint, atq; sententiæ, siue eorum comprehensiones, & Periodi, siue ornamenta & insignia. Clausulæ verò & numeri, & collocatio verborum semper liberæ sunt: sed tamen ponderibus sententiarum appendendæ. Ordo etiam sæpe potest decenter conuerti: sæpe etiam id fieri necessarium est. Quæ omnia vsu melius intelliguntur, quàm verbis queant explicari.

Αλλοίωσις, ἢ μεταβολή.

Μετάθεσις.

De reliquis Septem partibus dicendi.

CAPVT. IX.

ARgumenta (quorum tractationem indicauimus, paucis exemplis, non tam persequendam duximus) Genera sunt sententiarum, quę aliquid efficiunt consimilia sunt ijs, quæ in reliquis septem dicendi partibus notari solent. De verbis loquor,

quor,& de verborum luminibus,& ſententia rum ornamentis, & de verborū etiam conuer ſionibus,de compoſitione,de clauſulis,& quę ex his duobus oritur,de numero oratorio. In verbis quidem libertas magna eſt: ſed ea ſolū locum habet in bonis, atq; Latinis verbis. In faciendis etiam verbis, aut aliter conformandis,non tam libertas conceditur, & licentia, quàm præcepitur caſtimonia,& parcitas. Ornamenta verborum,& ſententiarum plus habent licentiæ,atq; impunitatis: modò ſint accommodata rebus, & perſonis. Vitioſum enim eſt in imitatione, quodcunq; indecorum eſt. Et Cicero de Demoſthene dicit,nullam pæne eſſe apud illum oratorem ſententiam, quæ non ſit aliquo, vel verborum vel ſententiarū ornamento conformata. Quod de illo dicit, cui dubium eſt,quin de ſuis etiam dicat orationibus? Sed Cicero in his vberior, idq; conceſſu ciuitatis,& conſuetudine populi Romani. Athenis id facere non idem licebat: Membratim loqui,& inciſim procurrere, & conuerſionibus circumducere ſententiam, ſuam etiā rationem tenet. Aliæ enim ſunt exordiorum periodi, & numeri, præſertim in cauſis grauibus:aliæ narrationum: alię Enthymematū: aliæ amplificationum. Collocationes etiam verborum cuiusmodi eſſe debeant,& clauſulæ & numeri in præceptis elocutionis aliquando tradidimus: eademq; in libris Rhetoricis iterum demonſtrabimus.

De uerbis.

De ornamentis.

De mẽbris, inciſis, & periodis, & numeris.

De collocatione uerborum.

Epilogus omnium trium *librorum.*

CAPVT. X.

ABsoluimus breuiter, quoad potuimus, tres de ratione imitandi libros, & inde à natura profecti: vtilitates huius rationis enumerauimus: & quæ imitanda sint ostendimus. In quibus primū locum obtinebat actio veterum oratorum, proximum oratio: tertium consuetudo: qui etiam potissimum imitandi sint sententiam exposuimus nostram. Et quanquam consuetudini tertium locum dedimus: tamen secundo loco de illa disseruimus, eamq; partiti sumus in cognitionem artis, lectionem scriptorum, commendationem, scriptionem, declamationem: & quæ cognoscenda sint in arte non cælauimus: & quæ præter artem legenda, in omnis generis scriptoribus: & quæ in his tenenda ratio, putamus à nobis satis esse patefactum: & de commentatione, & scriptione, & declamatione, quæ necessaria, aut vtilia erant, non à nobis sunt prætermissa. Quæ tria maximè nituntur argumentis, quæ vel ad docendum instruuntur, vel diriguntur ad conciliandum, vel flectuntur ad motum: locos etiam horum & naturam percurrimus, quos quidem constat Ciceronem obseruasse: neq; actionem veterum omisi-

mus,quam diuiſimus in vocem,& geſtum.atque hæc libro primo. Altero libro de oratione præcepimus, quid in ea imitandū, & quot illius,quod imitandum eſt, ſint formæ, & ſingularum formarum quot partes , & quales cuiuſq; formæ propriæ notæ,quæ ex partium varietate apparent. Et Ciceronis demonſtrauimus potiſsimum genus dicendi æmulandū eſſe: à quo non reiecimus etiam Demoſthenem , & quatuor Ciceronis ſiue L. Craſsi tradidimus dicendi modos,eorumq; partes: exquibus ipſi conſtituuntur : quales requirant ſententias,verba,lumina,numeros. Et Ciceronis, & Demoſthenis inter ſe contulimus dicendi genera, & quidquid ſimile, quid ue diſſimile habeant,annotauimus : & quartum illum dicendi modū Ciceronis , qui erat ipſius ornatus, in tria dicendi genera diſtribuimus, Ciceronem ſecuti:ſubtile, graue , & intermedium:& ſingulorum notas proprias, ex Hermogenis doctrina,accerſiuimus: quæ tamen non Hermogenis eſſe videtur, neq; tam illius ætatis, quàm Ciceronis:& ſuperiorum. Demoſthenis etiam dicendi genus ex Hermogene propoſuimus, quod ex ſeptem conſtituitur dicendi formis , quas ille Ideas vocat: in quibus omnia breuiter explicauimus : quæ ab Hermogene in hac varietate ſunt tradita. Erant autem primum illæ ſeptem dicendi formæ,Perſpicuitas, Magnitudo, Venuſtas, Velocitas,Probitas,Veritas,Decorū. Et magnitudinem , ſiue amplitudinē diuiſimus, Digni

tate,aſperitate,acrimonia,ſplendore, vigore, circumductione. Probitatem, hoc eſt, morum dicendi genus,ſimplicitate,ſuauitate,acumine,æquitate:definiuimus hæc omnia libro ſecundo. Tertius loquitur de occultanda imitatione, deſimilitudine, & diſſimilitudine exempli, atq; eius quod in exemplis exprimitur:qui item modi ſint occultandi æmulationis: & primùm illos in Poetis demonſtrauimus:deinde in oratoribus duobus:ex quibus exempla pauca adduximus. Sed plura Ciceronis, quam Demoſthenis diſſoluimus: in quibus apparet:quæ via ſit tractandi teſtimonia,exempla, ſimilitudines: & quibus illæ expoliantur partibus, vt ſunt propoſitiones, eæq; vel ſingulæ,vel plures,per commorationem,quàm ἐπιμονὴν nominant: & per verba idem ſignificantia:vt ſunt etiam rationes,atq; generales ſententiæ,vt rationum approbationes,vt amplificationes, vt renouationes, atq; reſumptiones,vt concluſiones, alijs ſubſidijs munitæ,vt digreſsiones à re,vt reditiones ad rem propoſitam. Quæ omnia qui obſeruat in exemplis: facultatem ſibi hanc imitandi comparabit. Sed hæc ita tradidimus: vt magis inchoare harum cognitionem, & quaſi digito prouel indicare viam hac videremur. Erat enim immenſum, atq; infinitum iſta pertractare: & in Rhetoricis præceptis exponentur copioſius, & fortaſsis volumina aliquot de his rebus conficiemus, quæ ſupplebunt, quæ in hiſce tribus libris deſiderari videbuntur: &

Rhetorici libri noui Autoris.

in

inde à vetuſtate, & à Cicerone, vſq; ad hoc tempus ſunt deſiderata.

FINIS.



INDEX CAPITVM,

LIBRI PRIMI. Paginam *auerſam indicant*..

Caput Primum, qui ſint ad Imitationem idonei: & quid ſit Imitatio? B j.

II. De vtilitate Imitationis, & de duobus Imitantium generibus. B ij.
III. Quæ Imitanda ſint? B ij..
IIII. Qui Imitandi ſint? B iiij.
V. De Conſuetudine. B V..
VI. De Lectione. B VII.
VII. De tertia ratione, quę in legendo eſt inſtituenda. B VIII..
VIII. De Commentatione: quæ pars tertia eſt, in conſuetudine veterum autorum. C j..
IX. De inueſtigatione locorum. C iij..
X. De Delectu Argumentorum. C VI
XI. De quarta parte conſuetudinis veteriſtæ, quæ eſt ſtyli, atq; ſcripturæ C VII.
XII. De diligentia adhibenda. D ij.
XIII. De quarta parte Conſuetudinis, quæ eſt Declamandi. D iiij.
XIIII. De materia Declamationum. D V..
XV. De poſtrema parte Conſuetudinis, quæ erat Actio. D VII.

IN-

Capitum libri Secundi.

I. De orationis Imitatione. E j.
II. Quid imitandum in ea sit? E j..
III. An solus Cicero, aut Demosthenes imitandus sit? E ij..
IIII. De genere dicendi Ciceronis. E iij.
V. De primo dicendi modo: qui est puritatis. E iiij.
VI. De secundo dicendi modo, qui est perspicuitatis. E VI.
VII. De tertio dicendi genere, vel modo: qui erat ornatus. F j.
VIII. De Ciceronis, & Demosthenis dicendi genere. F ij..
IX. Nota, & formula singulorū generum dicendi. F iij.
X. Formula Intermedij generis. F V.
XI. Formula Grauitatis, & Amplitudinis. F V..
XII. De Demosthenis genere dicendi. F VIII..
XIII. De tractatione in singulis sententiarū generibus. G ij.
XIIII. De Verborum ornamentis. G iij..
De Accurata oratione.
XV. De Celeritate orationis. G iiij..
De Simplicitate, & alijs tribus formis proximis. G V.
Veritatis insignia. Ibidem.
De verbis singularū figurarum. Ibid..

XVI. De membris singularum formarum. G. VI.
XVII. De Compositione, & Clausulis, & numeris singularum. G. VII.
XVIII. De ijsdem partibus singularum figurarum, ex sententia Ciceronis. G. VIII.

Capitum libri Tertij.

I. De occultanda Imitatione. H ij.
II. De Similitudine, & dissimilitudine Exempli, atq; Imitationis. H iij..
III. Quæ res sint necessariæ ad occultandã Imitationem. H. VI.
IIII. Easdem has sex partes in oratoribus obseruandas esse. I j..
V. De Demosthenis aliquot locorum tractatione. I iij..
VI. Similitudines Ciceronis. I. VI..
VII. De tractatione Exemplorum. K j..
VIII. De duplici ratione veterum, in hac exercitatione. K. VIII..
IX. De reliquis septem dicendi partibus. L j..
X. Peroratio totius operis. L ij..

Σχηματισμὸς, seu totius huius doctrinæ delineatio.

Imitatio est rerum imitandarum, τῶν μιμητῶν imitatio. ut sunt,

- Actio, ἡ ὑπόκρισις.
- Oratio, ὁ λόγος.
- Consuetudo, τὸ ἔθος. Distribuitur autem in sex partes:
  - Cognitionem, γνῶσιν.
  - Lectionem, ἀνάγνωσιν.
  - Commentationem, μελέτην, ἢ ἔννοιαν.
  - Scriptionem, γραφὴν, seu stylum.
  - Declamationem, λαλιάν.
  - Vsum, χρείαν. Vbi Actio, quæ primo loco proposita fuit, consideratur.

De consuetudine, & de Actione, libro primò disseritur: secundo de oratione, tertio de occultanda Imitatione.

Commentationis partes.

- Huius est percurrere officia oratoris
  - Necessaria,
    - Inuentionis quæ est
      - Quæstionũ.
        - Ciuilium.
        - Ecclesiasticarum.
      - Argumentorũ, ad
        - Docẽdum.
        - Delectandũ
        - Flectẽdum.

        Horũ loci alij sunt
        - Ὅτι νοί.
        - Ὑποθετικοί.
        - Στατικοί.
    - Collocationis
      - Partium totius orationis.
      - Singularum argumentationum, & tractationum.
    - Ornatus, siue Elocutionis cuius sunt
      - Λέξις.
      - Συνθήκη.
      - Σχήματα.

      Ex quibus orationis certa existit forma, ἰδέα.
  - Non semp necessaria, ut
    - Memoriæ.
    - Actionis.

DICENDI Genera.

- Dicendi genera, apud
  - Ciceronẽ.
    - Graue, ἀδρὸν.
    - Pressum ἰσχνόν.
    - Intermedium.
    - Horũ uirtutes, sunt:
      - Puritas.
      - Perspicuitas.
      - Ornatus.
      - Decorum.
  - Hermogenem.
    - Καθαρότης.
    - Σαφήνεια.
    - Ενηρίνεια.
    - Μέγεθος.
      - Σεμνότης.
      - Τραχύτης.
      - Σφοδρότης.
      - Λαμπρότης.
      - Αηδή.
      - Περιβολή, καὶ μεσότης.
    - Κάλλος, ἤ ἐπιμέλεια.
    - Γοργότης.
    - Ηθος.
      - Αφέλεια.
      - Γλυκύτης.
      - Δριμύτης.
    - Δεινότης.
      - Επιείκεια.
      - Ουσα, καὶ φαινομένη.
      - Μὴ λοποῦσα, οὐσα δὲ.
      - Φαινομένη, οὐκ οὖσα.
    - In quibus spectantur,
      - Εννοιαι.
      - Μέθοδοι.
      - Λέξις.
      - Σωνθήκη.
      - Κῶλα.
      - Αναπαύσεις.
      - Ρυθμός.

Αλήθεια.

SCHOLAE, IN LIBRVM PRIMVM, IPSIVS Autoris.

IN CAPVT. I.

IN comparanda dicendi facultate, plurimum ualet natura: sed natura hæc ipsa arte excolitur: imitatione ducitur. Fit autem summa, si ad imitationem accedat exercitatio. Imitandi enim ratio ueluti exercitationis est dux, & moderatrix. Nemo enim uidetur extitisse perfectus orator: qui non idem extiterit quoq; imitator. In hoc igitur capite, definienda nobis est imitatio, et ostendendum, quid sit imitatio: deinde, qui boni imitatores possint euadere. Imitatio à Græcis dicitur μίμησις, quod uocabulum quidē est significans: sed alterum longe est significantius, & grauius, ζῆλος: usurpatur autē apud Græcos, philosophos atq; oratores, duobus modis. nam usurpatur in uitijs & animi perturbationibus: aliquando enim ζῆλος dolor est, in alieno bono quod tuum esse putas, quod adipisci cupis. Et Stoici inter uitia, & animi affectiones numerant, inter διαθέσεις κακὰς, inter πάθη, id est, animi motus. Sed usurpatur etiam pro uirtute, scilicet studio efficiēdi aliqd simile in laude, et re præclara. Et uidetur à Græcis ζήλωσις dicta, ueluti ζήτησις, inquisitio, animaduersio, quasi affixa: & à Latinis dicitur æmulatio, quod uocabulū significat æqualitatem, et propterea scribitur per æ diphthongum. Con

tinet enim in se imitationem, & similitudinem. Et est significantius æmulari, quàm imitari: æmulator, quam imitator. Latini uocant æmulos alienæ laudis, id est, ζηλωτὰς. Nam quemadmodum differunt μίμησις, & ζῆλος: sic differunt μιμητὴς, & ζηλωτὴς: μιμητικὸς, & ζηλωτικός. Hæc de nomine. Sequitur, de definitione Hanc siue μίμησιν, siue ζήλωσιν dicimus esse applicationem animi, h.e, σπουδὴν, studium, quæ est animi propensio, applicatio uehemens, δεινὴ, id est, industria, & acris: sed artificiosa, τεχνικὴ, καὶ ἐντεχνος, requirit enim artem. Nam imitator debet artis sequi regia, atq; præcepta. Hæc de genere. Genus autem ipsius sit προθυμία, σπουδὴ δεινὴ, καὶ ἔντεχνος. Sequitur materia. Ad eas laudes adipiscendas) laudes uoco, more Ciceronis, uirtutes oratorum. τὰς ἀρετὰς uoco uirtutes extantes, insignes uirtutes, uirtutes scilicet perpetuæ usu. Nullus enim locus in oratione debet uacare laude atq; uirtute: debet orationis esse continuata laus, continuata uirtus, nihil debet in oratione esse uitiosum: Laudes habeat perpetuas, & continuatas usu, & tractatione, τῇ ἐργασίᾳ. Sunt enim duæ laudes oratoriæ, id est, duæ uirtutes, quarum una est debiti, officij necessarij, quæ nusquam non debet esse, ut oratio sit Latina magna laus est in oratore, sermo Latinus, loqui Latinè benè, id est, eruditè, Latinè loquebantur uinitores, agricolæ: sed aliud est Latinè loqui: aliud benè loqui. Benè loqui est equitum Romanorum, est senatorum: quidem sermo Latinus, qui uocatur oppidanus, quo utebantur in minoribus urbibus, id est, oppidis. Et Cicero

in

in Bruto, habet, quosdam oratores oppidanos, quos tamen retinet in numero oratorum. Sed non solum Latinitatem oppidanam esse oportet: uerum etiã urbanam: non satis est Latinè loqui, sed oportet benè Latinè loqui. Sic perpetuum, & debitum oratoris officium est, non solũ sermo Latinus, sed etiã benè Latinus. Ita nulla pars periodi careat Latinitate. Sed est tertium genus Latinitatis, eius qui loquitur perbenè. Perbenè loquitur qui excellenter loquitur, qui ornatè loquitur, qui adhibet nõ solũ ornatum, sed ornatũ excellentem. Quemadmodũ duplex Latinitas est, sic duplex ornatus. Ista oportet diligenter obseruare. Est unus ornatus mundus, κόσμος, qui spectatur in uerbis Latinis, in consecutione casuum, numerorum, temporum, qui ornatus ubiq; necessarius est. Alter autem ornatus est rarus, singularis, τίμιος, ornatus honorarius, ἐντιμος κόσμος, φιλότιμος, captans laudem: quo utimur in perorationibus, in inflammationibus, amplificationibus, in quæstionibus infinitis, in argumentationibus, quæ diriguntur non solum ad docendum, sed etiã ad mouendũ, id est, ad eas laudes adipiscendas, quas in aliquo oratore putas excellere. In aliquo) non dico in perfecto, sed aliquo oratore, quicunq; ille sit. Nolo enim oratorem astringere, & alligare uestigijs Ciceronis, aut Demosthenis solius: sed quod his deest, aliundè quærere, & adiungere debet. Habet Aeschines etiã multa præclara: & Lysias, & reliqui scriptores. In aliquo) laudabili tamen oratore, etiamsi non perfecto. Sed duo sunt genera exemplorũ) Exemplum uoco autorem, quem uis imitari, & eius ora

tionem. Vnum est exemplum perpetuum, quod semper imitatori debet uersari ob oculos: quod exemplum est necessarium: ut apud Græcos, Demosthenes, apud Latinos, Cicero: apud pictores, Apelles. Alterum genus exemplorum est accersitum. Nam et Poetæ quædam adferunt oratori, & historici suppeditant quædã si cum iudicio adhibeantur. In aliquo oratore) id est, in aliquo exemplo adhibito, siue sit perpetuum, siue accersitum. Excellere) Excellentia est unius cuiusq; generis, cuiusq; ideæ. Nam est excellens quædam puritas, Latinitas, & ueluti humilitas, & exilitas orationis: ut fertur fuisse Lysiæ: & in illis orationibus, quæ illius nomine circumferuntur hodie. Sic non solum granditas excellẽs est hoc genere, apud oratores: sed etiã excellens dicitur latinitas, subtilitas, acumen, perspicuitas, in quouis dicendi genere. Est uitiosum imitantium genus, quod nihil quærit nisi ornatum insignem. Imitatio illa non debet excedere consuetudinem. Est etiã excellens panis, secundarius panis. Vt enim in cibo bellaria quotidiana, & præcipua fastidiuntur, sic in oratore, ornatus nunquam remissius est fastidiosus. Hoc igitur uoco excellentiam, cuiusq; generis ideæ: sunt enim non solum loci cõmunes excellentes: sed etiã quædam narratiunculæ: ut narratio in Verrina, de Candelabro, &c. Hactenus genus, & materia Sequitur finis, τὸ τελικὸν ἔιτιον. Vt si non) Finis est, ut uel superes, uel par sis, uel proximus summo: quemadmodũ Cicero dicit, in oratore perfecto, nõ est turpe in secundis & tertijs cõsistere (id est, inter proximos numerari: si prima assequi non

possis.

posſis. Orator ſubtilis etiam ſuam habet laudem. Summa eſt laus C. Cæſaris, in commentarijs. Eſt enim in his exemplum Latinæ orationis: eſt admiranda Latinitas in illis commentarijs, de bello Gallico, & ciuili. Quam ſimilimus) id eſt, par, aut proximus, aut etiam conſiſtens in tertio loco, id eſt ſi non potes eſſe grandis: fortaſsis euades intermedius. Iam conſiderandum eſt, qualem oporteat eſſe imitatorem. Spectanda igitur ſunt ingenia, & naturæ hominum, Naturarum triplex eſt animaduerſio, iudicatio, & æſtimatio. Vna eſt uulgi: uulgus enim aliter iudicat de naturis, quàm homines elegantes. Mercatores contenti ſunt mercatorio ingenio liberorũ ſuorum: nautæ nautico: matri ſatis eſt, natura ualens, & formoſa: cõſiderat enim num ſit ſanus, an forma bona ſit præditus puer. Sed aliter iudicant οἱ χαρίεντες, id eſt homines elegantes, σπουδαῖοι, homines ſtudioſi, φιλολόγοι, id eſt, amantes, cupidi, & ſtudioſi literarum. Eruditi autem duo tradunt ingeniorum genera, unum ſcilicet philoſophicum, alterum oratorium. Philoſophiæ ſatis eſt, ſi ſcriptor ſit ſolutus, & expeditus. Solutum uocamus, in oratore primùm id, quod impeditum non eſt, quod non eſt durum, aſperum: ſed quod eſt λεῖον, ut Græci uocant. Sic Plato, ſiue Theætetus dicit ἐρχεσθαι πρὸς τὰς ἐπιχειρήσεις λείως id eſt ſolutè, leuiter, abſq; impedimento, et offenſione. Deinde quod eſt efficiẽs quod uult argumentãdo, & probans quod inſtituit: philoſophus contentus eſt, & mathematicus his uirtutibus: ſi inueniat quod dicat, ſi intelligat, quod dicitur: ſi ſolutè, & expeditè poſſit argumẽtari. Et has tres uirtutes Theæ

teto attributas Socrates amplectitur. Orator autem ulterius progreditur, proficiscitur longius, requirit non solum ingenium gratum, & dialecticum: sed etiam oratorium. Sed oratorium tres habet gradus uirtutis distinctos. Primus gradus est, ut ingenium oratoris possit docere: ut habeat ingenium, facultatem docendi, id quod etiam faciunt Stoici philosophi, quod est necessitatis. Deinde oportet, ut accedat delectandi ratio: ut delectet quod est suauitatis, & est honos σωφρατικός. Hæ duæ uirtutes sunt communes cum philosophis. Sed tertium est, quod proprium facit ingenium oratoris, scilicet ingenium mouens, commouens, perturbans, inflammans, ἀγωνιστικὸν, actuosum. Sed ἕυφυΐα oratoris est duplex: una imperfecta, latens, id est, discipulorum, auditorum, nam ista non statim apparet. Alterum, est extans & apparens, in ipsis oratoribus. Nos autem de illorum ingenijs agemus: qui uolunt discere. Volumus enim Imitatorem instituere, non de imitatore iudicare: & quisquis habet primordia, & semina harum uirtutum: hunc iudico dignum hac facultate de imitatione.

Scholæ, in

CAPVT. II.

QVi feliciter imitari uult, illi diligenter de principio considerandũ est, quid sit imitatio, id est q̃ ipsius imitationis definitio. Et quoniã definitio constat ex ipso definito, & explicatione definiti,

ſimili, utrunq; ſolet in diſſerendo, & docendo obſeruari. Apud Græcos habemus duo uocabula, ſcilicet μίμησιν, & ζῆλον. Μίμησις, eſt idem, quod apud Latinos imitatio: ζῆλος autem eſt id, quod à Latinis dicitur æmulatio: quo uerbo utitur Plinius, in Epiſtolis: dicens, uerſus tuos æmulor, & ζηλῶ. Ex his duobus uerbis, duo naſcuntur alia duo uerba. Nam ἀπὸ τῆς μιμήσεως, ab imitatione, inflectitur ἡ μιμητικὴ, id eſt, ars imitandi. Inter μίμησιν, & μιμητικὴν, hoc diſcrimen eſt, quod eſt inter ſcriptum, & habitum. μιμητικὴ eſt ars, quæ tradit rationem imitandi, quemadmodum iſtud, quod iam tradimus. Μίμησις autem, uel eſt ipſa actio imitandi, uel eſt habitus actionis: facultas ſcilicet imitandi. Itaq; nos hæc tradimus: ut ſcilicet μίμησιν adipiſcamur, id eſt, habitum, facultatemq; imitandi. Quemadmodum igitur ἀπὸ τῆς μιμήσεως, efficitur μιμητικὴ, ſic ἀπὸ ζήλου, ζηλωτικὴ. Et quemadmodũ ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, dicitur μιμητὴς, imitator: ſic à ζηλοῦσθαι, fit ζηλωτὴς. Vocabulum ζῆλος ſignificantius eſt, quam μίμησις, uſurpamus tamen utrunq; in hac re. Volumus enim omnem imitatorem eſſe æmulatorem: tametſi non omnis imitator ſit æmulator: uolumus tamen eſſe æmulatorem, propter definitionem imitationis. Imitatio igitur eſt applicatio animi, quàm Græci uocant προθυμίαν, & ijdem uerbo ſignificante, σπουδὴν, ſtudiũ. Eſt igitur applicatio animi, ſiue σπουδὴ: ſed uehemens, ἀκμὴ. uehementia complectitur duo, ardorem, & animi inflammationem, & excitationem magnam: deinde complectitur etiam efficacitatem. Vehementia non ſolum æſtimatur βουλήσει, uoluntate, &

προαιρέσει: sed etiam δυνάμει id est facultate. Cum igitur dico applicationem uehementem, intelligo acrem, & efficacem, ad eas laudes adipiscendas. Laudes uoco uirtutes, ut sunt dicendi genera illa tria apud Ciceronem: Sublime, Humile, Medium, ut sunt etiam ideæ Hermog. septem: de quibus suis locis dicemus, ut sunt horum omnium sententiæ, uerba, ornamenta, rythmi, siue numeri, collocatio, atq; compositio horum. Harum rerum dicuntur esse laudes id est uirtutes: in aliquo oratore, hoc est, nõ in aliquo certo. In aliquo) id est, in quouis oratore, quicunq; is aliquis sit, modo extet, sed uno tamen præcipuo, aliquo scilicet excellenti in suo genere: in quo genere est aliquis deligendus præcipuus, à quo tamen licet discedere. Vt si non superare) Causa finalis ipsius definitionis. Est unus finis regius, scilicet superare Ciceronem, Demosthenem, Virgilium, Pindarum. Sed si superare non potes, acquiescas: si non potes esse par: sis secundus: planè enim satis si possis in secundis consistere, secutus Horatij consilium. Quisquis uult, &c Non uetat Horatius imitationem Pindari, sed uituperat æmulationem, in non adipiscendo, & assequendo. si nõ potes esse orator grandiloquus, satis est, si euadas mediocris: si non mediocris, satis est si euadas subtilis. Ad quam) quoniam est applicatio animi uehemens: applicatio animi est ipsius naturæ, atq; ingenij est ipsius εὐφυΐας id est naturæ bonæ, non solum naturæ sed etiam naturæ bonæ. Quantum attinet ad hanc doctrinam: duo sunt naturarum, & ingeniorum genera. Vnum est commune omnium artium, & disciplinarũ, scilicet

scilicet diligentia cõmunis hominum: quod genus æstimatur prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine, atq; constantia. Alterum autem ingenium est, quod hic requiritur, ingenium oratorium. Sic apud Ciceronem sunt oratores, quibus est ingenium, sed non oratorium. Sed oratorium ingenium non semper nascitur: sed efficitur: quemadmodum facultas dicendi, ἡ δεινότης, non nascitur perfecta nobiscum: sed compuratur, atq; acquiritur: sic etiam ingenium oratorium plerunq; non nascitur, sed educatur. Gracchi nascebantur bono ingenio (nati erant bono ingenio) sed alterum ingenium educabatur matris uoce, & lingua tanquam uberibus, & lacte. Sed hoc ipsum ingenium datum à natura, educatum à matre, excolebatur, & perficiebatur, à doctore, à Rhetore, à præmonstratore. Sic etiam hoc in loco, in quocunq; sunt naturæ primordia, ἀρχαὶ τῆς ἐνφυΐας, quæ sunt uires, & tanquam scintillæ naturæ, eorum ingenia non sunt remouenda ab hac disciplina. Natura in Demosthene, negauit pronunciationem, non potuit primam literam artis suæ Rhetoricæ scilicet, pronunciare: natura Demosthenis non suppeditauit robur laterũ, non uires uocis. Ratio autem, & exercitatio deduxit Demosthenem ad perfectionem: ad quandam consummationem. In Demosthene facilè apparet, non solum nasci ingenium oratorium, sed etiam fieri. Hæc igitur de definitione artis, tanquam de fonte huius doctrinæ: & hæc de ingenijs imitatorum, siue imitantium. Quæ uerò res sint necessariæ oratori, aut imitatori, & quas res imitator imitari debeat, & quatenus, siue qua

ratione, de his ſuis locis ordine dicemus. Sed antequã eò perueniamus: excitanda eſt animi uehementia, & acrimonia, ſicut diximus, imitationem eſſe applicationem animi uehementem, & uehemens ſtudium: animus noſter eſt excitandus. Nam illa προθυμία non ſolum naſcitur nobiſcum, ſed etiam excitatur, & eſt concitanda, atq; inflammanda. Mouentur autem homines maximè utilitate. Vtilitatum ſunt duo genera: quædam enim utilia bona ſunt neceſſaria: ut panis, ut uinum, ut ſpiritus, & uita: quædam uerò commoda ſunt honoraria, τίμια ἀγαθὰ, τίμιαι χρεῖαι, ἢ χρήσεις, honorarij uſus, honorariæ utilitates, honoraria commoda. Omnia imitationis commoda honoraria, ſunt τίμια ἀγαθὰ, ἔντιμοι ſunt χρεῖαι. Ars enim tempore antecedit imitationẽ, ſed dignitate ſuperatur: imitator nõ admittit niſi peritũ artis dicendi, niſi peritum etiam artis diſſerendi. Et artis ipſe imitator neq; ſeruus eſt, neq; famulus eſt: ſed comes eſt, & ſocius eſt, cum uult, cum contentus eſt ueſtigijs ipſius artis. Nec ſolũ eſt comes, et ſocius ipſius artis imitator, ſed ſæpenumero ipſius artis dux, & dominus, & præmonſtrator. Imitator oſtendit arti ſe ipſum in Demoſthene, Ciceronc, & alijs. Prima igitur utilitas eſt honoraria: quòd ipſa μιμητικὴ anteponitur philoſophiæ dignitate, honore, excellentia. Deinde artis opus eſt puerile. Puerile eſt, oſtendere Exordiũ, Refutationem, Confirmationem, Peroratione, etc. Puerile eſt, artis ſequi ueſtigia, & præſcriptas leges artis. Artis enim ueſtigia ſequi, eſt ueluti baculo niti: abſq; baculo non poſſe incedere. Iccirco ars cum apparet, puerilis artis intelligi-

tur

tur obseruatio: cum artifex amittit fidem & ueritatem, & efficitur oratio, quæ uidetur ψευδὴς falsa, non ἀληθὴς uera, uidetur esse oratio ficta. Imitator autem considerans, quid Cicero fecerit, quid Demosthenes egerit, aut agat, induit illam orationẽ uirili habitu, & natiuo colore, ut oratio uideatur esse uera. Quantum igitur discrimen est, inter puerile, & uirile, inter falsum & uerum, inter pictum, seu fictum, et natiuum, tantum discrimen etiam est inter τέχνην id est artẽ, & μίμησιν imitationem. Inter artem, & imitationem, est illud discrimen: quod est inter arma, & armorum usum, quemadmodum Vulcanus facit Achilli arma: quibus ipse nõ utebatur, & quemadmodum Achilles ijs armis uti potuit, quemuis Troianorũ his occidere, etiam ipsum Hectorem superare. Hoc discrimen est etiam inter imitatorem, & artificem. In artifice, est quidem uis, δύναμις facultas, sed ea latens, ignaua, & ociosa. Imitatoris autem, est uis efficiens, actuosa: imitator est effector. Hæ utilitates sunt ipsius imitationis, præstantiores quàm utilitates artis. Deinde etiam artis in uita utilitates considerandæ sunt. Imitatio arti comparata præstat, comparata naturæ præstat quoq;. Multa sunt, quæ natura efficere non potest. natura non potest uersus subitò facere: imitatio, quod natura facere non potest, efficit. Natura facit quidem disertos (diserti aliqui nascuntur) sed imitatio efficit eloquentes. Naturæ uehementia minor est, quàm imitationis: nam se ipsa contenta est, sese amat, quod suum est sibi placet: nam non plus potest. Imitator autem propterea imitatur: ut se meliorem faciat, ut melioribus sit par, aut proximus. Ipsa imitatio ducit inge-

nium hominis, & ſtudium ultra naturæ uires, & terminos, imò imitatio, & æmulatio naturæ ignoranti, nõ uidenti, non conſideranti, non animaduertenti ſuum robur, & uires oſtendit. Denunciat naturæ plus poſſe, quàm ſibi uideatur, quantum quiſq; poteſt. non poteſt ſcire niſi per contentionem (comparationem) niſi ſe cum alijs componat. Naturæ igitur bonum iacet in ignoratione (tenebris) propterea naturæ actiones ſemper ſunt ſui ſimiles, ſunt ſemper ijdem ingreſſus hominis, idem ſermo, eadem ſcriptio, eadem quaſi cantilenæ. Imitatio autem obſeruat uarietatem in Demoſthene, copiam in Cicerone, ſubtilitatem, in Lyſia, mediocritatem in Aeſchine: & hæc omnia aliquando in uno, eodemq; autore obſeruans hanc ποικιλίαν, imitando ſe emendat natura: & incipit eſſe uaria. Deinde non extimeſcit hominum iudicia. Sunt multi prudentes uiri, qui ſuo iudicio non fidunt: multi etiam iuſti, qui ſuæ non fidem habent iuſtitiæ, propter ignorationem legum, aut iuris alieni. Iuriſconſultus autem non extimeſcit ius dicere. Idem diſcrimen eſt, inter naturam bonam, & imitationem. Multi diſerti benè dicunt: ſed non audent reſiſtere aduerſarijs. Imitator autem, & æmulus poteſt ſe defendere teſtimonio, ſi reprehendat argumentationem aliquam, & ſimile oſtendit exemplum, in quo reprehendi non poteſt, ut in Demoſthene, & Cicerone.

Scholæ

Scholæ, in

CAPVT. III.

QVoniam instituimus, uel potius instituere conamur, imitantem, siue imitatorem: principio uolumus ostendere: cuiusmodi ingenium in imitatore requiramus. Nam omnino, in eiusmodi homine instituendo, opus est εὐφυΐας, natura bona, bonáq; indole. εὐφυΐας autem, siue naturæ bonæ tres sunt gradus: & tres sunt distincta tempora. Primus gradus est τῆς δυνάμεως, facultatis, quæ in cunis, & infantibus latet: in pueris autem incipit sese nonnihil ostentare. Secundus autem gradus est ἐνεργείας, actionis, efficacitatis, quæ ἐνέργεια etiam se in scholis ostendit, scilicet φιλοπονίαν, studium & labor, cupiditas discendi, est que indicium εὐφυΐας, uiuum, non mutum: in cunis, & infantia sunt adhuc muta: in scholis autem, sese ostendunt & explicare incipiunt. Φιλοπονίαν, studio, & cupiditate: Nam cupiditas est indicium boni iudicij, εὐμαθείας. Deinde ἀγχίνοιαν, facilis apprehensio, si quid à præceptore dicitur, facile intelligit. Tertia est in hoc gradu, ἡ μνήμη id est memoria. Tertium autem tempus est perfectionis, perficiendi scilicet id, quod sese manifestat, & ostentat & excolendi, atq; erudiendi: nos contenti sumus secundo illo gradu, & studiosos eloquentiæ putamus idoneos esse: si mediocris in illis sit intelligentia, & memoria. Vbi huiusmodi imitatorem (imitantem, uel imitaturum) adepti sumus: ostendendus

est

est finis rei, ut illius iuuemus industriam, εὐφυίαν, ut eã posimus producere ad metam. Definitionem igitur proposuimus, scilicet imitationem esse animi applicationẽ uehementem. Laudes) id est, uirtutes, insignia, ornamenta, quas uirtutes in aliquo excellere uidemus. finis deinde etiam extremus est appositus: ut uel superes eum, uel illi par sis, uel quàm proximus. Tertio loco percurrimus utilitates imitationis: & ostendimus, imitationem plus posse, quàm naturam, & artem: imitationẽ utrunq; superare: utrunq; etiam percurere. Quoniam autem imitatio est rerum imitandarum imitatio, ἡ μίμησις ἐστὶ τῶν μιμητῶν μίμησις, oportet uidere, quæ sint illa μιμητὰ id est quæ debeamus imitari, oportet imitationis uidere ὑποκείμενα, id est, an unum subiectum, an multa: sit ne μία ὕλη μιμήσεως, una materiam imitationis, eaq; simplex ἁπλῆ: an sit multiplex πολλαπλάσιος: Est autem necessarium, principium facere ab hac eiũ parte. Nam ipsa imitatio debet applicari ad ea quæ sunt δυνατὰ, posibilia: non ad ea, quæ sunt ἀδύνατα, id est, imposibilia. In hoc loco duobus modis dicitur ἀδύνατον. nam uno modo imposibile dicitur, quod in natura non est positum, quod homini nulli unquam datum est, ut oratio absq; ullo sit uitio. Eloquentiæ perfecta idea, est ἀδύνατος, imposibilis Scitus enim illud: Et quandoq; bonus dormitat Homerus, tametsi perfectissimus dicitur Poeta Homerus: sed ita dicitur comparatione, non absolutione. Coactus enim est etiam Homerus pati iudicia Aristarchorum Grammaticorum, & Horatius obseruauit ipsum Homerũ aliquando dormire. Deinde etiam

etiam in natura non positum est, ut aliorum naturam imitemur, ut alterius possimus assequi uim, & naturã: quod naturæ proprium est, in altero, hoc tibi non est imitandum, hoc tu non potes imitari. Erigas te quantũ uelis, insistas etiam in primis digitis pedum, non potes te efficere maiorem, quàm es. Si paruus es: extende te quantum uelis, non tamen potes magnum superare. Illa sunt ἀδύνατα naturæ, id est, quæ nulli alteri data sunt. Alia sunt ἀδύνατα dignitate, & excellentia: ut imitatio Pindari, Horatius dicit Pindarum esse ἀμίμητον: non quod res natura negata sit, nam natura dedit illam facultatem Pindaro: sed quòd ille ita perfectus sit: ut nemo illius perfectionem possit assequi. Istud quod ἀδύνατον est, in hac parte, & quod est ἀμίμητον, inimitabile: est μιμητέον, imitandum. Debemus imitari Pindarum tametsi assequi non possimus, sed occultè debemus imitari, absq; gloriatione, atq; ostentatione: quoniam in Pindaro multa sunt ornamenta insignia, quæ possunt emendari: tametsi Pindarum non potes superare. Nam etsi Horatius dicit, esse inimitabilem, ἀζήλωτον, tamen ipse Horatius est eum imitatus: uerùm illud dissimulauit, ne irrideretur. Dicit, se non imitatum esse Pindarum: quẽ tamen maximè imitatus est, et statim in prima oda, Pindarus dicit: Alij laudant aquã, alij ignem, alij aurũ, etc. Incipit à comparatione, dicit aliquibus uideri aquam pulcram, aliquibus uideri præstantissimum aurum, mihi autem ait Olympicũ certamen. Ipse Pindarus facit comparationem in tribus, Horatius in pluribus. Mecœnas atauis &c.) est longè grandior oratio, quã Pinda-

ri.

ri. Illa σύγκρισις grandior est, & tamen ille dicit, Pindarum quisquis studet, &c. Et superauit eum, & uicit illum ὀλυμπιονίτλιν. Ergo quæ uidentur ἀμίμητα, sunt μιμητέα: sed absq; ostentatione: ut simus modesti, & sani imitatores, non Thrasones. Pindarus fortassis in toto præstat, est ualidior: sed tamen in aliquibus partibus Horatius par est, aut superior, quapropter illa uerba Græcorum iuuare nos possunt, μιμητὸν, & ἀμίμητον. μιμητὸν dicitur de bonis rebus, περὶ ἐπαίνου, de laude, nõ de uituperatione. Omnia igitur bona uel μιμητὰ sunt id est quæ imitari possumus, & debemus: δυνατὰ μιμεῖσθαι, & λεκτὰ μιμεῖσθαι: uel sunt ἀμίμητα id est τὰ μὴ δυνατὰ μιμεῖσθαι, quæ imitatione non acquiruntur: quæ à natura negata sunt. Vtrunq; istud genus est negligendum, quod uitiosum est, & quod natura negatur. Sed ἀμίμητον dignitate, & excellentia, perfectione, & diuinitate debemus imitari, sed uerecundè, dissimulanter: debemus esse in ea re ἔρωτες. Ea quæ μιμητὰ sunt, uel facilia sunt, uel sunt difficilia ad imitandum. Quæ facilia sunt, nõ debent negligi, facilia sunt quæ ubiq; obuia sunt, quæ quotidiana sunt, quæ à quouis uidentur, ἀνσμίμητα sunt, quæ non uidentur à quouis, sed obseruantur à paucis: quæ non habent uestigia expressa, sed occultata: quia non sunt intellecta, aut cognita: sunt etiam ἀνσμίμητα id est difficilia ad imitandum, excellentia, dignitate, ut heroicum poema facere, difficile est: multi contenti sunt, Bucolica carmina scribere Multi ausi sunt Georgica scribere, & constiterunt in illo, ut Hesiodus. Virgilius autem cum Homero contendit, &

ut

ut ille scripsit Iliada, sic ipse AEneida. Et in aliquibus locis par est Homero, in aliquibus maior, et nusquã minor Homero, nisi ubi tempus non dabatur emendandi, ubi succumbebat Homero. Sed in Scholis, in exercitationibus domesticis omnia sunt attentanda. Multi mortales ignorant uires ingenijsui, suæq; animæ: mirabile est quantum homo possit, si uelit & annitatur. Homines quemadmodum uitia sua ignorant, quod sint uitiosi, sic etiam ignorant, quàm sint laudabiles. Ergo uelim imitatorem in principio esse audacem. Requirit enim imitatio audaciam: sed uereundam, domesticam, studiosam. His consideratis, uidendum est, quotnam res sint, & quæ sint imitandæ.

Scholę Paraphrasticæ, in

CAPVT. IIII.

SVperiore proximo capite, cœpimus tradere de rebus, quæ imitandæ essent. Res autem diximus quasdam esse μιμητὰς, imitabiles: quasdam autem esse ἀμιμήτους, id est, inimitabiles. Res autem μιμηταὶ, id est, imitabiles uel sunt εὐμίμητοι, id est, imitatu faciles, uel δυσμίμητοι, imitatu difficiles. μιμητὸν autem bipartitum est, Vnum est κατὰ φύσιν, secundum naturã, quod mediocris quisq; facile potest imitari, & hoc uidetur proprie esse ἄτεχνον, non artificiosum. Est enim quotidianum, & commune omnium. Alterum autẽ est ἔντεχνον (artificiale) artificiosum, & est εὐμίμητον opinione: quod scilicet facile esse uidetur cuiuis uulgo, &

quiuis idem sperat se posse. Istud est deligendum, & obseruandum, in oratore. In imitando quædam uidentur esse ἀμίμητα, id est, ad imitandum difficilia, cuiusmodi sunt sermones Horatiani: sermo est quasi quotidianus, & propterea uocantur Sermones: sed nemo Satyricorum hanc facultatem superauit, non Iuuenalis, non Persius. Quid tam facile, quid tam perspicuum, quàm Ligariana oratio: sed id quod uidetur in ea εὐμίμητον, efficitur plane δυσμίμητον, difficile ad imitandū. Ἀμίμητον ostendimus appellari duobus modis: ἀμίμητον scilicet φύσει, natura, id est, quod est ἀδύνατον: quod nemo unquam tractauit, & assecutus est, ut scilicet eloquentiæ perfecta ἰδέα, soli Deo concessa est, soli Mercurio. Perfecta eloquentia, quàm Cicero, in perfecto oratore tractat, est ἀμίμητος. Alterum autem ἀμίμητον est excellentia, & dignitate: quod quidem expressum est et extat: sed non potest habere secundum, qui æquet. Qualem dicit esse Pindarum Horatius. Hæc prima est diuisio τῶν μιμητῶν, rerum imitabilium. Altera autem est inferior, est εὐμίμητος, ut dialectici loquuntur, specialis. Tria sunt quæ debemus imitari in oratore. Primum id quod apparet, quod nobiscum semper est, quod à nobis circumportatur, ut oratio, quàm imitari uolumus, ut oratio Ciceronis, oratio Demosthenis, uel orationes Ciceronis, aut Demosthenis. Alterum autem est, quod non relinquitur oculis, quod simul ac factum est, non appareret amplius, desinit simulac est actum, euanescit subitò, ut actio, ut pronunciatio. Oratio est opus relictum: actio autem nullum relinquit opus post se: perit ipsa

actio,

actio, hæc est ipsa ὑπόκρισις, ipsa ἐξαγγελία, pronunciatio. Tertium autem est consuetudo, τὸ ἔθος: quæ est tanquam mysterium, est res occulta, secreta, abscondita in ipsa bibliotheca. Ex his tribus habemus facultatem duorum: tertij autem non habemus facultatem. Nam quot orationes Cicero reliquerit uidemus omnes: quales reliquerit non uidemus. Omnes eruditi uident illius copiam, ἐυπορίαν. Nam οἱ λόγοι Ciceronis, sunt ἐυπόριστοι. Est etiam alterum ἐυπόριστον, scilicet ἔθος, consuetudo Ciceronis: consuetudo exercendi se, consuetudo legendi, consuetudo cognoscendi causas, ab ipsis reis, consuetudo cogitandi, & commentandi secum, consuetudo etiam declamandi, id est, μελέτη quotidiana, quotidiana declamandi exercitatio. Postremo uerò actio, consuetudo agendarum causarum, usus dicendi, istud etiam beneficio Dei est ἐυπόριστον. Nam hæc actio est indicata à Cicerone, in Epistolis ad amicos, in Epistolis ad Atticum, in libris de oratore, in oratore perfecto, in Topicis, in Bruto, de claris oratoribus: & Antonius, lib. 2. de oratione communicat adolescentibus duobus Sulpitio, & Cottæ: & aperit suam consuetudinem cognoscendarum causarum, & causarum agendarũ, quæ commemoratio fuit in illis adolescentibus iucundissima, & gratissima Catulo seni, & Catulo eius fratri, L. Cæsari. Tertia facultate caremus: estq; ἀπόριστος, incomparabilis, & ferè irrecuperabilis. Pulcerrima illa ratio pronunciandi oratorum, uenustissima actio totius causæ, aptissimus motus totius corporis, conuenientissimus ipsis reis, ipsi oratori, ipsis etiam iudicibus, &

ſenatoribus: ille uultus Antonij, & Craſſi, & Ciceronis: & ille obtutus, illa oculorum uerecundia, & ille oculorũ ardor perijt, ſimul cum ipſis oratoribus. Hac facultate nos deſtituti ſumus: qua fruebantur adoleſcentes Romani, & Athenienſes, quotidie uiderunt oratores agentes, Demoſthenem, Antonium, Lyſiam, Ciceronem, Hortenſium, Sulpitium, Cottam. In bonis uidebant, quid imitarentur, in uitioſis obſeruabant, quid uitandum eſſet. Sed tamen huius facultatis quædam apparẽt ueſtigia in ipſis præceptis Herennianis, Ciceronis, Quintiliani: liber etiam de claris oratoribus ſuppedita bit nobis quædam, quæ uiam nobis poterunt aperire, et quædam etiam ueſtigia oſtendere, quibus poſſemus inſiſtere, & quæ perſequi poterimus, & per quæ poterimus peruenire ad aliquam meliorem agendi rationem. De his igitur tribus generibus, quæ imitanda ſint, id eſt, de oratione, de conſuetudine, de actione, ſuo loco deinceps: ſed prius eſt diſcendum, qui ſint imitandi. Nã cum optima ſint imitanda: oportet certè optima quærere, ex optimo quoquæ in ſuo genere, de quo deinceps erit explicandum.

Paraphraſis, in

CAPVT. V.

IN ſuperiore capite proximo, quod fuit quartum huius inſtitutionis: cœpimus diſſerere qui ſint imitandi. Primum enim conſiderandum fuit quæ eſſent imitanda:

tanda: & ostendimus tria imitanda esse, Orationem, Actionem, Consuetudinem. Deinde animaduertendum, in quibus illa tria imitanda essent, id est, quinam essent imitandi? Diximus autem optimum quenq; esse imitandum; quod præceptum habet aliquam dubitationem. Optimus enim dicitur duobus modis. Primum dicitur cum comparatione reliquorum oratorum, qui inter cæteros sit optimus, & dicitur κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam. Sic optimum dicimus apud Latinos, Ciceronem absq; ulla etiam hæsitatione: absq; ulla controuersia: apud Græcos Demosthenem. Deinde dicitur optimus consideratione nostri, æstimatione nostrarum uirium, et tum optimus dicitur orator perfectus, siue orator bonus nostræ naturæ, & nostris uiribus conuenientissimus. Sic quidem quasi nascuntur idonei ad imitandum. Salustius inter historicos, quibusdam placet: quibusdam magis placet Liuius: alijs magis placet Suetonius, alijs Cornelius Tacitus. Primum genus eiusmodi est, ut aliquando uideatur esse ἀνομίμητον, scilicet imitari Ciceronem, Demosthenem, & per illa loca prærupta ingredi, quibus hi duo oratores præiuerunt. Quæritur igitur, an aliquis quem non possis imitari, & assequi, sit imitandus? quem non possis adæquare? Imò is est imitandus: etsi non potes eum antecurrere, & semper antecedat, uel semper longis passibus tuas uires præcurrat, & superet: etiamsi non possis æqualiter paribus gradibus, & passibus procedere aut procurrere: tamẽ est laudabile eum proximè uel assequi, uel proximè sequi, aut secundo loco subsequi, etiam tertiò imi-

tari De delectu igitur non est diudiscptandum. fuit ni tiosum genus hominum superioribus ætatibus, & scriptorum: quorum alijs placuit Plinius, alijs Salustius, alijs Liuius, neglecto Cicerone. Nostra ætas eruditior, & pars maior eruditorum hoc credunt, hoc statuunt, hoc monent, ad hoc etiam hortantur: ut constituamus optima exempla Ciceronis apud Latinos, apud Græcos Demosthenis: Propter has causas, primum propter huius oratoris siue scriptoris ingenium. Pars enim magna huius oratoris librorum, orationum, genium habuerunt: ut Martialis loquitur. Interierunt orationes Carbonis, Catonis, Sulpitij, Cottæ, Solius Ciceronis remanserunt. Apud Senecam habetis quidem laudem caluitij, est quidem illa Latina, sed non forensis. Apud Liuium conciones habetis, sed conciones historicas, non oratorias, conciones scriptas lectoribus, & bibliothecis, & studiorum umbraculis, non autem habitas, in foro & iudicio, in curia, & senatu, aut etiam in exercitu. Aliter enim habitæ sunt conciones ab imperatoribus, cohortationes militares, & aliter conscriptæ ab ipsis historicis. Apud Plinium habetis Panegyricum accuratè scriptum, & compositum. Titulus ipse indicat, quod uni Soli Traiano scriptus sit, & dictus, non autem populo. Est summa in illo Panegyrico concinnitas: maxima est captata suauitas: est etiam ornatus, atq; copia: sed ornatus nimis pressus, tanquam lactè caseus nimium pressus: coactus, non ornatus aut popularis, sed pressa, & angusta oratio, non autem illa fusa, & dilatata, qualem requirunt aures populi. Facilis igitur delectus

tus est inter hos, inter Ciceronem, Plinium, & orationes Liuianas, atq; historicas. Multis enim modis superat ipse Cicero. Hæc una causa est. Altera causa est, propter uarietatem. Cicero enim non solum dixit, sed etiã scripsit. Non solum dixit, id est, orationes habuit ad populum, ad senatum, quas editas habemus: sed etiam scripsit: & scripsit uaria, de Repub. de legibus, de fato, de natura Deorum, de morte, in Tuscul. quæstionibus, de doctrina Academicorum, in Academicis quæstionibus, de finibus bonorum & malorum. Stylo etiam persecutus est Philosophica. Extant etiam Ciceronis orationes de uarijs rebus ad uarios. Propter uarietatem igitur Cicero cæteris etiam est præponendus. Liuij enim naturalis historia per omnia est uniusmodi, Salustius etiam talis est. Plinius, præter hunc Panegyricum, scripsit solũ epistolas familiares, quæ tamẽ sunt minus puræ, quã Ciceronis: tametsi sint ab illo accuratissimè scriptæ. Cicero autem non uniusmodi est, ne quidem in orationibus. Harum enim aliæ alijs sunt remissiores, & grauiores, imò in singulis orationibus nõ unus semper est sermo, non semper idem sonus. Aliquando enim exurgit grandius, aliquando repit humilius, aliquando medium tenet, ita ut in ipsis orationibus etiam sit ποικιλία, uarietas: de qua suis locis præcipiemus. Præter orationes, scripsit Philosophica monumenta, exemplum nobis constituit, quod imitemur, siue potius exempla in explicanda philosophia, in explicando Aristotele, Platone, & cæteris philosophis. Epistolæ, quæ uocantur familiares, habent genus orationis, & sermonis peculia-

re: etsi quædam graues sunt epistolæ Ciceronis familiares: & quædam morato dicendi genere, ἠθικῷ λόγῳ, sunt enim epistolæ aliquando pares orationibus. Ibi apparet, quando scribendum sit ad imperatorem: quando ad consulem: quando ad amicum: quando ad filium, quando ad uxorem, in quibus omnibus est uarietas. Deinde sunt Epistolæ Atticæ, quæ omnino sut subtiles, quæ non habent illam grauitatem, in quibus Epistolis est sermo ucrè Romanus, & Latinus, quæ epistolæ sunt meliores, quàm quæuis colloquia, παιδολογικά, aut ἀιτιλογικά. Quod quidam putant epistolas ad Atticum esse grauiores familiaribus, ego non uideo, nec possum iudicare, sunt quædam totæ subtiles, in multis enim locis habent mysteria. Propter hanc igitur causam, scilicet uarietatem, Cicero maximè est deligendus. Est etiam tertia causa, Solus Cicero ostendit, quando Græci sint imitandi, quando possumus homines in aliena lingua æmulari. Quid tam diuersum est, quàm sermo Latinus, & sermo Græcus? Quanta dissimilitudo est, inter mores, & instituta Athenienſium, et Romanorum? Longè alia est constitutio iudiciorum, alia forma concionum, alij mores Areopagitarum (in Areopago) in campo Martio, alij autem mores Romæ, in rostris, in curia, & in senatu. & tamen in hac uarietate, Cicero inuenit similitudinem, ut Demosthenis uideretur in aliquibus locis, esse par, in aliquibus copiosior, & ornatior, & ita imitatur Demosthenem, ut non appareat, nisi eruditis, nisi doctis, nisi peritis, non solum linguæ utriusq;, sed institutis præceptis Rhetorum, & dialecticorum.

ticorum. Et nisi hæ tres causſæ essent, tamen quarta causſa contenti esse deberemus: quia palma eloquentiæ huic soli tributa est, non à nostri seculi hominibus solum: sed etiam à pristinæ ætatis (à priscis) scriptoribus. Sua ætas dedit ei testimonium eloquentiæ perfectæ, & excellentis: ætas consulum, etiam insequens ætas imperatorum dedit ei testimonium, & laudem Eloquentiæ excellentis. Optimus igitur imitandus est. Quæritur an solus optimus? Optimus certè imitandus est, non autem solus, neq; semper: sed etiam cæteri sunt adhibendi: & id propter necessitatem. Nemo enim tam est optimus, neq; quisquã optimus tam fuit industrius: ut omnia sit scribendo, & dicendo persecutus. Quæ in Ciceronе non sunt, aliunde sunt conquirenda. Quando igitur decurrendum est ad alios? Primum cum materia nos cogit, cum argumentum susceptum nos compellit. Si historiæ enim scribendæ essent, id est, res gestæ, cur non decurrendum ad Liuium, si is mihi placeret? aut si is aliquid haberet? Aut quamobrem non ad Salustium, qui Liuio uidetur & purior, & densior. Si scribendũ sit de agricultura, & de re aliqua naturæ cur non accersam Catonem? cur non Varronem? cur non etiam in aliquibus Columellam? Sic cum materia cogit, oportet aliquando aliud exemplum accersere. Deinde etiã cum genus orationis imitandum est. Si mihi scribenda sit laus alicuius, certè ego non solum insisterem in uestigijs Ciceronis quæ ipse impressit in oratione, pro lege Manilia, in qua lege Manilia ornat Pompeium, laudatq; mirificè: sed etiam ego confugerem ad Plinium,

adferrem inde etiam quod utile esset ad scriptionem. Aliud genus orationis requiritur, cum ad populum habetur sermo: aliud cum ad Cæsarem, ad principem. Aliud genus orationis requirit causa forensis, aliud scriptio. Tertium est persona, ad quam etiam applicanda est oratio. Personarum uoluntas, & natura cogit se pe nos stylum mutare. Alio enim orationis genere utimur ad doctos, qui delectantur sententijs acutis, & reconditis: aliter ad uulgus: aliter ad ignauos. Docto satis est, rem indicare, ignauo oportet dilatare.

Proposuimus tria esse imitanda in exemplo perfecto, & in optimo oratore, aut etiam scriptore, quasi referendo, atq; exprimendo. Non enim solum oratio scripta imitanda est, uerum etiam habita, id est, ipsa actio secundo loco: tertio loco, eius quem imitamur consuetudo. Hoc enim obseruabant Romani adolescentes: quas orationes scilicet quando scripserint (quo dicendi genere scripserint) quando autem easdem egerint uoce, & spiritu, quo motu corporis, & gestu, uultu, atq; oculis. Hac enim ratione plurimum adolescentes studiosi & cupidi dicendi adiuuabantur. Tertio loco, quando hanc facultatem sint assecuti, hoc est, eorum consuetudinẽ, τὸ ἔθος, uel potius ἐθισμὸν, q parit ἦθος, id est, habitum. Aristoteles enim in magnis moralibus (uocantur enim μεγάλα ἠθικά, non quòd magni libri sint: sed quòd ex magnis libris sint contracta) breuiter enim comprehenduntur in ijs: quæ copiose in alijs tractantur) dicit ἔθος dictũ ab ἦθος, quod mos & habitus compare-

paretur consuetudine. Qui scripserunt de imitatione Ciceronis, hanc partem prætericrunt, sine qua parte nihil perfectum possumus facere in imitando. Oportet enim imitatorem non solum oratoris sequi orationem, sed etiam uidere & considerare ipsius ἔθος, id est, consuetudinem. Consuetudo autem oratoris, id quod est animaduertendum in Ciceronis libris, de oratore & in libris de præclaris oratoribus & in libro de consummato, absoluto, & perfecto oratore, diuisa est in partes sex, Diuiditur. n. consuetudo in tempus cognoscendi, legendi, commentandi, in tempus scriptionis, in tempus declamationis, & in tempus dicendi, & defendendarum causarum. Cognitionem uoco, hoc in loco, ipsam διδασκαλίαν, præceptorũ disciplinam, γνῶσιν τῆς τέχνης. Lectionẽ uoco ἀνάγνωσιν, sed ἀνάγνωσιν nõ solũ artis, de qua iam dictũ est, sed etiam lectionem Philosophorũ, cæterorumq; scriptorum. Non enim oportet imitatorem solum orationes legere, uerum etiam reliquos scriptores, de arte militari, de re familiari, de agricultura, architectura, de moribus, de Repub. administranda, de natura Deorum. Oportet enim oratoris orationem non solum copiosam esse uerbis: sed etiam sententijs. sine sapientia enim sententiarum omnis imitatio est inanis, est inflata, est tumida, est uesica tumens, absq; ossibus, & neruis: Hoc uoco lectionem cæterorum librorum. Commentationem uoco ἕυρεσιν, inuentionem rerum dicendarum, aut rerum scribendarum, aut rerum declamandarum. Cõmentatio est inuentio, quæ perficitur cogitatione, quæ propriè uocatur μελέτη: decla-

ma-

mationes enim debent esse accuratè, id est, studio, diligentia, cura & solicitudine cogitatæ, atq; meditatæ. Commentatio inquam est tanquam anteambulatio, tanquam ἡγεμὼν dux, scilicet scriptionis, declamationis, et usus, dux rerum scribendarum, declamandarum, dicendarum. Est enim relatiuum, quemadmodum omnia ista sunt relatiua: ἐννόησις, cõmentatio ista, μελέτη τῶν γραφθησομένων, quæ uolumus scribere, ἀσκησομένων, de quibus uolumus declamare, τῶν ῥηθησομένων, rerum quas uolumus seriò agere. In his sex partibus ipsa cognitio, id est, διδασκαλία, μάθησις primùm locum habet. Est enim cognitio doctrinæ dicendi. Absq; enim arte non possunt inueniri uestigia in exemplo. Ars est, quæ ducit ipsum imitatorem: ars est, quæ monstrat imitatori laudes, & uirtutes, in ipso exemplo: ars est, quæ indicat, unde debeat orator progredi: per quæ loca debeat proficisci: quo in loco debeat consistere. In arte cognoscenda, hæc sunt consideranda præcipuè: Primùm ipsa lectio, ut eligas magistrum, à quo dicendi artem uelis discere, uel eligas artem quàm uelis discere. Delectuũ igitur est opus, quemadmodum Herennianus sibi delegit magistrum, et præceptorem Cornificium, pulcerrimus imitator: deinde delegit libros Rhetoricos, sibi à Cornificio traditos. Deinde post delectum est intelligentia: ut cognoscas & benè intelligas ipsa præcepta: oportet τὰ στοιχεῖα μανθάνειν, id est, scire ut benè intelligas quid dicatur, id est, definitiones, & partitiones artis, præcepta inuentionis, elocutionis, pronunciationis, memoriæ. Secundum in arte cognoscenda est ἐννόησις, μά-

θησις

θεσις τῶν ὅρων, καὶ διαιρέσεων. Tertium est memoria, μνήμη: ut hæc præcepta memoriæ mandes: ut non opus sit semper ad bibliothecam, & librum recurrere: & nostrum stilum de manu reijcere. Quartum est ἐπιμονή, constantia: ut qui liber tibi semel placuit, non amplius displiceat. Oportet enim delectum esse certum: ut qui liber tibi semel placuit, ab eo non recedas. Est enim ter discere, libros commutare. AEtas nostra per se breuis est: satis est unam rem semel didicisse: una Grammatica satis: una dialectica, una Rhetorica satis: unam rem didicisse, & illius iterum obliuisci, nouas diuisiones, & definitiones facere, & libros commutare, est uitam per se breuem breuiorem reddere: & quemadmodum cursores egressi ex carceribus currunt ad metam, non ad carcerem recurrunt ante metam: ita libro semel cognito, illum debemus retinere. Hic erat unus modus. Alter modus est nostræ inuentionis, nostræ cognitionis: Non enim solum docemur à præceptoribus, sed etiam docemus nos ipsos: non solum discimus, quæ accipiuntur: sed discimus etiam ea, quæ à nobis adduntur. Hoc enim discriminis est inter bonam naturam, & inter meliorem. Est enim unum genus naturæ bonæ, cui satis est præceptoris inuentio, & doctrina, placet ei id, quod docetur à præceptore, placet etiam ei præceptoris docendi ratio, & hac ratione contentus est, non cupiens suum præceptorem superare. Est autem secundum genus naturæ paulo excitatius, cupidius laudis: qui uitia obseruant in ipso præceptore, uitium uel in pronuncia tione, uel in obscuritate docendi, sic non solum docemur

mur à præceptore, sed docemus etiam audiendo, & auscultando nos ipsos. Sic Romani discebant à magistris Græcis Romæ, Cicero autem, & Antonius uolebant suos aliter & melius docere & lingua Romana. Sic Cornificius precepta cognita ab Hermagora Græcè tradita ipse conuertit in linguam Latinam: & sese docuit melius quàm præceptor. nam præceptor suus non materna lingua docere poterat Rhetoricam: Corniscius hoc poterat. Nos habemus utriusq; linguæ præcepta, & Græcæ, & Latinæ. Sic deligas tibi Rhetoricam Latinam ad C. Herennium: uis comparare præcepta memoriæ: conuerte in Græcum, &c. & conuerte Hermogenem Latinè.

Tertius gradus erat in arte amplianda: non unus omnia complectitur, non unus omnia obseruauit, sed istud tertium non est de principio faciendum: sed post unum aut alterum annum. Primo anno satis sit Herennianus translatus, post Herennianum interpone orationes Demosthenis, Ciceronis obserua artis indicia: sed dum discis, dum audis explicari orationes Demosthenis, & Ciceronis, ubi præceptor dicit argumentum illud sumtum est à comparatis, ibi est comparatio, ibi est breuitas, ibi σφοδρότης ibi est relatio, ibi est συγγνώμη, &c. illos locos tu amplia arte, interpone papyrum, appone exempla, lege deinde Hermogenem, qui alia, & optima tradidit: sed horum Herennianorum non obliuiscaris: quæ desunt addenda sunt, nam πρόδιορθωσις est eorum quæ desunt, & quæ meliora sunt. Hic est secundus gradus. Tertius gradus est edere, scribere, in lucem dare

aliquid.

aliquid perfectum, non collectum. Ampliandi ratio est duarum partium, pars prima est congestio, congeris exempla antea non audita, nõ solum ex Aristotelis Rhetorica, sed etiam Dialectica. Si autem tu speras te posse aliquid tradere perfectum de arte dicendi: fac quemadmodum Cicero facit de orotore: si putas, te aliquid perfectius tradere posse de arte imitandi quàm Quintilianus, fac: hac enim ratione teipsum docebis.

Scholæ, in

CAPVT. VI.

QVod superiore schola dixi, idẽ hic repeto. Meminisse oportet tria à nobis proposita esse, quæ orator debet imitari. Primum oratorum, & Poetarum consuetudinem, id est, τὸ ἔθος, τὸν βίον: Alterum, actionem oratorum: Tertium ipsam orationem. Quorum consuetudo est rationis, & instituti: actio autem est uocis, uultus, & omnis motus corporis. Oratio autem est ipsius scripti, & ipsius operis facti. Primùm igitur in imitando est obseruanda consuetudo oratorum, quid scilicet Antonius facere consueuerit, quid Crassus, quid Cicero. Consuetudinem autem diuisimus in partes sex. In cognitionem, lectionem, commentationem, scriptionem, declamationem, usum. In cognitionem, id est, διδασκαλίαν, siue μάθησιν, disciplinam Idem enim est discere, & doceri: si discere, & doceri unum est: disciplina, & doctrina etiam sunt eadẽ.

Lectionem

Lectionem uoco, quàm Græci ἀνάγνωσιν. Commentationem μέλέτλω, ἀπὸ τῦ μελετῶ, id est, meditationem, cogitationem, ἐννόησιν. Scriptionem uoco λογογραφίαν, συγγραφλύ. Declamationem uoco scholarum ἄσκησιν. Vsum uerò uoco curiæ, fori, senatus, concionum, legationum. In his enim usus apparet. Cognitio autem duplex est, una propria oratoris, & necessaria oratori, id est, cognitio artis suæ Rhetorices, cognitio præceptorum Rhetoricorum, de qua superiori proxima schola. Altera autem cognitio est communis omnium doctorũ, γνῶσις φιλοσοφίας, cognitio artium, atq; disciplinarum, cognitio historicorum: cognitio Poetarum: cognitio rerum uerarum: cognitio etiam fabularum: cognitio ueri, & falsi, in omnibus rebus: & hæc cognitio est honoraria. Facit enim oratorem præclarum, & quasi honorificum, atq; magnificum: si illius oratio uideatur defluere & manare ex fontibus ipsius Philosophiæ. Illa demum dicitur sapiens oratio, quæ habet Philosophiæ definitiones, Philosophiæ partitiones, Philosophica dogmata, & decreta. Sic periodi apud oratores sapientes sunt, quibus complectuntur naturam ipsius uirtutis, aut uitij. Virtutem definiunt, aut totum partiuntur in partes quatuor. Sic periodus est sapiens, ὅρῳ, definitione: periodus sapiens est διαιρέσει, diuisione: sapiens dogmate, & sententia Philosophica, politica, γνωμικῇ, cum periodus ipsa sapit politicum, iuridicum, &c. cuiusmodi est illa sententia: Etenim si ueritate &c, fide societas affinitas colitur, &c. est sapiens sententia: fundamentum enim ueritatis est fides, amicitia autem nititur ueritate.

Non

Non debet esse ficta, non fucata. In affinitate requiritur pietas: illa igitur sententia, & periodus est ducta ex fontibus Philosophiæ: Sequitur, Necesse est eum, qui amicum, qui socium, & affinem, &c. Iam uenit ad ipsam quæstionem. Nam est erudita sententia simtita ex fontibus Philosophiæ, nempe ex definitionibus, ex caussis efficientibus harum trium rerum. De hoc modo cognitionis, & docendi, non uisum est hoc loco exponere, quando scilicet hæc debeant disci à magistris. Sed cognitionis est duplex ratio, uia & modus. Vnus est audiendi, & hanc consuetudinem retinuerunt oratores Græci & Latini, quæmadmodum de Demosthene audimus, et legimus quòd Platonẽ audiuerit. Plato Demosthenis orationem facit eruditiorem. Cicero uoluit filium suum institui à Cratippo Athenis, ipse Cicero audiuit oratores, atq; Philosophos Athenis, qui modus cognitionis eum magnopere iuuit. Et quo fuerunt magis assidui & diligentiores in cognoscendis Græcis oratoribus, doctoribus, & magistris: eò etiam orationes eorum extiterunt laudabiliores, & eruditiores. Sed non solum audiendo euadunt homines doctiores, sed etiam legendo. Scitis enim Plinij illud, legendi semper occasio est, audiendi autem non semper. Ergo audiendi tempus diligenter est colendum: legendi autem semper tempus est. Per omnem uitam horæ possunt esse aliquæ successiuæ, quibus aliquid legi possit. Lectionem uoco, quam Græci ἀνάγνωσιν. Omnis autem lectionis tripartitus est finis. Quare enim legimus? aliquando legimus, ut comparemus nobis copiam uerborum, formularum,

uerborum inquam Latinorum, deinde etiam sententiarum formulas. Multa enim uerba Latina sunt, quæ sunt barbara, in ipsis formulis: quid malũ sit, scimus omnes: quid detrimentum sit, scimus: quid item damnum scimus, & omnia illa Latina sunt: scimus etiam nocumentum dici Latinè, sed factum uocabulum suo tempore, nõ semper usitatum. Deinde scimus, apud Latinos dici Damnũ dare. Dare damnum:, & malum, est Terentianum Latinum, apud Græcos autem non dicitur διδόναι κακὸν, malum dare, sed dicunt ποιεῖν, ποιεῖσθαι κακὸν: propterea legimus scriptores Græcos & Latinos: ut comparemus copiam uerborum, & formularum. Formulas uoco nostrarum cogitationum, siue sententiarũ simulacra. Hic primus est finis, cui unum uolumen comparatum est, in quo habemus formulas Latinas, & Græcas: uolumen scilicet λεξικὸν. Alter finis est cognitio rerum: legere autores, ad comparandam doctrinã, rerum cognitionem. Lege itaq; Plinium ad cognoscendam doctrinam rerum naturalium: Virgilium ad intelligendam rem militarem: & Varronem, & Columellam ad cognoscendam agriculturam: & hæc cognitio, etiam summum requirit uolumen. Qui uult aliquid plenum facere, & perfectum, qui prudentem uult conficere orationem, &c. Primus igitur finis est λέξεων, alter μαθήσεων, τεχνῶν. Tertius finis est ἐργασία, tractatio, quæ scilicet fit oratione, qui finis est τοῦ λόγου, & finis λογικὸς. Et hic finis est τῶν παραδειγμάτων, exemplorum, & huic tertio fini comparo tertium uolumen: in quo annoto tractationes exordiorum, narrationum,

argu-

argumentationū, amplificationum, itē exempla omniū amplificationum. Quod uolumen oratori in primis est necessarium. Et hæc legendi ratio, & hic finis, est ferè præcipuus, in hoc nostro instituto de imitatione, ut maximam partem huius doctrinæ consumamus in hoc fine. Sed cum tria proposuerimus imitanda: primò Consuetudinē, secundò Actionem tertiò Orationem: de hoc tertio fine præcipiemus, & agemus, & præcepta trādemus conficiendi orationes, & imitandi orationes Ciceronis, Demosthenis, aliorumq; scriptorum, atq; oratorum. Hi sunt tres fines, qui adhibendi, & spectandi sunt in cognoscendis, & legendis scriptoribus. Oportet enim non legere solum: sed etiam benè legere oportet. Plinius dicit, non oportet multa legere, sed multum. Multa legere est quantitatis, & uastitatis, & immensitatis, ac quasi infiniti est numeri, & quasi numerositatis ut ita dicam. Multum autem legere est rationis, modi, prudentiæ, constantiæ. Quod ille dicit mulum legere, hoc ego BENE uoco, ὀρθῶς, id est, bona ratione, & bono modo. Nam ὁ λόγος, id est, oratio opitulatur cogitationibus, opitulatur oculis, ratio succurrit menti & ualetudini. In legendo enim oportet habere rationem ualetudinis, item mentis, ubi ratio ualetudinis non habetur, ibi sequitur morbus corporis: ubi autem ratio mentis non habetur, ibi sequitur morbus animi, id est, stultitia, quæ efficitur nimia lectione.

Hactenus quantum attinet ad modum, siue rationem legendi benè, duas tradidimus partitiones: quarum una

fuit causſarum, quas dialectici, & Phyſici uocant finales. Legimus enim ſcriptores, uel ad comparandam copiam uerborum, & formularum: uerborum, ut damnũ, detrimentum, malum, noxa: nocumentum, iactura. Formularum: ut iacturam facere, damnum dare, malum dare, damnum, aut malum accipere: quæ formulæ ſunt propriæ Romanorum. Quando autem hæc uerba, & hæ formulæ ſint redigendæ in ordinem naturæ, & artis: & quando diſtinguendæ: dabitur alius locus præcipiendi. Alter autem finis eſt rerum cognitio: ut diſcamus ſcilicet artes & diſciplinas, omnes Philoſophiæ partes. Tertius finis eſt λογογραφικὸς, eſt ſcriptionis: qui proprius eſt huius noſtri inſtituti, qui tertius finis habet propoſita exempla, uel politica, uel oratoria: uel aliorũ ſcriptorũ, ut hiſtorica. Sic oratores tradiderunt & poſt ſe reliquerunt pulcherrima exempla Exordiorum, Narrationum, Amplificationum, Confirmationũ, Concluſionum, item exempla argumentationum, digreſſionum, locorum communium, amplificationum, periodorum, ornamentorum cum uerborum, tum etiã ſententiarum. habet enim ſua quædam propria, & peculiaria ornamenta, & artificia Poetæ, ſingularia etiã oratores, propria etiam hiſtorici, et qui ſcripſerunt ſermones, atq; dialogos, ſua etiam ſibi arrogant, atq; uſurpant priuata præcepta. Hæc prima fuit partitio. Secunda autem partitio fuit perſonarum, uel enim nos legimus, uel alios legentes audimus. Vtrunq; fecit Cicero Craſſus, & Antonius. & ipſi ſibi legebant, & ipſi legendo fatigati, & oculis iam laſſis, & lectione quæ ob-

fu-

fuscatis, & luminibus quasi retusis, adhibebant recitatores, quos ipsi nominabant Anagnostas, qui eis recitabant in prandijs, & coenis, in umbris, & ambulationibus: antequam cubitum irent: post somnum, antequam cubitu surgerent. Sed habebant duo genera ἀναγνωστῶν, lectorum: Vnum eruditum, bene literatũ, qui libros recitabant difficiliores, & obscuriores: qui interrogati in rebus difficilibus, atq; obscuris poterant respondere: poterant res implicatas explicare: nodosas enodare: obscuras illustrare: reconditas eruere, & producere in lucem, absq; ulla molestia audientis, imò cum summa uoluptate. Sed hi erant eruditi homines, eruditi iurisconsulti, medici, grammatici, historici. Habebant enim Romani seruos eruditissimos, aliquando summos Philosophos. Sed aliquando, adolescentibus utebantur, qui erant ἐυφωνοι: quorum pronunciatio erat distincta, consuetudo legendi cognita. Hæc fuit commoditas Romanorum, & Græcorum: hæc illorum fuit facultas, nobis autem non suppetunt huiusmodi diuitiæ: neq; amplius propter religionem, usus est mancipiorum, & seruorum. Oportet igitur uti ἀντιπαραλλάξει, compensatione: & hanc compensationem oportet facere συζητήσει, conquisitione: oportet facere socios studiorum, lectionum, & studiorum, oportet quasi facere societates inter ternos, quaternos, scnos, denos. Συζήτησις enim est inquisitio diligens plurium, in re obscura cognoscenda, atq; explicanda. Quoniam autem συζήτησις aliquorum est inquisitio: oportet illos aliquos esse ὁμογνώμονας, id est, eiusdem mentis, & uoluntatis: idem uelle, &

idem nolle, in inquirendo: illud est necessarium, ut idem uelint. Alterum autem non ita est necessarium: ut scilicet æquè sint docti, ut sint ὁμοιοδίδακτοι. Potest enim alius alio esse doctior: modo sint ὁμοιομαθεῖς, id est, eandem rẽ didicerint: Ergo ὁμοιογνωμία est necessaria, & ὁμοιομάθεια etiam necessaria: τὸ ἰσόδακτον, ut æqualiter docti sint, non est necessarium, imò utile est esse ἀνισότητα, inæqualitatem. Nam docti recitatores in difficilioribus erant autoribus, in Ethicis, Physicis, Mathematicis: qui uerò doctrina his cedunt, in leuioribus autoribus & scriptoribus, in oratore aperto, in historia aliqua explanata, in Ecloga aliqua facili. Hæc αὐξησις est utilis, & est suauis. Vtilitas quoniam est communicatio laborum à pluribus plura conferuntur, cumulus doctrinæ fit maior, qui à pluribus congeritur, & comportatur, quàm qui ab uno conficitur: Vtilitas igitur imò necessitas nos debet admonere, non enim omnia per nos possumus efficere: oportet aliorum opera uti, multa sunt ἀδύνατα paucis, quæ δυνατὰ sunt pluribus. Tertia utilitas, est suauitas. Nam reficiuntur oculi, & relaxatur animus, consuetudine legentium, et recitantium: & illa ipsa uoluptas crescit facilitate: quæ est caussa suauitatis. Et hæc de duabus his partibus: sequitur de tertia.

SCHO-

Scholæ, in

CAPVT. VII. & VIII.

IN consuetudine ueterum oratorum tum Græcorum, ut Demosthenis, AEschinis: tum etiam Latinorum, ut L. Crassij, M. Antonij, M. Ciceronis, Primum locum occupabat ipsa cognitio artis scilicet dicendi. Deinde lectio oratorum, & scriptorum omnis generis: secundum locum, de quibus duabus partibus superiori schola quædam tradidimus breuiter absq; ornatu. Tertius autem locus debetur commentationi. Commentationem Græcè nominare possumus διανόησιν, & φρόντισμα, etiam μελέτησιν, ἀπὸ τῆς μελετᾶν, à meditatione. Apud Xenophontem autem inuenio ἔννοιαν ποιήσασθαι constituisse, considerasse commentationem. Εννοια autem apud Xenophontem nõ significat γνώμην, ut apud Hermogenẽ, neq; etiam ἀξίωμα, ut apud Mathematicos communis sententia, quæ nobiscum nascitur cum rebus: sed apud Xenophontem significat cogitationem, meditationem, commentationem, qui dicit se de optimo Reipub. administrandæ genere ἔννοιαν ποιήσασθαι. Huius modi autem commentatio est rerum uel discendarum τῶν μαθησομένων, in studio scilicet literarum & Philosophiæ. Vel instituitur huiusmodi commentatio caussa rerum scribendarum, quæ scribendæ sunt: Vel causa exercitationis, id est, declamandarum rerum (propter caussas declamandas) uel causarum agendarum ergo (propter caussas agendas, id est, defensiones, uel accu-

sationes ciuiles & forenses, uel deliberationes forenses, senatorias. Id autem de postremis partibus agimus de commentatione scriptionum, declamationum, orationum. Hæc ratio non est pedissequa, non sequitur scriptionem, declamationem, actionem ueram, sed antecedit, præcedit, οὐχ ἕπεται, ἀλλὰ ἡγεῖται, dux est styli, & scriptoris, argumenti, & declamationis, causſæ, & actionis. Atq; hæc de uocabulo rei & de re ipsa, id est, de ordine, & de tempore, quando commentatio sit adhibenda, & quando commentationem Veteres oratores & scriptores adhibere consueuerint. Scriptores antequam scriberent, meditabantur: orationes antequã dicerent, animo suo uolutabant, quibus de rebus, & quid uellent dicere. Hæc de tempore cognitionis. Iam de materia commentationis, cogitationis, considerationis, & meditationis oratoriæ. Commentatio tam latè patet, quam officium oratoris. Item tam latè patet, quã oratorij fines. Officium autem oratoris est quinq; partitum, quinq; partitum igitur officium est commentationis. Scriptor, Poeta, omnes, ante omnia considerare debet & secum commentari de Rebus inueniendis, de inuentis collocandis, de collocandis exornandis: ijsdem autem rebus commentatis, mandentis memoriæ (est enim quædam etiam memoria informatio, & conformatio pronunciationem adhibere oportet cogitandum est, quo sono uocis uelis uti in exordio, quo sermonis genere in narratione, quo pronunciandi modo in confirmatione, cuiusmodi uocis studio, & contentione in refutatione, qua item intentione, in locis communibus, in

in-

infectando, & uituperando, in querelis atq; clamoribus. Hæc enim domi meditata oratorem efficiunt commendatiorem. Per quinq; igitur partes officij oratorij debet decurrere ipsa commentatio. Istud fecit Crassus, & Antonius, Hortensius, & Cicero: imprimis uerò commentator iste, & meditator debet considerare fines oratorios, quos fines ppetuo debet habere propositos, si ad laudem uelit peruenire, & oratorum gloriam. Debet enim commentari, & etiam atq; etiam diligenter considerare, ut docere possit, ut delectare, ut commouere. De his igitur primum quinq; partibus officij oratorij, deinde de tribus istis finibus deinceps est præcipiendum: non autem ita præcipiendum, ut in arte ista traduntur Rhetorica: sed quantum satis ad istud institutum: ut ueri simus imitatores: ut ueram ideam eloquentiæ exprimere possimus. Veram non fucosam, sanam, non infirmam, copiosam, non inflatam. Quid igitur ueteres faciebant oratores, quid Demosthenes Athenis fecit, quid AEschines, quid reliqui ibi Attici oratores? Quid Romæ L. Crassus, Antonius, M. T. Cicero? Incœperunt ab εὑρέσει, id est, inuentione, & primùm inuestigarunt ipsum argumentum, id est, τὴν ὑπόθεσιν, argumentum quod uellent tractare, ὑπόθεσιν, ζήτημα, quæstionem, πρᾶγμα negotium, seu causam. In scholasticis exercitationibus inquirebant argumentum bonũ, & deligebant præ cæteris optimum. In ueris autem causis, non opus erat argumentum inuestigare, ipsæ causæ ad eos deferebantur. Sed ipsi oratores uel causam oblatam suscipiebant, uel causam defendere recusabant. Et

ex plurimis cauſſis optimas deligebant. Cauſſæ autem optimæ habebantur apud auaros homines lucro, & quæſtui deditos, habebantur quæ eſſent quæſtuoſiſſimæ: & hi oratores uocabantur χρηματιστικοὶ, id eſt, pecunijs, quæſtui, lucro, mercedi dediti. Sed homines χαριεντες, id eſt, ſtudioſi honeſti, elegantes pro optimis cauſis habebant eas, quæ poterant laudem, & gloriam ſuppeditare: quæ cauſſæ aditus patefaciebant ad honores, quæ cauſſæ pariebant exiſtimationem ingenij. Quæ ſunt illæ cauſſæ? Cauſſæ magnæ, præclaræ, quæ pariunt laudem ingenij, gloriam, admirationem, et queſi ueneratio nem eloquentiæ. Erant illæ cauſſæ, quæ tres res præclaras in ſe continebant, in quibus cauſſis orator poterat oſtentare acumen, & potentiam in docendo: humanitatem, & ſuauitatem in delectando: robur & uires, in flectendo, in perturbando, in inflammando animos eorũ, qui audiebant: in quibus cauſſis poterant excitare, etiã iudicum acclamationem, quæ ſcilicet cauſſæ abundabant iſtis tribus generibus argumentorum Ariſtotelis, ſcilicet quæ ad docendum diriguntur, quæ ad delectandum temperantur, argumenta quæ ad commouendum flectuntur. Hæc obſeruare & inſpicere, & in hanc uiã Ariſtotelis ingredi, eſt ueſtigijs Ciceronis inſiſtere, eſt Craſſum, atq; Antonium imitari, eſt præſtantiſſimos oratores æmulari: non enim ſana eſt oratio quæ inflata eſt & tumida, quæ ornatum habet uerborum abſq; hoc tripartito genere ſententiarum, & argumentorũ: & iſtud faciebant oratores in ueris cauſis, & actionibus. Exercitationes autẽ ſuum quoq; habent delectum:

nam

nam quædam quæstiones sunt, & quædã ὑποθέσεις Poetarum, de Ioue et de Iunone, de Aiace & de Achille etc. quædam uero sunt historicæ: Poeticæ magis fictæ sunt, recedunt magis à ueritate, historicæ magis ad ueritatẽ accedunt. In exercitationibus igitur historica fabulis sunt præponenda. Deinde recentes causſæ magis sunt coniunctæ ueris actionibus, mouendis animis, quàm uetustæ: magis mouent nos quæ nostro tempore facta sunt, quàm quæ parentum. Tertio præsentia semper magis ad nos pertinent, quàm præterita. In oratione igitur, oportet deligere quæstiones, argumenta quæ faciunt orationem ἔμψυχον, ut Hermogenes uocat, id est, ad eãm orationem, quæ ab animo proficiscitur: & quæ possit animos audientium delectare, suauiter afficere, mouere, flectere. Huiusmodi genera quæstionum sunt deligenda.

Versamur adhuc in consuetudine oratorum h. e. Demosthenis, AEschinis, M. Antonij, & L. Crassi, & M.T. Ciceronis consuetudine, atq; uestigijs. In hac consuetudine, tertium locum dedimus cõmentationi. Commentatio autem est diligentissima totius causſæ consideratio, diligens, & accurata causſæ consideratio. Opinor uos habere apud Xenophontem in principio de pedia Cyri ἐννοιάν ποτε ποιήσασθαι, etc. quod ibi est ἐννοιαν ποιεῖσθαι, id in hoc loco uoco Commentari. Aristoteles non ἐννοιαν, uocat, sed in Ethicis nominiat ἐννόησιν. Vocat autem ἐννοιαν, μελέτην τῆς νῆς, περὶ τῆς ζητήματος, id est, accuratam considerationem animi, de ipsa quæstio-

ſtione. Commentatio autem eſt rerum commentandarum commentatio, conſideratio rerum & eſt, conſiderandarum. Quam latè patet officium oratoris, tam latè etiam hæc patet ἔννοια, ἐννόησις, μελέτη, σκέψις: omnia enim ſunt ἰσοδύναμα. Conſideratio igitur eſt rerum inueniendarum. Primum enim in officio oratoris eſt inuentio, alterum eſt commentatio rerum collocandarum: Tertium eſt cogitare, quo ornatu in dicendo uelis uti: non ſolùm quo ordine uelis dicere, quid primo, quid ſecundo, quid tertio loco, ſed etiam qua dicendi figura uelis uti, graui ne, & ſplendida, an tenui, & humili: an media, & tẽperata dicendi figura? Ipſa commentatio etiam iuuat memorium. Orator enim qui cauſas uolebat agere, quædam recitabat de ſcripto, quædam autem recitabat extra ſcriptum. Sic Cicero faciebat, ſic Demoſthenes, ſic deniq; Craſſus fecit: ubi uidebant facilem eſſe memoriam (memoria exquiſita non eſſe opus) nõ utebantur ſcripto: ubi autẽ diffidebãt memoriæ, ſi rei neceſſitas requirebat, & urgebat: non pudebat oratorem de ſcripto recitare. Sic oratorem oportet conſiderare, ubi non opus ſit magna memoria, ubi autẽ opus ſit, oportet uel de ſcripto recitare, uel domi ad uerbum ediſcere, & recitare. Præterea cõmentatio iuuat actionem, diligenter conſiderabant, quo genere uocis uellent uti, in Exordio, quo in Narratione, quo in docendo, quo in perturbando, & in inflammando. Tã latè igitur patet commentatio: quàm latè patet orationis officium. Sed ex his quinq; partibus, tres ſunt perpetuæ, quas ſemper orator ſcripto debet habere propoſitas,

fitas, ſcilicet cogitare ſemper de rebus inueniendis, & ornandis, & ſtatim adoleſcens de principio ad exercitationem ſe debet inuitum cogere, & repugnantem: ut ſemper cogitet de his tribus, antequam ſtylum in manus ſumat: antequam inueſtiget, quæ ſibi ſint dicenda. Hæc tria ſunt perpetua in ſcriptione, Commentatio, Memoria & Collocatio. Duo poſteriora ſunt adhibenda in actionibus: Theologo tamen duo iſta poſteriora ſemper ſunt cogitanda: debet cõſiderare, quo genere uocis, & ſermonis uelit uti: quomodo uox, & ſermo, & geſtus ſit inſtituendus? Primum igitur officium eſt, ſumere commentationem περὶ ἑυρέσεως. In iudicijs, & ciuilibus cauſſis, non opus eſt inuenire: ſed adferuntur quæſtiones: ciues adferunt cauſſas ad oratores: ſi placent oratoribus, eas recipiunt: ſi non placent, recuſant: uidelicet cauſſas iniuſtas, impias, falſas, crudeles, ſceleratas, &c. Nam orator debet eſſe uir bonus, propterea cauſſas falſas, iniquas, crudeles, ſceleratas non ſuſcipit, nec ſuſcipit cauſſas uiles: nolunt eſſe moleſti iudicibus ob rem uilem, ob capram ſcilicet, aut gallinam: quia tales nugæ non habent commentationem ingenij: ſuſcipiunt libenter cauſſas honeſtas, pias, graues: in quibus orator poteſt oſtendere ſuam facultatem, ſuam dicendi uim. Sic L. Craſſus multas cauſſas recuſabat agere: ſic Hortenſius, Sulpitius, Cotta non audebant Sex. Roſciũ defendere, ne offenderent Syllam. Sed Cicero ſuſcepit & primam laudem ingenij accepit ex hac cauſſa Amerina. Sic nobis etiam faciendum. Argumenta, quæſtiones ſunt deligendæ, in quibus uolumus nos exercere.

Nam

Nam quæstiones, & argumenta non sunt accipienda, sed deligenda, & inuestiganda. Quæ igitur argumenta maximè nobis deligenda sunt? Quæ sunt paria uiribus nostris: debemus enim etiã quod Horatius præcipit, in arte Poetica, facere, in hac exercitatione. Quid ualeant humeri: quid ferre recusent, &c. Primum recusemus tueri ea, quæ ignoramus. Causſæ enim quas ignoramus, superant uires nostras, & hæc causſa multos fefellit scriptores. prima Ignoratio rei, secunda rei magnitudo & difficultas cum causſa aliqua est implicata multis controuersijs, causſæ scilicet obscuritas, causſæ difficultas, causſæ multiplex defensio, cum genere dicendi non potes esse par. Cum tria sint dicendi genera, Graue, humile, temperatum, seu mediocre: si grauitate non possis respondere, sis mediocritate contentus: si illam non possis assequi: maneas in perspicuitate. Satis sit causſam illam posse tractare perspicuè, & quod perspicuè tractare potes, hoc susscipe. Ergo res idonea uiribus nostris, id est, res notæ susscipiendæ sunt, res non multis controuersijs implicatæ, eas causſas, quas in tres partes diuidis potes tractare. Si autem uitiosa sit diuisio: præsertim in principio, illas causſas ne susscipe. Deinde facere debent oratores quod Poetæ, qui non poterant esse heroici, contenti erant elegiacis: qui non scribere poterant Tragedias: contenti erant Comœdijs. Sed quales causſæ sint susscipiẽdæ, Aristoteles pulcherrimè indicat: scilicet quæ causſæ sunt faciles, & copiosæ ad tractandum: quæ faciles stylo, & uberes ad tractandũ. Quæ sunt illæ? in quibus consistit oratoria illa ubertas,

& copia. Ergo causæ suscipiendæ ἔυποροι, πλήρεις, ποικίλαι. Quæ sunt illæ? Quæ habent tria genera sententiarum: in quas causas decurrunt ultrò tria dicendi genera. sunt enim sententiæ quæ docent utiliter, sententiæ quæ delectant suauiter, sententiæ quæ mouent uehementer: quæ habent illa tria genera argumentorum πίστεων, πίστεις scilicet λογικὰς, ἠθικὰς, παθητικὰς, πίστεις τὰς ἐν τῷ λόγῳ, ut ipse dicit, τὰς ἐν τῷ ἤθει, τὰς ἐν τῷ πάθει. Deinde quæstiones oratoriæ declamationum uel erant fabulosæ, uel historicæ sumebantur argumenta à Poetis, & historicis, in officinis Rhetorum: historica magis mouent, quàm fabulosa: quæ sunt, magis mouent, quàm quæ non sunt. Oportet causam esse ἔμψυχον, illæ causæ bonæ sunt, quæ habent ἐμψύχωσιν: in quibus non sunt uis expressæ lacrymæ: sed illæ, quæ pertinent ad horum salutem, & utilitatem auditorum: quas res auditor libenter audit, ex quibus oportet utilitatem, & delectationem capere. Huiusmodi quæstiones sunt suscipiendæ. Ergo ad commentationem instituendam, oportet primo loco sumere istas quintas partes officij oratoris, deinde oportet cõsiderare tripartitum finem oratoris, cuius est docere, delectare, mouere. Tertiò considerandæ sunt tria quæstionum genera Aristotelica: Aristoteles ostẽdit tria genera esse προβλημάτων. omnis enim quæstio uel est dialectica, sermonis, περὶ τὸν λόγον, scilicet de genere, de specie, de proprio, de accidẽte. Vel est quæstio de rebus moralibus, de rebus quæ ad uitã pertinent, de uirtute, de gubernatione rerumpub. Vel quæstio est de rebus physicis, de quatuor elementis,

de

de cauſſis generationum, & corruptionũ, &c. Quemadmodum Dialecticus uerſatur in primo genere, phyſicus in ſecundo genere: ſic orator ſe exercere debet in ethico genere quæſtionum.

Scholæ, in

CAPVT. IX.

CIcero in Exordio, pro P. Quintio, dicit: Non quò minus ingenio poſſum, ſubſidium mihi diligentia comparaui, &c. Diligentem igitur oportet eſſe, quicunq; uelit eſſe Ciceronianus, & Ciceronem imitari, & Ciceroni quo ad eius fieri poteſt, quàm ſimilimus uideri, & euadere. Oratoris autẽ duplex eſt diligentia. Vna eſt totius uitæ, & ſtudiorũ, de qua diximus primo loco, cuiuſmodi debeat adhiberi diligentia in artibus, & diſciplinis, in oratoribus, & Poetis cognoſcendis. Hæc diligentia eſt uitæ totius: hæc diligentia eſt inſtituti, eſt ſtudiorum, literarum, atq; doctrinæ comparandæ. Altera diligentia eſt, quæ ſuſcipitur in ſingulis cauſſis. Oportet igitur futurum oratorem, aut futurum ſcriptorem, primùm diligenter inueſtigare thema, problema, ζήτημα, quæſtionẽ, ὑπόθεσιν, argumentum quod tractare uelit: illud genus argumenti eſt utiliſſimum, & accommodatiſſimum, quod eſt ἐμψυχόμενον, quod habet ἐμψύχωσιν: quod eſt uelut animatum, non ſtolidum, quod eſt eloquens non mutum. Pro mortuis habentur argumenta, quæ ſunt remota

mota à ueritate, id est, argumenta fabulosa, argumenta Poetarum: item argumenta remota à nostra ætate minus nos monent. Minus nos mouet fames Saguntina, quàm nostræ alicuius urbis calamitas. Argumenta etiã possunt accipi à Iureconsultis, à iudicibus Imperatorij iudicij: ubi ueræ causſæ aguntur. Hæc enim argumenta suppeditant nobis copiam argumentorum in omni causa. Prima igitur diligentia est in argumẽto instituenda, quod tractare uelis: illud autem argumentum, tum demũ est appositum ad copiam, & ornatum: si habeat rationes, quæ docent, quæ delectant, quæ mouent: argumenta quæ plena sunt doctrina, delectatione, uoluptate: quæ apta sunt animorum motuit. Argumento autem inuento, secundus labor est in explicando officio oratorio: oportet oratorem considerare suum officium quinq; partitum scilicet, quod positum est in inuentione, collocatione, &c. Deinde horum quinq; considerandi sunt fines. Inuenimus enim & collocamus, propter triplicẽ finem: ut doceamus, delectemus, flectamus. Dialectica, & Physica docent: ethica delectant, Pathetica mouent. Inuentionis autem Cicero, & ante Ciceronem, M. Antonius, & ante Antonium, etiam L. Crassus habebant duplicem finem in causis cognoscendis. Vnum communem, & uulgarem omnium causidicorum. Communẽ, inquàm, id est, ἄτεχνον, qui non habet opus artis ope, & auxilio. Oportet enim oratorem causſam suam cognoscere, non solum ex libris, sed etiam extra libros: oportet oratorem doceri, antequam docere possit: & ab inferiore non doctore: à non oratore, ab imbecillio-

re oportet doceri, ab ipsis reis: oportet reum interrogare, quid fecerit, ubi fecerit, quando fecerit, ob quam rationem, quos habeat testes pro se, quos contra se, &c. Hæc omnia sunt ἄτεχνα. Deinde illum ipsum reum rogare oportet, ut uerum dicat, ut ne mentiatur, ut ipse reus uideat quid bonum, quid malum habeat in causa. Cicero quantumuis præclarus orator, septem actionibus tanta copia, & ornatu Verrem non potuisset accusare: nisi profectus in Siciliam, nisi in singulis ciuitatibus de magistratibus conquisiuisset, nisi ipse audiuisset lacrymas matrumfamilias, & uirginum. Hæc omnia sunt ἄτεχνα, ut Aristoteles uocat. Cicero profectus est in Siciliam, propter hanc diuisionem Aristotelis. Hoc erat unum genus diligentiæ. Est diligentia plane ἄτεχνος, in colligendis testimonijs, sed aliquando huiusmodi diligentia est artificiosa, est literata, philosophica diligentia. Vis scribere de uirtute, de morte, an mori sit malum? Quid ibi Cicero fecit, in Tus. Quæst. Vsus est etiam argumentis ἀτέχνοις. Coactus est fugere, ad Græcos scriptores, ad Varronem, ad ephimerides, ad Thucydidem, ad Comicos, & Tragicos: & inde colligere sententias de morte, de uirtutibus, de uitijs. Cum uellet scribere officia, cognouit ne ista ex præceptis Rhetoricis? nequaquam. Coactus est prius legere Panætium, quem imitabatur: ibi sumere definitiones, diuisiones. Sic orator discit aliquando ab imbecillioribus, aliquando à doctioribus, accipit sententias comicas, Tragicas, &c. De his superius. Sed post istam cognitionem ἄτεχνον, orator etiam utebatur armis artis suæ, facultatis

tatis ſuæ,& habebat orator proprios etiam locos quos dam Inuentionis,receptacula argumentorũ, argumentorum ſedes, argumentorum quaſi cellas penuarias, quæ cellulæ uocantur τόποι, id eſt, loci:locus enim eſt ſedes argumenti:Dicit τόπον eſſe ſedem, id eſt, ἕδραν τῆς πίστεως.Sedem,id eſt,receptaculum, ἀποθήκην,cellulam ipſorum argumentorum, facultatis, & inſtrumenti oratorij. Sed non unum genus eſt locorum oratoriorum in foro, quemadmodum aliquando ex me audiuiſtis.Sunt enim quatuor genera locorum: Vnum eſt dialecticum,commune & generale, quod continet argumenta,quæ uel docent uel delectant, uel perturbant. Sunt loci Ariſtotelici,quos Craſſus,& Antonius maximi faciunt ſecundo de orat. Hi enim loci ſunt Philoſophorum,& oratorum omnium. Alterum genus locorum eſt ſingularum cauſſarum. Genus demonſtratiuũ habet locos honeſtatis.Genus deliberatiuum, utilitatis. Iudiciale locos iuſtitiæ,& iniuſtitiæ, iuris & non iuris. Primum genus locorum uocatur κοινὸν πάντων.Secundum genus τόποι γενῶν.Tertium genus eſt ſtatuum, τόποι στάσεων. Nam ſtatus coniecturalis ſuos habet locos:qualitas ſua capita.Quartum genus eſt ὑποθέσεων, ſeptem ſcilicet circumſtantiarum, quod tamen in ſingulis periodis diligenter eſt conſiderandum: continet ſeptem circumſtantias, quibus Hermogenes abſoluit omnes ſuas argumentationes,& ſunt loci ἐπιχειρημάτων,& ὑποθέσεων. Sed ex his omnibus locis prima dignitas,& primus honos debetur primo generi, id eſt, locis Ariſtotelicis. Ariſtoteles enim tradidit uberiores

locos ad docendam ueritatem, ad ostentandam uirtutẽ, & uirtutis suauitatem, ad persequenda uitia, atq; scelera. Et tradidit locos dicendæ ueritatis, conciliandorũ animorum, item animorum inflammandorum: & habet locos, ut ita dicam, λογικὸς, id est, locos τῦ λόγυ. Loci τῦ λόγυ sunt λογικοὶ, syllogismorum: quia sunt loci maiorum propositionum, propositionum uniuersaliũ, locus scilicet à definitione: definitio est uniuersale quoddam, genus est uniuersale: genus est integrum quiddam, & perfectum. Sic similia, dissimilia, causse, effecta, uniuersalia sunt. Item Euenta, Antecedentia, & Consequentia sunt loci syllogistici: & propterea uocantur πίστεις συλλογιστικαί, siue πίστεις αἱ ἐν τῷ λόγῳ. Loci autẽ Ethici sunt loci particulares: sunt loci rerum singulariũ: sunt ὑποθέσεων, Crudelis, funebris, simplex Sex. Roscius Amerinus. Auarus est Erutius: uirtuti deditus ipse P. Quintius. Hi loci ostendunt mores hominum amabiles, aut odiosos: efficiunt, ut ipse reus uideatur uirtute præditus esse. Credo equidem genus esse Deorum, &c. apud Poetam. ibi nihil docet, non sunt sententiæ λογικαὶ, sed ἠθικαὶ. Hoc efficiunt argumenta, quæ uocantur ἠθικὰ. Vbi autem animus iudicis doctus est, de ueritate, & de bonitate personæ, incipit amare reum, & sua sapientia adesse, uult illum felicem, & fortunatum esse. Inde oritur tertium genus παθητικόν. Orator igitur Ciceronianus debet fugere ad ista tria genera argumentorum.

Est igitur hoc primùm genus locorum) Diximus Aristotelis diuisionem, quæ est lib. primo ad Theode-

ctem,

ctem, esse quidem breuem : sed magnam habere utilitatem. Is partitur omne genus argumentorum, & propterea etiam omne genus locorum in duo genera, siue in duas formas: et dicit omnes πίστεις, id est, argumenta, uel esse ἄτεχνα, id est, non artificiosa, sed ab arte remota, uel ἔντεχνα, nisita, in arte infixa. Nam nondum erant tum usitata illa uocabula, artificialia & inartificialia, quæ uocarunt argumenta insita, & remota: quæ definitiones Rhetoricæ & partitiones ab ipsis Rhetoribus traduntur : non ut sumantur solum definitiones, & partitiones (non enim traduntur solum propter θεωρίαν, propter γνῶσιν notitiam, quanquam notitia (cognitio) sit pulcherrima, et ἐλευθέρα, id est, liberalis. Est enim pulcrum uidere uestigia oratorum) Sed partitiones, & definitiones traduntur nobis propter usum: propter πρᾶξιν : ut non solum intelligamus illa: sed sequamur: adhibeamus ad usum, & hoc est Antonianum esse, Crassianum, Ciceronianum esse: sequi has scilicet partitiones, & definitiones: nam ipsæ definitiones continent oratorum consilia: Oratorũ monita sunt ἑρμαῖοι τόποι, Mercuriales statuæ, Mercuriales laudes, quæ iter ostendunt proficiscenti, currenti, equitanti. Cur igitur dicit Aristoteles, argumenta quædam ἄτεχνα, quædam ἔντεχνα? docet oratorem, quid facere debeat. Debet enim iuuari, non solum à libris suis: sed etiam à reis suis, & litigatoribus: non debet pudere oratorem discere à Reo: accipit quidem orator pecuniam à reo, in magnis caussis, aliquando integram tutelam adipiscitur, defensione unius caussæ. Sed

hanc cauſſam debet diſcere ab eo, à quo pecuniam accipit ipſe nõ poteſt diſcere an arteſua quid fecerit reus, ubi, quãdo, qua de cauſſa, quomodo, quos habeat teſtes, hæc non uidentur in libris Rhetoricis. Quemadmodũ medicus in doctrina ſua ſcire non poteſt, an æger ceciderit de ſcala, aut de tecto. Hæc igitur partitio utiliter eſt tradita ab Ariſtotele, qui oſtendit diligentiam eſſe adhibendam in reis interrogandis. Et M Antonius habet pro myſterio: & in ſecundo libro oſtendit gradũ eſſe diligentiæ primum in reo cognoſcendo.

Alterum autem genus eſt ἔντεχνοι: quod ab oratore inuenitur quod continetur præceptis, eſt ἔντεχνον, τῆς τέχνης ῥητορικῆς, eſt proprium artis Rhetoricæ, artis dicendi, in quo ipſe orator habet ſuos reconditos theſauros, ſuum apparatum magnificum proprium τῶν τεχνιτῶν, artificum, non ἰδιωτῶν idiotarum. Prima ratio eſt ἄτεχνος, alterum autem genus eſt τεχνικὸν ἢ ἔντεχνον. Loci autem ἔντεχνοι ſunt quadripartiti, ſunt genera locorum quatuor apud Rhetores, quorum primũ eſt Ariſtotelis: & eſt primum dignitate, id eſt, utilitate & fructu copioſo. Primum enim genus locorum Rhetoricorum fuit exiguum, exile, paucorum præceptorũ Coracis ut ipſe Craſſus dicit, qui ſuos pullos educant modico lacte &c. Sed Ariſtoteles idem fecit in Platone, quod in Demoſthene. Apud Ariſtotelem nullam habetis definitionem, partitionem, nullum genus Syllogiſmi aut argumentum Dialecticum: cuius non extent copioſa exempla, apud Platonem, exemplis Platonis conſtituit ipſe artem. Sed Platonicis exemplis non

eſt

est usus aperte, maluit ideas Platonicas insectari & traducere quàm istud fateri. Idem fecit in Demosthene, notatis exordijs, narrationibus, animaduersis generibus argumentorum Demosthenis, aliam inuenit doctrinam, et doctrinam Topicorum fecit copiosiorem. In Demosthene uidit in exordijs animos excitari, uirtutes demonstrari, & has sententias exordiorum uocauit ἠθικὰς morales. Nam continent exordia τὰ ἤθη, id est, mores personarum. In narrationibus uidit solum rem exponi, rem doceri, narrari & declarari: & in confirmationibus eandem confirmari more dialecticorum, & uidit narrationem, atq; confirmationem consistere ἐν τῷ λόγῳ in sola argumentatione, uidit in confirmatione latere στάσεις, id est, status: ita uidit argumentationem aliquando sumi à genere: Omne furtum puniendum est, Verres fur est, &c. Vidit in confirmatione latere causas, effecta, coniuncta, consequentia, & antecedentia. Inuenit aliud genus argumẽtandi, quod dirigitur ad confirmandum solum, & uocauit λογικὸν. In peroratione autem uidit tragicas exclamationes, eiulatus, fletus, ploratus, sententias lacrymales, lacrymas expressas etiam ab inuitis, uocauit istud genus παθητικὸν. Ex his artem Aristoteles fecit, quæ omnia ibi traduntur sunt Demosthenea, & quòd miror in homine prudente maluit ex Poetis exempla sumere, quàm ex Demosthene. In summa uoluit uideri hãc doctrinam suam esse propriam & se non didicisse ab alio. Et hoc genus locorũ commendatur à Crasso, & Antonio: qui cætera genera contemnũt præ hoc genere. Nam istud suppeditat ora-

tori arma ad conciliandum suauiter, ad docendum probabiliter, ad commouendum uehementer, & ista demum oratio est frugifera, quæ conciliat, quæ docet, quæ inflammat ignauum, quæ flectit, quæ frena inijcit furioso populo. Hi loci sunt Aristotelici, sed sunt tripartiti, ut dixi ex tribus Philosophiæ partibus sumti & mutuati. Ex dialecticis sumti sunt loci, τῦ λόγυ totius, definitionis, partium totius, item partium definitionis, ut partes definitionum, ut genus definiens, ut differentiæ definientes, ut ipsius rei uocabulum, id est, notatio, ut uocabuli deflexio, id est, coniugata: ut partes definitionis, species, genera, differentiæ, proprium, ut similia definito, & definitioni: ut dissimilia definito & definitioni, ut causſæ & effecta, ut effectorum repugnantia, ut hæc omnia inter se comparata. Hi sunt loci qui comparati sunt ad docendum, quod est dialecticorum. Alterum genus locorum sumtum est ex altera parte Philosophiæ, ex ea quæ uocatur Ethica, quæ conciliat amorem, & beneuolẽtiam. Hi loci sumendi sunt ex ijs, qui sumti sunt ex libris de officijs. Amantur homines, qui officia sua faciunt: & isti sunt loci ethici: oportet ostendere reos nostros σπυδαίους, id est, studiosos, cupidos uirtutis: aduersarios autem πονηρούς, id est, uitiosos, ut Cicero pro Quintio. Tertium genus locorum sumtum est ex doctrina ethica, quæ uocatur περὶ παθῶν id est, de animorum morbis, de animorum perturbationibus. Sic primum genus locorum continet nomina dialectica, à toto, à partibus, à definitione, &c. Secundum genus continet nomina uirtutum, amoris, amicitiæ, beneuolentiæ,

neuolentiæ, liberalitatis, castitatis. Tertium genus continet nomina perturbationum, odij, misericordiæ, iræ & indignationis, qui sunt loci Aristotelici: & hoc est primum genus locorum, primum scilicet dignitate, nõ tempore. Nam tempore Aristotelis fuit traditum, sed à pleriſq; neglectum, usq; ad tempora L. Crassi, M. Antonij, Ciceronis, retentum in scholis Academicorum, & Peripateticorum. Primum igitur est dignitate. Fons enim est ex quo deducuntur riuuli tres, ad tria prata oratoria irrìganda. Vnus riuus deriuatur ex illo fonte usq; in curiam, & senatum: id est genus deliberatiuum. Alter autem fons in forum, & rostra deducitur, id est, in iudicium, in genus δικανικὸν, id est, iudiciale. Tertium autem genus deriuatur in campum Martium, in concio nes, in funebres orationes, in laudationes. His tribus riuis orator sua prata irrigat, iudiciale, deliberatiuum, et laudatiuum. Nam unumquodq; genus causſæ suos proprios habet locos, qui distracti sunt finibus: quarum autem rerum diuersi sunt fines, & exitus: eorundem diuersa sunt itinera. Sic finis in genere iudiciali est iustitia. Oportet igitur oratorem adhibere partes iuris, iustitiæ equitatis. In deliberatiuo finis est ἰδίωτῶν, scilicet utilitas Rerumpub. Oportet oratorem scire quæ res conseruent Rempub. quæ res euertant Rempub. quæ res constituant Rempub. quæ res amplificent: quæ commoda sint domestica, ἐγχώρια, quæ peregrina, &c. Oportet oratorem scire genera Rerumpub. In tertium locorũ genus rursus deriuantur illæ infinitæ uirtutes, facta heroica, facta prudentur, facta fortiter: liberalitas homi-

nis, magnificentia homunis, uictoria parta, decretum triumphus. Hi loci sunt laudatiui, nec contemnendi, nã sunt etiam traditi ab Aristotele. Libro enim primo tradit ἀπαινικὰ, & συμβουλευτικὰ, καὶ ἀνηκυορικὰ. Hi loci sunt τῶν ἠθῶν. Primum genus est τῶν λόγων, alterum genus τῶν ἠθῶν, tertium τῶν πάσεων. Singulæ enim causſæ habẽt suas πάσεις, singulæ πάσεις sua κεφάλαια, capita, suas pertes.

Hi loci cuiusmodi sint) Quod in commentando, & scribendo semper est facilitandum: id etiam crebro reuocandum est in memoriam. Quam igitur partitionem horum ostendimus superioribus in scholis, illius diligenter, & frequenter meminisse oportet. Locos enim oratorios & receptacula, quibus omnis thesaurus & omnis oratoris apparatus continetur, partiti sumus in quatuor locorum genera, quorum unum est Aristotelicum, tria reliqua sunt propria Rhetorum: & in his Aristotelis locis primum locum occupant: non propter autorem solum, aut propter antiquitatem: sed propter dignitatem, atq; utilitatem. Quantum enim attinet ad uetustatem locorum, credo circumstantias primo fuisse inuentas. Aristotelis autem loci propter causſas tres primum locum occupant, quæ sunt receptacula propositionum earum, quæ à dialecticis uocantur maiores, continent propõnes uniuersales, sunt loci τῶν καθ' ὅλου πράσεων: sed est diuisum tres in partes, quemadmodum diuisi in λόγον, orationem: ἦθος, uirtutem: πάθος, motum animi. Prima igitur causſa est dignitas propositionum

nam

nam maiores propositiones in syllogisim sunt αἰτίαι προκαταρκτικαὶ, τὰ πρῶτα αἴτια, causſæ primæ. Minores propõnes sunt τὰ δεύτερα αἴτια, causſæ secundariæ. Causſa altera autem est officium oratoris: quod diuisum est in tres partes, in tres fines. Vnus enim finis est oratoris docere ueritatem, alter finis est commendare uirtutem, & probitatem. Tertius finis est, flectere repugnantem, castigare errantem, animaduertere in peccantem. Et hi Aristotelici loci suppeditant nobis hæc tria genera argumentorum: ἀποδεικτικὰ, λογικὰ, ἠθικά, siue συστατικὰ, quæ commendant personas: argumenta παθητικὰ, quæ mouent & perturbant animos eorum qui audiunt. In primo genere locorum traduntur loci dialectici, ὁρισμοὶ, totius scilicet & definitionis: totius & definitionis partium. Item definitionis partes aut genus, aut differentia, item ratio ipsius uocabuli definiendi, item uerba deflexa, & coniugata, σύζυγα, item quæ toti sunt contraria, & differentia, quæ toti sunt similia, & dissimilia, quæ toti sunt adiuncta, quæ cum toto sunt comparata, totius & partium etiam causſæ efficientes, item ipsius totius effecta, item comparata quantitate scilicet, item antecedentia, consequentia, repugnantia, & horum omnium cuenta, id est, τὰ ἐπιβάντα. Hi loci sunt λογικοὶ, διαλεκτικοί.

Alterum genus locorum continet partitiones uirtutum, & uitiorum: qui hoc genere locorum uti uult, oportet eum audire ethicos Philosophos, ethicos libros scilicet ad Nicomachum, magna ethica, ethica ad Eudemum, officia Ciceronis, Aristotelem, Platonem περὶ

πολι-

πολιτιῶν. Hoc genus locorum complectitur totam Philosophiam moralem. Tertium genus complectitur genera perturbationum affectuum, amoris, odij, iræ, mansuetudinis, gratiæ & non gratiæ, indignationis, &c. qui traduntur ab Aristotele lib. secundo Rhet. ad Theodecten. Hoc primum genus locorum est, & ostendit quas res oratorem oporteat scire, quos autores imprimis legere. Secundum genus locorum est Rhetoricum est generis caussarum. Caussa est negocium, cuius finis est controuersia. Caussam uoco ἀμφισβήτησιν, id est, controuersiã: nam caussa est negocium, id est, πρᾶγμα, ut habetis apud Quintilianum. Caussarum tradidit tria genera: Demonstratiuum, Deliberatiuum, & Iudiciale. Propterea etiam tria sunt locorum genera, in hæc secundo genere, quoniam tres sunt fines. Finis autem demonstratiui est honestas: Ergo istud genus locorum cõtinet τὰ τίμια ἀγαθὰ, bona honorabilia, uictorias, triumphos, prælia fortiter facta, consilia glorioſa, & salutaria rebus publicis, uitã præclarè actã, & transactã, gestos magistratus: officia, & effecta uirtutum: totũ illud est ἠθικὸν, moratum. Deliberatiuum genus habet utilitatem. Primum genus continet τίμια ἀγαθὰ, bona honorabilia, ἐλευθέρια. Secundum genus deliberatiuum continet ἀγαθὰ χρήσιμα, quæ posita sunt in utilitate: ut ærarium, & pecunia ærarij, ut uectigalia, ut fœdera, ut societates factæ cum uicinis, ut est belli uicissitudo, ut est pacis utilitas, atq; ocium: ut sunt res, quæ in agro nostro crescunt, uinum, frumentum: ut res quæ ex alienis regionibus apportantur, ut aromata, aurum, argentum.

De

De his enim ſæpe deliberationes habentur, in hoc genere deliberatiuo. Oportet oratorem eſſe politicum, ſcire Rerumpub. genera, quid ſit βασιλεία, regnum quid τυραννὶς, regnum crudele, quid ſit ἀριστοκρατία, quæ gubernatur à doctis, & pijs uiris, quid ὀλιγαρχία, quæ adminiſtratur à paucis et à tyrannis: quem admodum regna euertuntur tyrannide, ſic ἀριστοκρατία euertitur ὀλιγαρχίᾳ: quid item δημοκρατία, quid cum hoc ſtatu pugnet, ſcilicet ἀναρχία confuſio poteſtatis, σύγχυσις τῆς ἀρχῆς, & horum omnium oportet ſcire cauſſas, & effecta, cauſſas conſeruantes, & conſtituentes, cauſſas item φθαρτικὰς, corrumpentes, de quibus omnibus Ariſtoteles, & Plato in libro περὶ πολιτιῶν. Hæc omnia ſunt conſideranda ei, qui uelit eſſe bonus deliberator: & hi libri celerius docent conſilium bonum, & conſiliarium principis, quàm ius ipſum, quàm leges, & ipſorum iuris conſultorum uolumina.

Genus iudiciale continet leges, & ius, ius publicum de magiſtratibus, de ſacerdotibus, de caremonijs, de magiſtratibus creandis, abrogandis, de cooptandis ſacerdotibus, de officijs ſacerdotum, de ſacrificijs, de feſtis Bacchanalibus. Hæc omnia ſunt τῆς δημοσίας δικαίας, oportet δικανικὸν etiam peritum eſſe iuris priuati, quo iure ciues ſua tueantur, & poſſideant. Hoc ius priuatū apud Romanos continebatur lege, & erat uel ſcriptū, uel non ſcriptum. Non ſcriptum ἄγραφον, ut inſtituta, præcepta à maioribus, quæ erant poſita in conſuetudine. Scriptum ἔγγραφον, ut lex à coſſ. lata, ut edictum à prætore, plebiſcitum à plebe. Hæ ſunt partes iuris in

ipſa

ipsa qualitate, & hi sunt loci τῶν πολιτικῶν ζητημάτων. Tertium genus locorum est statuum, qui nominantur στάσεις. Nam unumquodq; genus caussæ suum habet statum. Primum genus, sumendum est à Dialecticis, secundum ab ethicis, et politicis. Istud tertium génus propriũ est Rhetorum & est statuum, τῶν στάσεων, sed defluxit ex superioribus generibus, ex tripartito Philosophico, & ex altero genere caussarum. Status autem sunt, qui caussas continent, qui efficiunt, ut litigantes inter se possint ἵστασθαι, id est, consistere, stare in pugnando. Hi statuum loci præstantissimi uocantur κεφάλαια. Quemadmodum præstantissima pars est in corpore humano caput, est enim principium omnium neruorũ. Caput complectitur, & continet νόησιν, apprehensionem, est ὄργανον νοητικὸν, ipsa apprehensio habet sedẽ in capite, est apprehensio τῆς γνώσεως cognitionis, & scientiæ: in capite est etiam sedes τῆς μνήμης, memoriæ. Si pars primà capitis uulneratur, quod dicitur intellige re non potest: si pars media uertex grauius uulneratur, iudicare non potest: si postrema, meminisse non potest. Ergo caput est sedes harum trium, scilicet νοήσεως, γνώσεως, καὶ μνημονεύσεως. Caput est ἀκρόπολις, arx in corpore humano: arx Palladis, sapientiæ. Propterea uocarunt Græci hos locos κεφάλαια: quòd continerent caput totius caussæ. Quoniam autem tres sunt status, tria etiam sunt κεφαλαίων genera, στοχαστικὸν, ὁριστικὸν, ποιοτικὸν. In coniectura, proprij loci sunt ἡ βούλησις, uoluntas. Oportet enim primùm probare quod Milo uoluerit occidere Clodium. Deinde secundus locus est

δυνάμεως, id est, facultatis, qui non uult, nec potest, non occidit. Tertius est τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, cõiunctorum locus, ubi occisus sit, quando, quo tempore? Oportet scire etiam causs.s rei factæ: Clodiani dicebant Milonem occidisse Clodium, propter odium: Cicero autem hanc caussam negabat. Odisset Milo Clodium? segetem gloriæ suæ: ibi fecit μετάθεσιν αἰτίας, translationem, et inuersionem caussæ: caussæ interpretationem in contrariam partem: quia seges gloriæ suæ: ergo maluit eum diutissimè uiuere: & post reprehensionem caussæ, probabilem caussam affert, quamobrem uoluerit ut uiueret. Vtilissimum enim est uiuere eum, qui quasi seges est gloriæ. Hi sunt loci coniecturæ. In definitione autem est προβολή. Sacrilegus es: προβολὴ nominis. Perduellionem commisisti. Deinde est ἀντιπροβολή, uerbi negatio. Non sum is quem me esse dicis. Hæc est propositio nominis, περφάλαιον istud uocatur ὄνομα. Secundus locus est definitio, quæ adfertur ab accusatore. Tertius locus est ἀνθορισμὸς, contraria definitio, oportet contrarium nomen inuenire, & contrariam definitionem. Quartus locus est partis definitionis, ut genus, & differentia. Et hi sunt proprij loci definitionis: & hi loci ex primò locorum genere, ex definitione differentia: τῦ ὅρυ, τῦ γένυς, τῦ εἴδυς, τῦς διαφορᾶς. Qualitatis loci in disputatione de facti iure. In legitimo statu est lex: in quæstione de re futura, scilicet περφάλαιον πραγματικὸν, facile, difficile, honestum, utile. Deinde partes Qualitatis uocantur περφάλαια, ἀντίληψις, qualitas absoluta, ἀντίθεσις, qualitas assumptiua: cuius partes sunt, ἀντίγραφις, comparatio:

tio: ἀντέγκλημα, relatio criminis: μετάστασις, remotio criminis: συγγνώμη, deprecatio. Quartum genus locorum est περιστατικὸν: circumstantiarum, seu attributionum omnium: estq; tanquam loculus patris familias: qui maiorem pecuniam positam habet in cistis: sed circumfert etiam pecunias quotidianas. Quod patrisfamilias est pecunia quotdiana, hoc oratori istud quartũ est genus locorũ: et primi Rhetores non agnouerunt aliud genus locorum quàm hoc, septem uidelicet circumstantias: & uocantur loci ἐπιχειρηματικοί.

Paraphrasis, in

CAPVT. X.

TRadidimus quatuor genera locorum, quæ continent omnem thesaurum eloquentiæ: & omnem supellectilem oratoris, totumq; oratorum mundum atq; ornatum, argumentorum, & sententiarum: quorum primùm fuit Aristotelis scilicet eorum locorum, qui nominantur loci Dialectici, loci scilicet Philosophorum. Ex his enim locis adiuta est ipsa eloquentia, imò ornata est, & armata fortius, atq; uirilius. Secundum genus erat trium caussarum. Demonstratiuũ enim genus suos habet locos, iuris, atq; iustitiæ, iniuriæ, atq; iniustitiæ. Tertium est στάσεων, statuum. Status enim etiam habent sua loca, quæ uocantur κεφάλαια: qui loci traditi sunt perspicuè ab Hermogene: à quo singulis uerbis singula sunt tradita præcepta. Quartum genus

genus erat περιστάσεων, id est, septem circumstantiarũ. Ea quæ tradita sunt à scriptoribus sunt tradita propter θεωρίαν, id est, contemplationem solum, propter scientiam, propter γνῶσιν, id est, cognitionem. Est enim quoddam genus cognitionis, & doctrinæ: quod propter seipsum est laudabile, quod & per se expetendum, & bonum est: ut scientia siderum, atq; astrorum: scire motum lunæ Iouis, Martis, &c. Hæc tradita sunt propter θεωρίαν: & est quoddam genus hominum, quod consistit in hoc primo gradu: contentum harum rerum cognitione, satis est illis scire: quid sit triangulus, quid quadratum, tametsi neq; triangulum, neq; quadratum uelint efficere. Alter autem finis tradendarum artium, & disciplinarum est, non ipsa θεωρία solum, quæ per se honesta est, sed etiam ipsa πρᾶξις, actio, ipsa χρεία, usus scilicet eloquentiæ, τὸ ἔθος, id est, consuetudo, τῦ πράττειν, agendi. Eloquentia enim non solum requirit θεωρητικὸν, id est, contemplatorem, sed requirit etiam πρακτικὸν, id est, actuosum, actorem. Hinc Quintilianus dicit, eloquentiam esse ex eorum numero, quæ partim constant θεωρίᾳ, partim πράξει: & est suauc, nosse artis præcepta, obseruare artis uestigia, in Cicerone & alijs. Sic non debet hic consistere eloquentia: hic non debet conquiescere orator: sed oportet eum ad Rempub. accedere: oportet in senatu consilium dare: in iudicio accusare, atq; defendere. Quemadmodũ ista duo necessaria sunt: ita etiam ista altera duo sunt necessaria, scilicet nosse locos, et quid sit argumentum: quot sint locorum genera, quæ sint singulorum partes, seu loci, siue par-

titiones. Et horum θεωρία habet aliquam admirationẽ: quemadmodum Crassus etiam dicit: sed officium imperfectum est, hic consistere. Oportet hæc in dicendo, atq; scribendo adhibere. Ergo quotiescunq; nobis instituenda est aliqua scriptio, aut dictio, quotiescunq; nobis scribendum est, aut partiendum, aut dicendum, debemus tempus quærere, imò spacium temporis, & debemus adiungere subsidium, id est, ipsam, diligentiam, neq; solum tempus debemus quærere eiusmodi commentationi, & uestigationi locorum: uerum etiam spacium temporis, id est, satis temporis debemus quærere: quoties fieri potest & istud faciendum semper est in ocio, dum ociosi sumus: antequam stylum in manus sumamus, antequam sagitta ulla emittatur, debemus ζήτησιν instituere, ex locis argumẽta quærere. Hæc diligentia diuisa est in partes tres, & in tria spacia temporis. Primum tempus est ζητήσεως, inuestigationis: ipsa ζήτησις est locorum, debemus per omnes locos currere, nullum locum præterire: deinde non solum quærere, sed quæsita nobiscum deportare, id est, debemus adhibere συλλογὴν, collectionem. συλλογεῖν colligere, nihil aliud est quàm scripta notare, accipere calamum in manus, & ipsa argumenta inuenta paucis uerbis comprehendere, memoriæ caussa: ut memoria ipsa iuuetur. Et hæc collectio debet sequi ordinem locorum. Sic primus labor, & primum tempus est locorum, qui labor est copiæ, uel numeri: ut argumenta habeas copiosa: tertius labor est bonitatis, est ponderis, est præstantiæ, qui labor est delectus. Delectum uocat Aristoteles λῆψιν προτάσεων, in

to-

topicis. Apud Aristotelem enim λαμβάνειν, non solum est inuestigare, & quærere, deinde colligere, & coacernare, & cõdensare, & quasi messem facere: sed λαμβάνειν etiam est ad usum sumere, deligere ad utendum: uti in syllogismis, inde uocata sunt themata, quæ nihil aliud sunt, quàm propositiones collectæ, & productæ in acicm, in syllogismo. Delectus autem accommodari debet ad finem: de quo postea dicendum, ad finẽ scilicet tripartitum. Ea enim debent deligi, quæ sunt argumentosa, id est, quæ docent, quæ sunt ἀποδεικτικὰ, quæ sunt συλλογιστικὰ, quæ non sunt ἀσυλλόγιστα, quæ faciunt syllogismos sophisticos, falsos, refutabiles. Deinde ea quæ sunt suauia, quæ habent speciem uirtutis, quæ commendant ipsum oratorem, quæ ornant ipsum rerum iudicibus. Deinde illa sunt sumenda & deligenda: quæ habent motum aliquem magnum, sed idoneum, motum scilicet amoris, aut contra, odij, motum misericordiæ, clementiæ, aut contrà seueritatis, sæuitiæ: quæ magnam spem conciliant, & excitant, aut contrà, quæ magnam desperationem. Hæc sunt deligenda: sed nos iam agimus περὶ ζητήσεως, de inuestigatione, & collectione, quæ coniuncta sunt. Simulac enim inueniuntur, sunt colligenda, id est, scribenda, notanda, ut numerus fiat copiosus: ut confirmetur memoria. Sed quoniam tradidimus quatuor locorum genera, multitudo confundit, & perturbat nisi ordo instituatur. Mihi optimus uidetur esse ordo, nec dubito quin idem Crassus, et Cicero fecerint: incipere, id est, principiũ facere, à postremo locorum genere, à locis περιστατικοῖς, ut quidam Rhetores uo-

cant, id est, ab ipsis circumstantijs septem, à septem rerum attributis. Nam hi loci sunt pauciores, & sunt pro prij ὑποθέσεων, id est, caussarũ. Nam ipsæ circumstantiæ uel ut ait Cicero attributa rerum, & personarum faciunt quæstiones finitas, quæ uocantur ὑποθέσεις. Sic bonum est incipere locos à re præsenti, principium facere à locis caussarum, id est, περιστάσεων: & ibi uidentur omnia ista septem, & omnia quæ in istis septem latent, quid, quando, quomodo factum sit, &c.

In oratione pro Milone, sunt argumenta omnium locorũ, non omniũ argumentorũ, ex quibus illa caussa defendi poterat, sed præcipuorum. Quomodo igitur instituenda est ipsa ζήτησις, inuestigatio? Est instituenda à re breuiore, à breuiore partitione, in qua status caussæ uideatur: principium enim faciendum est à locis περιστάσεων, circumstantiarum. Cicero uocat attributa. Quintilianus nominat circumstantias. Quæ diuisio est breuis: & statim deducit nos ad rem, ad statum rei, ut, Cædes facta est, Res magna est, hominẽ occidere: Quis est occisus? Clodus occisus est. A quo? à, Milone. Negas ne? non nego. Concedis ne, Milo, te esse percussorem hominis? Concedo. Non utitur coniectura, aut definitione. Quare occidisti? quia insidias mihi fecit: quia me occidere uoluit. Hanc caussam negat ipse, qui defendit Clodium, nõ uim fecit: sed quod feci, feci odio inuidia, beneuolentia. Ibi iam ostenditur status ipsius rei: Insidijs ne coactus occiderit, an odio, an inuidia. Vbi? in uia Appia, quàm uiam strauit Appius Claudius,

in

in monumentis maiorum Clodij. Clodius enim erat ex Claudianorũ familia. Quomodo occidit? armatus? nõ, sed inermis armatum. Ab his circumstantijs rectè fit initium diligentiæ. Nam circumstantia ostendit personam, locum, tempus, modum, &c. quando cædes sit facta. Sed hæc diuisio complectitur postea etiam locos personarum, genus scilicet, & familiam, ætatem, ætatis omnes partes, mores, & uitam, res gestas, acta, atq; facta, consilia data, uitæ exitum. Post istam primam inquisitionem transitus faciendus est ad alteram, ad locos statuum. Vbi enim desinit inquisitio circumstantiarum, ibi incipit inquisitio statuum. Occidisti Clodium? Occidi, in uia Appia occidi, uesperi occidi eum, Odio, maleuolentia: non odio, non maleuolentia, non inquam occidi, rectè feci. Oportet igitur primùm uidere statum caussæ Milonis, à Qualitate. Sed transit ad coniecturam. Non occidi maleuolentia, sed propter insidias ipsius: est ἀντίγκλημα, caussam transfert in aduersarium. Occidi, sed coactus illius ui. Non fuit insidiator: Fuit insidiator: An fuerit insidiator? est secundus status, est status probans, Quintilianus nominat generalem statum Qualitatis, specialem, coniecturalem. Sed primus status est qualitatis, secundus coniecturalis κατασκευαστικὸς, probans, an fuerit insidiator? ibi oportebat Ciceronem inuestigare locos coniecturæ, βουλήσεως, δυνάμεως, uoluntatis, & facultatis: quia semper Miloni inimicus, & infestus fuit: quia Milonem ulcisci uoluit: quoniam uiuo Milone non potuit consul fieri: non potuit suo arbitratu in Repub. uiuere: deinde potuit. Facultas tractatur in

eadem oratione nempe in monumentis maiorum, quo niam armatus fuit, quia habuit seruos barbaros, cum telis, atq; armis, horum neutrum Milo. Cur enim Clodiũ Milo odisset segetem gloriæ suæ? nec potuit: habebat enim secum uxorem, liberos, nullum seruum secum habuit armatum. Sic Cicero in qualitate ipsa inuenit coniecturam. In eiusmodi inquisitione debemus omnia quærere, quemadmodum dixi, omnia etiam colligere, notare, scripto comprehendere, memoriæ caussa. Sed oportet meliora deligere. Quomodo faciendus est iste delectus? Delectus est æstimandus pondere argumentorum, argumentorum quasi precio: quædam enim argumenta sunt necessaria, quæ statim probant, quæ uictoriã comparant, ut sunt testimonia, quæ recusari non possunt, ut sunt certa indicia, seruus deprehensus cum sua uxore. Quædam argumenta probabilia. Probabilia autem quædam grauia, quædam leuia. Grauia sunt quædam ἠθικὰ, quæ pertinent ad commendationem personarum. Grauia sunt παθητικὰ: quæ mouent animos audientium. Quædam autem argumenta sunt mediocria. Necessaria argumenta sunt arripienda, exornanda, urgenda: in grauibus oportet ἐπιμένειν, ἐπιμονεῖσθαι, commorationes facere. Lenia sunt omnino abijcienda, non sunt ponenda. Propè necessarium argumentum fuit: Cato dixit, Clodium dixisse Milonem intra triduum perituũ, τεκμήρια sunt, quòd Clodius habuit secum barbaros seruos, & armatos. Graue argumentum est: uim uirepellere licet. Hanc legem à natura accepimus, est grauissimum argumentum: non quidem est ἀναγκαῖον, sed

est

est graue, non solum ad persuadendum ualet: uerum etiam ad perturbandum. Mediocria non sunt neglegenda, sed sunt cõdensanda: debent esse sententiæ plena, & condensata in una periodo, sunt congreganda in uno pnemate, seu oratoris spiritu. Percurrite orationem pro Milone, singuli loci multa uobis suppeditabunt argumenta, quibus Cicero usus non est: ista leuia magis iuuant, & docent imitatorem, quàm quæ posita sunt à Cicerone.

Scholæ, in

CAPVT. XI.

PArs prima consuetudinis oratoriæ erat cognitio artis dicendi, inde enim ab illa sumendum est imitationis exordium: pars autem secunda artium, et disciplinarũ: tertia pars cõmentatio est, siue meditatio, siue diligens cogitatio earum rerum, quas uolumus scribere, uel dicere. Pars igitur quarta est ipse stylus, hoc est, ipsa scriptio, siue scriptura. Stylus enim uerbum translatum est: instrumentum enim est positum pro ipsa actione: stylus scilicet ipse, qui est scripturæ instrumentum. Ita differunt hæc tria, stylus, scriptio, scriptura: quod stylus est instrumenti, scriptio ipsius actionis, scriptura ipsius operis. Nõ memini me legere Græcorum uocabulum esse translatum ad hanc rationem: tametsi enim Græci uocant stylum scriptorum γραφίδα: non tamen ita utuntur ut Latini hoc uerbo styli:

συγγράμματα uocant scripta historicorum &c. & dicunt γραφικὴν δύναμιν, metaphora sumta ab ijs pictoribus qui etiam dicuntur γράφειν, & quorum δύναμις, etiam dicitur γραφική. Multi enim habebant scribendi facultatem, qui dicendi non habebant. Sic Isocrates melius potuit causas scriptitare, quàm actitare. Sic etiam Lysias, qui non habuit δύναμιν ἀγωνιστικὴν. Et hæc de nomine. Ab hac scriptione differt subita oratio, quã dij uocant extemporalẽ orationẽ, et Demosthenes dicit ἐκ τοῦ παραχρῆμα λέγειν, re non proposita, quasi παρὰ τὸ χρῆμα, præter rẽ, præter institutũ, παρὰ τὸ προτεθειμένον, subitò dicere Cicero dicit: rarò autem ex tempore. Antiquiores dicebant subitò dicere: & subitam orationem uocant Græci αὐτοσχεδιασμὸν: quando ipsa oratio subitò contexitur, cum ipsa oratio celeriter est quasi una nauicula confecta, & propterea uocatur etiam αὐτοσχεδιασις, quòd ipsa uideantur quasi αὐτοσχεδιασθέντα. Et hæc facultas dicitur αὐτοσχεδιαστική: uocabulum est Rhetoricum, & de hoc uocabulo habetis, apud Hermogenem in methodo orationis aptæ. Debemus enim ita scribere, ut uideatur quasi subitò oratio scripta, non domo, aut ex bibliotheca allata. Hæc tria inter se differunt, μελέτη, γραφὴ, αὐτοσχεδιασις. μελέτη, primùm esse debet tempore, primùm debemus meditari: deinde debemus scribere, & stylus est secundarium oratoris, declamatio, & actio est quartum. Declamatio scilicet in non seriis rebus: actio in ueris caussis: & inter cætera, nihil est quod stylum faciat faciliorem, & suauiorem,

quàm

quàm meditatio. Meditatio ſtylo adfert facilitatem. Verba enim rem non præuiſam inuita ſequuntur. &c. Scriptionis labor fit facilior, & hæc eſt prima ratio, ut faciamus ſtylum facilem, iucundum, et ſuauem, abſq; hoc labore nihil eſt ſtylo faſtidioſius. Ignoratio ſcilicet rei de qua debetis ſcribere, faſtidium ſcilicet inuentionis. Sed de facilitate ſtyli comparanda poſtea plenius dicemus. Omnia iſta tria habent eoſdem locos: eundem numerum argumentorum, eadem genera argumentorum, eundem ornatum argumentorum, ſed differunt inter ſe temporibus Deinde notandum eſt, quod eadem uia eſt ſtyli, quæ eſt commentationis: Stylus iiſdem incedit progreſſibus, iiſdem quaſi paſſibus, ſed paſſibus paulo tardioribus. Cigitatio eſt celerior, animus enim uelociſſimus eſt, animo poſſum percurrere totam Europam, & omnes partes mundi: animi cogitatio eſt celerrima, ſed ſtylus, retinet ipſum animum coiunctum, animum patitur calamo antecurrere, celeritas ipſius mentis cogitur ſtyli tarditatem expectare, & mens ipſa expectando uegetatur, fit acutior, melius cogitat, plura inuenit. Ergo mens ipſa ſuppeditat argumenta ſtylo, ſed ſtylus retinet argumenta donec ſcribat, lecta auribus iudicat: ſic mens cogitur expectare ſtylum, iudicium oculorum an membra ſint paria, aut imparia, &c. nec ſatis hoc eſt, ſed oportet etiam expectare donec aures iudicent, de orationis curſu, flumine & facilitate: ſic ſtylus requirit tripartitum κριτήριον, ſcilicet τῦ νῦ, τῆς ψυχῆς: τῶν ὀφθαλμῶν, τῶν ὤτων, deinde ipſarũ auriũ, & in ſcribendo debetis maximè uitare præproperam cogitationẽ:

ſicut etiam in lectione requiritur tarditas, & interuallum: laus non eſt poſita in multa ſcriptione, nec in celeri ſcriptione, ſed in bona ſcriptione. Bonitatem ſequitur celeritas, poſt orationem rectè inſtitutam ſequitur facultas ſcribendi. Quæcunq; igitur præcepta ſunt de commentatione, ea etiam referenda ſunt ad ſcriptionẽ: ſcriptio commentationem perficit, eam reddit perfectam, & abſolutam. Styli autem eſt duplex ratio exercendi. Exercebant quidam ſtylum dictando: Romani ſicut habebant lectores, ſic etiam ſcriptores quibus dictabant, dictatio non eſt adhibenda, ante facultatem hanc, ſed poſt hanc, oportet te tua manu ſtylum ducere, regere, antequam ad dictatorem uenias, imò ipſa dictatio inutilis eſt, abſq; exercitatione, & meditatione. In commentando potes uti ſeſſione, ambulatione & ipſa ambulatio certè acumen animi acuit, greſſus ipſi ambulantis faciunt progreſſus magnos: ſed cum ſcribendum eſt, ſedendum eſt, ſtare quidem ſalubre eſt, ſed obeſt ingenio. Commentatio eſt omnium temporum, poteſt ſtans commentari, poteſt in conuiuijs, in iudicio, & foro & omnium locorum & omnium temporum eſſe cogitatio, ſed non ſtyli. Qui tempus habet, cui otium ſuppetit, is matutinis horis debet ſtylum exercere. Venter plenus officit memoriæ. Ambulationes obſunt ſcriptioni, propterea ſtylus ſolitudinem & ſilentium requirit: ante ambulationes ſcribendum eſt, poſt etiam, ſi cerebrum à uento non læſum ſenties.

Ergò Imitatori, qui ſtylum exercere uult, & ſcri-

pturam

pturam colere: post commentationem, & argumentationem acrem atq; attentam, imò acerrimam, & attentissimam, sumendum tempus est ad scribendum. Hæc temporis electio tribus rebus æstimatur, primùm natura temporis, natura autem idoneum nobis tempus ad scribendum largitur, auroram, tempus matutinum, & horas antemeridianas. Meridianæ enim horæ æstu feruent, et saturatos habent uentriculos, uespertinæ horæ animis adueniunt iam occupatis, lassis atq; defatigatis. prima igitur consideratio est instituenda à temporis natura, altera autem ab ingenio scriptoris, & imitatoris. sunt enim aliquæ naturæ, quæ idoneæ non sunt ad huius modi actiones, sunt qui saturati ciusmodi efficium melius faciunt, quàm esurientes, qui uigilias sustinere possunt usq; ad gallicinium, usq; ad horam noctis duodecimam. Sed Homerus uigilans, & fortassis sobrius meliores uersus fecit, quàm dormitans, aut post conuiuia, & compotationes, & post bellaria. Et Horatius dicit. Et quandoq; bonus dormitat, id est, peccat, Homerus. Et ita peccat, ut quasi dormitans uideatur carmen confeciſſe. Tertia deliberatio temporis, est negotiorum necessitatis, ut possumus, inquit ille, quando ut uolumus non licet. Et propterea sæpe decurrendum est ad successiuas horas, sæpe tempus in negotijs suffurandum est. De tempore igitur scriptori cogitandum est: quando scribere uelimus. Deinde de qua re, quàm uelimus tractare materiam, quàm uelimus in manus sumere causſam, iudiciorum ne, id est, iudicialem, an deliberationis, id est, deliberatiuam, an laudis, id est, demonstratiuam.

tiuam. Quantum attinet ad materiam, oportet omnia ſuperiora præterire: quæcunq; enim in commentando ſunt cognita, hæc etiam nota eſſe oportet: & quicunq; loci in commentando ſunt percurſi, hi rurſum ſunt percurrendi, & illuſtrandi. Quæcunq; argumenta ibi ſunt coacceruata, hæc coacceruata retinere oportet, quæ ibi diſiecta, hic cogitandum eſt an bene ſint collocata & diſpoſita. Deniq; quàm latè officium patet commentantis & commentationis, tam late etiam patet officium ſcriptoris. Commentatio eſt ancilla, eſt ipſius ſcriptionis, ſed non eſt ancilla pediſſequa quæ ſequitur, ſed anteambulatia eſt, debet præcedere, debet ſcriptioni uiã patefacere. Commentatio dicitur diligens eſſe, ſed diligentior ſcriptio: commẽtatio attenta, ſed attentior ſcriptio: commentatio acris debet eſſe, ſed acrior ſcriptio, commẽtatio bene debet iudicare, ſed melius ſcriptura. Materia igïtur ſumenda eſt quæ nota ſit nobis uel ex locis, poteſt à nobis cognoſci & intelligi ea. Si nõ nobis, ſi nõ ex locis poterit, tamẽ intelligi ab ijs poteſt q̃ noueriũt à medicis, à phyſicis, &c. Cicero ut in Epiſtola ad Att. nõ utebatur locis artis in re cognoſcenda cauſſarũ, ſtatuum, circumſtantiarum, ſed quærebat opem ex bibliothecis, cupiebat ſibi mitti libros Dionyſij de rebus poſſibilibus, poſtulabat ſibi mitti Varronem, &c. hæc fuit conſuetudo ueterum: fuit altera etiam conſuetudo Ciceronis, quod ab amicis petebat hiſtorias, argumenta, conſilia, ſic multis Epiſtolis conſuluit ipſum Atticũ, ſi quid uoluit præclarè ſcribere. Ex ipſa materia ſcriptor facit aliquod opus, ἔργον aliquod quemadmodum

Poeta

Poeta opus post se relinquit, ut AEneada Virgilius, Ilia da Homerus, ἔργα καὶ ἡμέρας Hesiodus, &c. Sic orator post se relinquit opus, quod uocatur λόγος, oratio. Nam oratio eius ueluti opificium est, opus est quod ex ipsa efficitur materia, quod ex ipsa quæstione existit, & extat. Omnia opera quæ scribendo efficimus, uel sunt nostra, non ante tractata, aut à nullo diuulgata, ut oratio pro Milone, propria Ciceronis est, pro A. Cluentio, pro lege Manilia, est opus ἴδιον proprium. Et est proprium opus nouum, deinde est opus alienum, alterius, alius scriptoris, ut oratio Græca uersa in sermonem Latinã, in orationem Græcam translatam. utrunq; bonum est oratori & imitatori: nam ipse Cicero & suas orationes edidit proprias & ad orationes AEschinis & Demosthenis contrarias conuertit: & conuertit non ad uerbum, sed ut orator uerbis Latinis, sententiarum formulis Latinis. Tertium genus scriptionis est quod positum est in commutatione, in eadem lingua: uersio non facit aliam causſam, sed facit diuersum & differens quæ antea fuit palliata Demosthenis, conuersa à Cicerone, facta est togata, induta toga senatoria, aut facta est sagata causſæ accusatoriæ, sic ἑρμήνευσις facit orationem non aliam, sed diuersam, aliter uestitam, diuerso, et differenti uerborum ornatu, & genere, sed interpretatione. Tertium autem genus operis oratorij est positum in commutatione, quod habet ἀλλοίωσιν, facit diuersum, ἄλλο, sed non in diuersa lingua sed in eadem lingua, illa ἀλλοίωσις, uarietas fit uel μεταβολῇ, commutatione uerborum, cum uis L. Crassi orationem commutare,

tare, & alijs uerbis inducere. Credo ego uos mirari, etc. Arbitror uos indignari &c. Hæc ratio est periculosa. Crassus ille fatetur se hanc rationem ingressum esse, uerum non probat: sed reijcit: quia hoc interest inter bonum oratorem, & malum, quòd in bono nihil potest inueniri melius: in malo multa inueniuntur deteriora & multo melius possunt collocari. Omnis autem ἀλλοίωσις sit uel commutatione uerborum, uel detractione uerborum, & sententiarum, dum adfert de periodis uerba, aut membra, de tota oratione aliquot argumentationes: aut fit προσθέσει, additione, προσλήψει, assumtione: extendis & dilatas corpus argumentationis distributatione, exemplis. Quartus est compressione, βραχυλογίᾳ, cum non aufers, sed retines necessaria: cum constringis, cum est ueluti compressio. comprimit .n. ipsas res & quæ per totam orationem sparsa sunt enumerat una periodo. Quintus modus est μετάθεσις, transpositio cum aliter collocas, quàm antea fuerunt collocata. Istud facere in alieno opere & in aliena caussa, in aliena oratione periculosum est, & non semper fructuosum, nihil proficis aliquid efficiendo melius: sed proficis cognoscendo ignorantiam tuam. Vtilitas est Socratica: dum uis in tuo opere Demosthenem exprimere, tu oportet adhibere occultationem, diligentiam in occultando orationem: & debes hæc quinq; adhibere, μεταβολὴν, πρόθεσιν, ἀφαίρεσιν, συναίρεσιν, aut contractionem aut rerũ amplificationẽ, ἐυπορίαν. μετάθεσις, transpositio, aliter uult collocare. nam non est eadem ratio quæ est in corpore humano, sed argumenta aliter collocantur,

locantur, formæ periodorum possunt fieri angustiores, uel latiores, si res patiatur.

Paraphrasis, in

CAPVT. XII.

CAput istud pertinet ad exercitationem styli, quæ est una ex partibus consuetudinis. Stylum definit Cicero ab effectu, & utilitate: aliquando uocat eum artificem dicendi, aliquando opificem dicendi, aliquando effectorem, aliquando perfectorem. Quæ definitiones potius pertinent ad laudem rei, quã ad naturã. Alioqui stylus dicitur apud Latinos, estq; scribendi diligens & artificosa ratio. Propriè stylus est ratio scribendi, id est, τῦ γράφειν. Scribendi) sed diligenter ἐπιμελῶς, non solum diligenter, sed etiam artificiosè. Oportet enim in exercitatione styli, sequi uestigia artis dicendi, uestigia Rhetorica. Hæc exercitatio styli efficit facultatem scribendi, quam Græci uocant Δύναμιν γραφικὴν, Δύναμιν τῦ γράφειν, Δύναμιν λογογραφικὴν. Stylus debet sequi commentationem & non antecedere, debet sequi dico non antecedere. Non enim prius stylus in manus sumendus est quàm res ipsa bene fuerit cogitata. Cogitanda res est quæ scribenda est. Caussa enim considerata & cognita & commentata, lociq; omnibus argumentorum percursis, argumentorum inquam quæ pertinet ad personas aut ad res, consideratis item omnibus personis: nam caussa uarias personas habet et notatis temporibus atq; locis cæteriſq; attributis quæ

uocantur

uocantur περιφάσεις, tum demum stylus in manus sumendus est. Et commentatio in omnibus locis potest fieri, potest fieri in conuiuijs & sermonibus, potest fieri in consessibus, & in ambulationibus: potest noctu et in tenebris fieri ipsa commentatio Stylus autem requirit quietem, sessionem, requirit animum & mentem nõ fatigatam, sed animum integris uiribus: corpus nec saturitate impeditum nec fame etiam debilitatum. Denique stylus requirit sanitatem mentis & corporis. Stylus autem est materiei stylus. Stylus habet suum subiectum ὑποκείμενον, habet suam ὕλην materiam, habet suam ὑπόθεσιν, caussam, & argumentum. Est autem quinq; partita materia, styli, & modus exercendi styli quinq; partitus. Vnus est uersionis, id est, μεταφράσεως in commutatione linguæ & sermonis: ut cum ex Græcis orationibus Latinas facimus, ex Latinis rursum Græcas quæ fuit consuetudo Romanorum. Cicero enim uertit orationes Demosthenis & AEschinis inter se contrarias Et idem Cicero caussas egit in Græcia: & Latinas orationes conuertit Græcorum uerbis & Græcorum ornamentis & figuris. Hæc exercitatio est utilissima, si instituatur ratio uitandi in uertendo Etenim diligẽter est uitanda seruitus hellenismi. Oportet considerare nõ solum Græcorũ consuetudinem, sed Latinorũ: non igitur debent uerti ad uerbum, id est, retentis uerbis, sed retenta uerborum forma tanquam figura. h. e. debemus facere ex palliatis orationibus togatas: debemus orationes Demosthenis non Græcorum chlamyde induere: sed oportet toga Romanorũ eas uestire: et hæc con-

conuersio laudatur in aliena lingua, ἐν λόγῳ ἀλλοτρίῳ: in eadem lingua uituperatur. Fatetur ipse Crassus quod contenderit cum ueteribus oratoribus: sed tamen fatetur illud esse periculosum, uitiosum: nam difficile est meliora uerba inuenire quàm ille posuerit, quem conuertis. Oportet igitur ponere deteriora. Deteriora ponere non est proficere sed dediscere. Debetis etiam uitare paraphrases oratorum: non tractanda est uerbosius oratio Miloniana quàm tractarit ipse Cicero, nam quicquid addideris erit deterius. Ergo primi Romani uerterunt aliena scripta, paraphrasibus non utebantur oratorum, sed utebantur aliquando in Poetis: Poetæ qui describunt suas furias, crynnes, poenas inferorum, Cerberum, &c. cum his licet oratorem contendere atq; aliquid dilatare latius aut contrahere breuius. Hæc παράφρασις Poetica habet has utilitates. Primũ obseruabant quid esset discriminis inter Poetam & oratorẽ, quantum attinet ad uerba. Obseruabant etiam quid esset discriminis inter numerum liberum, & solutum. Hoc facit linguam copiosiorem. Verba Poetica molliebant, ut proferrentur in usum quotidianum. Stylus igitur poterit applicari in uersionibus, deinde in paraphrasibus Poetarum, non omnibus, sed aliquibus.

Tertia exercitatio styli erat in eadem lingua, & est instituenda in eadem lingua, & in eadem caussa. Est oratio pro Milone optimum genus exercitationis, scribere pro Clodio, refutare argumenta Ciceronis, refutare quæ asseuerantur facta esse, refutare quæ dicuntur uera esse, aut probabilia. Hæc tractatio propterea uti-

lis est, quoniam suppeditantur nobis argumenta εὑρετικά. Pars una difficilima inuentionis est sublata. Et illa refutare efficit facultatem Dialecticam, & facit acutum, in argumentis refutandis sophisticis. Altera utilitas est comparationis, uidemus quanto spacio ipse nos superet, quàm illius sententiæ sint acutiores, & grauiores quàm nostræ. Et hæc pars est utilissima in hac exercitatione. Quarta pars est in historijs, historiæ contrarias sæpè habent conciones, contrarios habent λόγους, id est, orationes, sed tractatas filo historico non oratorio, sunt conciones densiores, breuiores, magis stipatæ: orationes autẽ sunt fusæ, orationes debent esse populares, dicenda sunt ea quæ placent populo, idiotis: historicus autẽ scribit doctis, nõ audientibus, sed scribit legentibus. Quinta pars est nostrorum temporum, nostrarũ quæstionum. utile est à procuratoribus nostræ urbis causas accipere, & ex illorum argumentis exordia sumere, refutationes adiungere, & perorare. & nostræ ætatis causas agere, habet duas utilitates: primum in facilitate, uteris enim aliorum inuentis, quæ ipsi testes dixerunt, quæ in eadem causa iudicata sunt, ea omnia habes. Deinde apposita est magis ad ueritatem, plus habent utilitatis, sic possumus forenses causas accipere, & uertere stylo Romano. Sic nos possumus tractare theologicas quæstiones, & theologica argumenta, quemadmodũ Cicero exercuit se in Philosophicis quæstionibus, sic nos in theologicis. Augustinus enim nobis suppeditat materiam. Basilius uerò, & Chrysostomus exempla de temperantia, de charitate, de eleemosyna,

hos

hos autores sequamur, & illorum exempla, non ut Augustinus & alij: sed ut Basilius, & Chrysostomus: fuerunt enim ueri oratores: fuerunt æquè sancti, ac nos sumus: æquè pij & soliciti ac nos sumus, in caussa religionis: sed in puritate sermonis, in studio eloquentiæ fuerunt diligentiores, nec quidem Demostheni cedunt. Sed hæc omnia maiora fiunt exercitatione.

Scholæ, in

CAPVT. XIII.

Diligentiæ mentionem fecimus statim in principio huius doctrinæ. Diligentia enim necessaria est in omni officio oratoris. nam & ipsa inuentio requirit quæsitorem, inquisitorem diligentem, ipsa etiam collocatio diligentem postulat, seu ipsa dispositio diligentem postulat collocatorem, & ipsa elocutio flagitat studiosum & solicitum exornatorem: memoria quoq; amittitur ignauia, & socordia & negligentia: & pronunciatio, si caret cura, & solicitudine, totaq; actio non rectè ad sensus poterit peruenire, animosq; eorum qui audiunt. Et tametsi in omni officio orationis necessaria sit cura, & solicitudo: tamen ea maximè requiritur in stylo, & scriptione. Stylus enim est qui postulat immortalitatem, qui ingenij monumenta mittit ad posteritatem; exacta oportet ut sint & perfecta, diligentia, studio, cura atq; solitudine, quæ uolumus à posteris amari & coli. Ergo hic præcipiendum

est de diligentia styli & demonstrandum, quibus in rebus hæc diligentia consistat. Quam uocant diligentiã Latini, Græci uocant ἐπιμέλειαν. Illa hac in parte habet duplicem potestatem: & diligentia dicitur primùm de re uniuersa, & est ut ita dicã diligentia quædam uniuersalis. diligentia uniuersalis est quæ habetur in omnibus, in uerbis singulis & collocatis, in sententijs, sententijs singulis & collocatis, in uerborum ornamentis & in sententiarum ornamentis, in partibus orationis, in Exordio, Narratione, Confirmatione, Refutatione & Peroratione, in omni argumentatione, in omnibus periodis & conuersionibus periodorum. Ex qua diligentia natum est istud præceptum. Scribere omnia quàm diligentissimè. Nihil enim in scripto debet esse uacuum à diligentia. Diligentia debet apparere non solum in tota oratione, uerum etiam in singulis orationis partibus: non solum in tota periodo sed etiam in singulis orationis partibus, & non solum in tota periodo sed etiam in singulis periodi membris, id est, sententijs, neq; solum in singulis sententijs, sed etiam in singularum sententiarum subiectis & prædicatis, neq; solum apparentia debet existere et constare in singulis uerbis sed etiam in singulis particulis: imò Grammaticorum præpositiones & aduerbia & interiectiones requirunt diligentiã. Hæc prima est significatio ἐπιμελείας. secunda significatio est pulcritudinis, concinnitatis, pertinet ad dicendi genus quod uocatur floridum, ἀνθηρὸν, καλὸν, cuius figura uocatur κάλλος, id est, pulcritudo, elegantia, ornatus concinnus, quæ diligentia & dicendi

di figura ab Hermogene uocatur ἐπιμέλεια, id est, dicendi figura accurata, concinna, concinnata, quæ habet uerborum & sententiarum quosdam cincinnos, quæ habet scilicet εὐσχηματισμὸν, ut contraria contrarijs relata faciunt orationem concinnam, paria paribus mensurata orationem faciunt concinnam: similiter cadentia, etc. & quicquid est eiusmodi σχημάτων efficiunt ἐπιμέλειαν. Hoc discrimen est obseruandum ei qui stylum uult sequi Ciceronianum & Demosthenicum. Prima igitur diligentia adhibenda est in omnibus, secunda adhibenda est in aliquibus: tertia in certis generibus rerum. Si pulcerrimam urbem uelis describere, aut montem Heliconis, si uelis uestire Didonem, templum Dianæ, si hortum depingere uelis, poteris adhibere illam ἐπιμέλειαν alteram scilicet concinnitatis. Sed in periculo uelle esse cõcinnũ: ut, ubi de uita agitur, ubi de fama & existimatione, ubi de bonis atq; fortunis, ibi hæc concinnitas est fugienda Ergo est præceptum hoc, Scribere omnia quàm diligentissime. Secunda autem potestas est, quædam scribere quàm pulcherrimè, quædam depingere percõcinnè: diligentia est in omnibus, cõcinnitas in aliquibus. Sunt igitur styli prima præcepta omnia scribere quàm diligentissimè. Secundum præceptum, scribere quædam quàm pulcerrimè: tertium præceptum est Scribere quàm plurimum, quod est Quantitatis. Potest enim aliquis omnia benè scribere sed non quàm plurimum scribere. Est quidem istud Quantitatis, sed Quantitas nõ pertinet ad scriptum, sed ad ipsum scriptorem, pertinet ad diligentiam & ad tempus. Is

plurimũ ſcribit, qui quotidiè ſcribit aliquid, qui ſcribit aſſiduè, qui ſcribit conſtanter, qui ſcribendi exercitationem non intermittit, res ipſa non eſt numeranda paginis neq; multitudine uerſuum, ſed æſtimanda aſſiduitatè, continuatione exercitationis. Eadem eſt ratio quæ pingendi, eadem ratio ſtyli quæ eſt pictoris, idem ingenium ſcriptoris eſſe debet quod eſt pictoris. Ergo oportet ſcriptorem ſequi conſilium Apellis pictoris, Nulla dies abſq; linea, non neceſſarium eſt ut totam Venerem abſoluat pictor uno die neq; etiam laudatur ſi duæ aut tres Veneres uno die pingantur. Singula membra inchoata benè ſatis laudis habent. Nulla dies abeat quin linea ducta ſuperſit. Diligentia æſtimanda eſt arte, artis aſſiduitate & perfectione, id quod legentibus præcipitur, id eſt præcipiendum ſcribentibus. Oportet multum legere, non autem multa. Multum legit qui quotidie legit, ut intelligat, ut memoria cuſtodiat. Sic etiam multum ſcribit qui diligenter ſcribit, qui utiliter ſcribit legenti, qui ſcribit ſuauiter ut placeat, cuius diligentia, aſſiduitas et perfectio operũ placet poſteris, lectoribus: ut multa ſcribas opus eſt feſtinatione, celeritate & ſcribere oportet feſtinātiſſimè. Sed differunt tẽporibus iſta duo: Celeritas ſcilicet & facultas: feſtinatio & bonitas. Benè ſcribendo diſces celeriter ſcribere: bonitas efficit celeritatem. Inartificioſa enim celeritas eſt corruptrix bonitatis, eſt impeditrix facultatis, adfert fatigationem animi, non autem acuit animi iudicium. Ergo quàm plurimum ſcribendum eſt, non autem quàm plurima: nulla dies abſq; ſtylo & exercitatione: exercitatio illa eſt

men-

mensuranda nostra facultate, pro facultate debemus agere, pro facultate debemus sacrificare, quemadmodũ Dijs non debemus plus sacrificare, quàm sinant nostræ facultates, &c.

Quando igitur multam scriptionem debemus æstimare? qui modus diligentiæ dicitur esse? qui multum scribit & diligenter, is quotidie se exerceat, non toto die sed horis diei constitutis & distributis. Exercitatio requiritur quotidiana, deinde quantum scribendum est, quàm multum scribendum est? quantum ingenij tui facultas fert, quàm uires corporis tui patiuntur, quantũ animi alacritas sinit atq; concedit. Animi non fatiganda est industria, stylus requirit uires semper integras, cerebri nullam admittit fatigationem, industriam tamen stylus requirit: industria autem styli posita est in sex rebus, seu methodis industriæ: prima est ἡ ἐκλογὴ delectus, deligere sententias quibus uelis uti, deligere etiam uerba quibus uti uelis. Stylus enim alitur ex multis & uarijs sententijs, in uarietate delectus habendus est, deinde cum aliquid delectum est, considerandum est, an aliquid desit, an desit aliquid sententiæ, an aliquid desit in numero, id est, aliquid quod non satisfaciat auribus, ut cum periodi non sunt plenæ & aures non inplentur, tunc opus est προσθέσει addere id, quod deest. Secundo loco considerandum est an aliquid supersit, an aliquid superfluat, quod animus non admittit, sed reijcit tanquã superfluum, si aliquid sit quod aures non admittunt quantumuis fideles, illud est corrigendum illa methodo quæ uocatur ἀφαίρεσις. Sic habetis tres methodos, Ex-

λογίαν, πρόθεσιν, ἀφαίρεσιν. Quarta methodus est commutationis, quæ uocatur ἀντιμεταλλαγή, καταλλαξις cum commutas uerbum significans cum uerbo sonanti, ut fur, est res magna, magnum crimen: pater patriæ est uerbum significans, sed sunt quædam uerba quæ sunt meliora, non solum significatione, uerum etiã numero, ut bonorum extortor, legum contortor. Hæc uocatur commutatio & est ἄννομις καταλλαγή sic commutatio fit in uerbis diuersis, & primum genus fit in uerbo eodem, ut beatitas, beatitudo. Si magis placet beatitas quàm beatitudo, tollenda est beatitudo & ponenda beatitas. Sic cultus, cultura, excultio &c. Tertia est methodus τῆς τάξεως, nam bona esse possent sed malè collocata.

Hi sex modi) Diximus styli exercitationem habere unum præceptum, quod perpetuò retinendum est: oportere enim quàm diligentissimè, & purissimè scribere, non autem scribere quàm plurima. Diligentia oratori necessaria est in omni parte officij, inuentionis scilicet & collocationis & Elocutionis, memoriæ etiã atq; pronunciationis: præcipuè in hac exercitatione styli. Stylus debet esse diligentissimus, scribendum est quàm ditigentissimè. Sed quoniam requiritur exercitatio magna, scribendum est quàm plurimum, non autem quàm plurima. Diximus enim Apellem quàm plurimum pinxisse, nullum enim diem prætermisit absq; linea ducta, non autem quàm plurimas imagines sed quã plurimum pinxit. Res ista æstimanda est assiduitate & perfe-

perfectione, non copia operum. In studio eloquentiæ nihil odiosum magis quàm styli exercitatio: caussa huius fastidij est imperitia, malè instituta ratio: qui enim ignorabant inter plurimum & plurima scribere, scriptionibus se fatigabant. Opus igitur est uia, modo & ratione. Altera ratio est præposterus ordo, uia quasi inuersa, prius stylum in manus sumere quàm ad locos argumentorum accesseris, quàm argumenta congesseris, quàm de ordine argumentorum cogitaris, nam hæc ratio neglecta parit inopiam, absq; argumentis accedere ad scriptionem, est quasi absq; numis accedere ad mercatum. Tertia caussa, est ignoratio scilicet methodi, si non suam habet methodum, id est, uiam & rationem Oportet stylum non solum ianuam apertam sed omnes uias habere. Omnis methodu parit facilitatem. Est res magna & præclara bellum feliciter gerere, sed habet e iam non paruam laudem bellum scribere, historiam belli describere. Ibi inuenire uiam est facilitatem inuenire, facilitas parit uoluptatem. Facilitatis autem sex sunt modi. Prima pars est ἐκλογή, id est, delectus, deligere sentẽtias, quas uelis spargere in narratione, deligere certa capita quæ ponenda sunt in partitione, deligere argumenta ἀνασκευαστικὰ & κατασκευαστικὰ &c. quæ uero sunt firmissimæ sententiæ, ijs uti in cõclusionibus. Hic modus est pernecessarius nã facit stylũ facilẽ. Modus secundus est πρόθεσις appositio, si quid desit addere, apponere, scilicet quod animus requirat perspicuitatis gratia addere, aut etiã quod requirant aures, ut si quid sit fractum, si quid non plenum ut impleas scilicet

appositione. Tertius modus est ἀφαίρεσις, ut si quid luxuriosum sit aut abundans illud detrahatur. Nam quicquid superfluum est, non laudatur. Delectus igitur est bonorum, appositio est deficientium, ἀφαίρεσις est superfluorum. Quartus modus est commutatio, ratio κατ' ἀλλαγτικὴ commutatio meliorum, si uerbum propriũ melius est translato, utere proprio: si translatũ melius proprio utere translato &c. Si hypallage melior quã Metaphora, pone metaphoram. Sic commutatio est meliorum. Quintus modus, est σύνθεσις, collocatio ordinis, quæ facit ut oratio sit digesta, composita, facit orationis pauimentum elegans, æquale, uermiculatum. Sextus modus est ποικιλία, uarietas ut stylus sit copiosus & uarius, uarietas scilicet sententiarum, ut sententiæ perspicuitatis, asperitatis, acres, graues in rebus diuinis, splendidæ & illustres in rebus præclarè gestis, in trophæis, uarietas, habet uerborum, uerba antiquata, translata &c. uaria ornamenta uerborum, item sententiarum, uaria ornamenta periodorum, numeri &c. qui hæc considerat ille habet certam rationem. Qui hos sex modos sequitur ille poterit diligenter scribere. Diligentia in his sex consistit. Diligentia non in eo posita est, ut mane surgas, semper assideas ad pulpitum sex horas continuò cõsumas in literis, sed his uijs opus est, laborem in his sex ponere: multitudo æstimatur magnitudine laborum. Hi sunt modi, oportet horum quærere subiectum: hæc omnia debemus applicare in omnibus partibus orationis: uidere ne quid in exordio desit, in narratione ne quid desit quod pertineat ad cognitio-

gnitionem facti, ut ne deteriora narrentur, sed meliora, ut semina narrationum suum habeant ordinem : ut sint uaria generibus argumentorum , uaria simplicitate, probabilitate, uaria illustratione. Sic in confirmatione & peroratione. Primum igitur adhibentur hi sex modi in integris deinde etiam in minoribus partibus, in singulis argumentationibus in singulis periodis , id est, hæc sex accommodanda sunt orationis partibus. Sed exordiorum multa sunt genera. Hæc infinita contrahuntur ad capita octo. Primùm hi sex modi applicandi sunt rebus ipsis hoc est, ipsis sententijs , ut ne qua sententia superfit, ne qua desit, ut sententiæ sint bonæ, ut deteriores sententiæ non positæ sint pro melioribus, ut ab auditoribus non possit inueniri melior, ut sententiæ sint benè collocatæ, benè compositæ, benè instructæ, ut delectent uarietatem. primum sententijs hæc sex sunt accommodanda. Deinde sententiæ uerbis exprimuntur, oratio est nuncia nostrorum consiliorum , nostrarum uoluntatum, ergo partes orationis considerandæ sunt, id est, nomina & uerba. Deinde etiam uerborum & nominum copulæ, συνδεσμοὶ, ut sunt coniunctiones, indeclinabiles orationis partes, ut sunt nominum & uerborum coniungata & similia , nam uerba debent esse delecta, uerba debent animum & aures implere , non debent esse superflua, uerborum non debet esse inopia , si quid desit addendum est . Deinde uerborum debet esse comparatio, optima sunt anteponenda bonis & melioribus, uerborum requiritur compositio. Deinde considerandæ sunt genera uerborũ. Verba enim uel sunt na

tiua,

tiua nata cum ipsis rebus, uel sunt antiqua, id est, ueteris consuetudinis, uel sunt uerba modificata, uerba ab ipso oratore facta, tranfigurationes uerborum, in his oportet habere delectum, in his uitandus est defectus, uitanda etiam luxuries. Tria igitur spectentur, id est, modi, figuræ, ne quid sit deficiens, nequid superfluum, ne quid malè collocatum, quartum sunt. Sententiarum ornamenta: non solum uerborum ornamenta ponenda sunt uerum etiam sententiarum, σχήματα scilicet ἐννοίων ut ne quid nimium, ne quid inops, ne quid malè collocatum quintũ sunt. Periodi partes, id est, periodi membra, periodus habet membra & incisa, id est, membrorum articulos, ut periodus sit non nimis longa, neq; nimis curta, neq; plures quàm deceat, partes habeat: sextum est ipsa σύνθεσις compositio. Sed nonsolum oportet orationem esse compositam tanquam testudinem pulcram, sed etiam sonantem: & eligere optimos numeros dactylos, Spondeos, Creticos, Diboreos, Pæonas, numeros plenos, benè cõpositos nõ Poeticè, sed numero oratorio. Sed quemadmodũ architectus cõsiderat sui ædificij tectũ, sic orator periodi clausulas considerat. Sed hæc omnia octo oportet quadrare ad genera dicendi.

In oratione igitur tota, & singulis eius partibus, considerandæ sunt octo, sententiæ, uerba, uerborum genera & figuræ & modificationes, sententiarum figuræ ac ornamenta, membra periodi & incisa, compositio oratoria, clausulæ & extrema periodorum & ex his duobus effectus ῥυθμὸς, id est, numerus. Sic prima pars

erat

erat modorum: altera partium: tertia rerum considerandarũ, quarta restabat scilicet dicendi genera. h.c. χαρακτῆρες τῶν λόγων siue, εἰδη, siue γένη siue ἰδέαι τῶν λόγων. Genera dicendi secundum Ciceronem tria sunt: Graue & amplum. h.c. ἀξιωματικὸν, secundum Exile & humile λεπτὸν: tertiũ ἐμμεσον intermedium. Hæc tria dicendi genera requirũt quatuor modos. Primus est Latinitatis apud Romanos, hellenismus apud Græcos ut oratio sit Latina, id est, pura nõ barbara, Latinæ sint sententiarum formulæ: secundus est perspicuitatis, ut sit aperta, καθαρὰ: tertius est ornatus, ut oratio sit ornata. Ornatus enim non solum est grauis dicendi generis, sed etiam subtilitas suum ornatũ requirit, quartus est decori & aptitudinis, ut apta sit subtilitas, apta mediocritas, aptus ornatus. Hæc est secunda diuisio. Hermogenes autem inuenit dicendi ἰδέας plures, quæ etiam in Cicerone apparent et extant, quæ possent obseruari à doctis et peritis doctrinæ dicendi. In Demosthene prima uirtus est σαφήνεια perspicuitas. nam sermo inuentus est, ut animorum nostrorum sensa explicemus, quẽ admodum dies illuminatur lumine solis: sic etiam ipsa oratio suam requirit lucem, suum expetit & flagitat lumen & quasi quendam splendorem lucidum, & hanc uirtutem primam agnoscit Aristoteles. Sed hoc lumen oportet ut habeat magnitudinem, oportet spargi per totum mundum, sic etiam lumen in oratione oportet habeat magnitudinẽ: ut sit perspicua omnibus in locis, propterea perspicuitati addendũ est μέγεθος amplitudo oratoria, hæc spectari debet etiã in illis tribus dicẽdi generi-

bus

bus. Illa magnitudo aliquando subito effunditur prima periodo apud oratores, ut illa pro Milone. Etsi uereor &c. Est periodus magna, amplè est effusa. Aliquando amplitudo comparatur additione, coædificatione, προσομοιώσει, & id fit in exilitate, ut incipit ciuiliter Cicero. Quæ res in ciuitate plurimũ possunt &c. periodus est mediocris tria membrorum, & deinde addit subtilitatem. Quarum alteram uereor iudices &c. est additio non ὀγκώδης. Q. Hortensij) Addit perspicuitatem. Sed magnitudo debet esse ἔυμορφος, non monstrosa, debet esse κατὰ τὴν φύσιν, natiua: & hæc uirtus dicitur κάλλος pulcritudo: sed non satis est corpus hominis esse coloratum & pulcrum, sed requiritur etiam corpus agile et mobile εὐπίνητον, debet ipsa pulcritudo habere suam celeritatem, quæ uocatur γοργότης quæ nihil aliud est quàm celeritas formidabilis in actionibus corporis, uirilis: quemadmodũ ignauia reprehẽditur, sic etiam ignauia in motu orationis: aliquando oratio debet esse æstuosa & procellosa: sed hæc celeritas debet ad iusta prælia ascendere, non debet esse adultera, ebriosa, libidinosa, sed in pulcerrimo corpore debet esse uirtus: propterea oratio requirit quintã uirtutẽ ἦθος ut oratio sit morata, quæ ostendit orationis uirtutẽ ut, orator uir bonus uideatur, uir amans uirtutis et studiosus. Sed has uirtutes oportet esse ueras non fictas & simulatas, oportet motũ esse non falsum sed uerũ ut orator si fleat uideatur uerè flere, debet ipsum ἦθος esse ἐμψυχον quasi in animo irradicatum, sed hæc omnia debent esse decora. Et hoc uocatur à philosophis τὸ πρέπον,

τὸ

τὸ παθητικὸν, apud Rhetores uocatur δεινότης, omnia debent habere δύναμιν, omnia illa debent esse δυνατά. Sic perspicuitati contraria est obscuritas, magnitudini obest oratio exilis, exanguis & execta, celeritati obest tarditas, oratio ignaua. Scribendum est quàm diligentissimè, scribendum quàm plurimum, huic duplici laudi & industriæ styli obest difficultas & propterea molestissima res est stylum exercere. oportet igitur ex re difficili facere rem facilem, ex re ingrata rem gratam ex re molesta, iucundam: illud fit methodo, ratione & uia quæ discutit orationis difficultatem. Videlicet his sex modis, primum adhibere oportet delectum qui non habetur nisi in copia, in aceruo, in coaceruatione: ut igitur facilè scribas, ut copiam habeas sententiarum tecquã stylũ in manus sumas, cõciliant, et perlustra omnes locos & quære sententias, quæ docent, quas ponas in Exordio & Narratione, Confirmatione: παθητικὰς, quas ponis in conclusionibus in exaggerationibus, amplificationibus. Hac copia cõparata & in charta notata colloca quæq; suum in locum & discussa erit difficultas, deinde oportet suscipere magnitudinem Si scripsisti periodum aut orationem, oportet addere magnitudinem, si aliquid sit abundans, est adhibenda secunda methodus ἀφαίρεσις, si quid desit, addendum. Sed tamen possunt meliora poni: primũ est qualitatis, deligere bona, secundum & tertium est quantitatis demere quæ abundant & c. Quartum est qualitatis comparatæ, non satis est bona ponere uerba, bonas sententias, sed oportet aliquãdo ponere meliora, scilicet ἐναλλαγὴ commu-

muta-

mutatione, si non satis graue est, dicere Hominem malum, dic improbum esse, habes significantius: si uis adhuc significantius, dic sceleratum, uis significantius dic flagitiosum, uis adhuc significantius pone parricidam, Hoc est meliora ponere. Sed non semper est Enallage facienda, meliora enim aliquando reseruantur. Nam Cicero dicit, Quarum alteram uereor, alteram metuo, Poterat dicere, extimesco, formido, sed meliora reseruauit. Elegantia non est effundenda, oportet elegantiam fieri: si res patiatur, à significantibus oportet uenire ad significantiora Sed pulcritudo orationis maximè constat ex collocatione partiũ: εὐταξία est effectrix omnis pulcritudinis. Natura posuit caput in locum, quo non magis idoneus posset mueniri, sic etiam oratio requirit suam methodum συνθετικὴν. quod igitur non est bene collocatum, est corrigendum μεταθέσει, transpositione, & nõ satis est, sed oratio requirit uarietatem, oportet oratorem uitare ταυτότητα, crebram repetitionem hæc semel conceditur, non semper. Semper eadem corda ludere uitiosum est.

Hæc quomodo) Vt rectè scribatis, & stylus decorum habeat, & scripta nostra habeant genium ad posteritatem, & ad perpetuitatem: oportet ipsa dicendi genera scriptorum diligenter inspicere, ac intueri. Genus enim dicendi nihil aliud est, quàm forma & figura, & species, & uera imago ipsius orationis, quemadmodum igitur pictor qui hominis formam uult exprimere, necesse est ut statuat, utrum ne uelit pingere an mulierem:

alia

alia enim forma uiri est, alia mulieris. Sic ipsum scriptorem & oratorem futurum, Styli cultorem oportet figuras dicendi perpetuo habere propositas, tres scilicet illas primarias, grauem, subtilem & intermediam, quarum tria habetis præcepta apud Ciceronem in oratore perfecto. ibi enim ostendit Cicero quæ sint sententiæ, quæ uerba, quæ sententiarum et uerborum ornamenta, quales periodi & comprehensiones, & cuiusmodi periodorum membra & partes & pàrtium numerus, quales item numeri, id est, pedes oratorij, cuiusmodi compositio, quales clausulæ in istis dicendi generibus: quæ uirtutes grauis orationis, quæ subtilis, quæ item intermediæ. Hoc tripartito fine proposito, oportet habere quatuor tropos, id est, modos scribendi, scilicet modum dicendi Latinum, ut oratio sit Latina, id est, pura non barbara ut Attica, apud Athenienses: Romana apud Romanos. Deinde, ut hæc ipsa Romana, & pura sint perspicua: ut nihil obscuritatis habeant. Tertiò, oportet adhibere ornatũ, εὐχημίαν. oportet ut oratio non solũ sit pura, sed etiam ἔυχημος, habeat pulcrum ornatum, & habitũ quasi corporis, & animi. Sed ornatus debet esse decorus, εὐχημία πρέπουσα. Et hæc est oratoria τετρὰς, quaternio, quemadmodum Pythagoras erat admirationi, propter suam Physicam tetrada: posuit. n. quatuor principia omnium rerum. Sic oratores debent perpetuò ob oculos habere in scribendò istam tetrada, & à periodo non debemus discedere, nisi hac tetrade considerata. Ciceronis utendum est uerbis, dum suppetunt: si non suppetunt, currendum est ad C. Cæsarem, ad Var

ronem, Lucretium, si necessitas cogit etiam ad Plinũ, & Quintilianum. Sed in his postremis oportet habere delectum, oportet esse parcum, primũ sit purus, deinde perspicuus, tũ ornatus, postremo decorus. Qui ista quatuor adhibet in singulis partibus orationis: is scit quam diu debeat immorari in periodo cõficienda. Sed quoniã hic agitur de imitatione, quæ est exempli, id est, alicuius oratoris, scriptoris ueteris: & quoniam imitatio est rerum, bonorum scriptorum exemplorum, oportet etiam eius quem imitaris dicendi genus exprimere. Oratorem imitari est illius formam, & figuram in tuis orationibus, oculis lectorũ quasi subijcere. Ergo oportet apud Græcos uidere τὴν Δημοσθενικὴν ἰδέαν, oportet uidere, quo uestitu oratio Demosthenica progrediatur in forum, ad comitia Athenienſium, ſeptem ſcilicet ἰδέαις illis: prima est σαφήνεια, perspicuitas, id est, claritas & puritas, scilicet Attica, σαφήνεια, καθαρότης, ἢ ἑλληνίζειν. Hæ enim sunt dilucidi generis partes. nam ne aniculæ quidem Atticæ poterant ferre uerba peregrina, imò reijciebant talia uerba Lacedæmoniorũ, Rhodiorum, cæterorumq; Græcorum. Deinde positus erat in lumine, ut esset luminosa, absq; ullis tenebris. ut autem oratio sit clara, & luminosa, oportet ut habeat suam amplitudinem, propterea in Demosthene apparet summa cura, ut faceret iustum corpus, non solum orationis sed etiam periodorum. Sed oportet hanc magnitudinem non esse ignauam, non ociosam, non inertem, non desidiosam, sed oportet orationis corpus esse mobile. Homerus tribuit Achilli celeritatem pedum. Sic

oratio

oratio uel fluat uel currat, aliquando exultet, aliquando subitò subsistat, propterea apparet tertia uirtus, scilicet γοργότης, celeritas fortis, hostem territans, hosti formidabilis. Sed non oportet hanc celeritatem esse barbaram, horridam: oportet ut uirilitas sit amabilis, gratiosa, hostibus formidabilis, sed ciuibus grata, et propterea quarta uirtus est κάλλος, id est, pulcritudo, ipse status, & fluxus sit orationis, item orationis exultatio, ipsa orationis quasi consistentia appareat, & suam habeat uenustatem. quinta est ἦθος, scil. λόγος ἠθικὸς, figura dicendi morata, qua exprimuntur mores hominum, oratorum boni mores: aduersariorum contrà improbati, illaudati mores: oportet ut oratio oratoris habeat significationem personarum uirtutis, & uitij. Sed mores non debent esse ficti, oportet orationem proficisci ex animo, oportet λόγον esse ἔμψυχον, id est, infixam orationem in animi sensibus. sexta ἀλήθεια, si flet orator, uideatur perfecte ex uero animi sensu flere, ne ipsæ lacrymæ fictæ & ui expressæ uideantur. Sed hæc omnia sex adhibentur à Demosthene aptè, quæ figura dicitur δεινότης, quasi efficacia. Quicquid enim ineptum est hoc non mouet, non delectat. Septem hæ ἰδέαι Demosthenis sunt inuentæ propter imitationem, quemadmodum qui Clypeum Aiacis dissoluit, inuenit septem ex quibus fuerat compositus. Sic etiam septiplex est oratio Demosthenis tanquam Aiacis clypeus. Armatura Demosthenis habet robur septemplex, id est, septem uirtutum. Si enim Græcos imitari oratores quis uolet, in Græca lingua, imitetur Demosthenem & hæc septem

in Demosthene obseruet. Qui uero Ciceronem imitari uult, eũ oportet obseruare Ciceronis uirtutes. Sed hoc cõstat, Ciceronem fuisse diligentissimũ imitatorem Demosthenis: omnes orationes sese composuerunt ad formam & figuram ipsius Demosthenis. sic quæ uirtutes in Demosthene sunt quærendæ, eædem etiam quærendæ sunt in Cicerone. De amplitudine. inter has septẽ figuras quinq; sunt simplices, duæ autem multiplices, scilicet μέγεθος siue ἀξίωμα, grauitas quæ est multarum partium, sic quia uirtus non est simplex moratum dicendi genus etiam est multarum partium. Grauitas igitur consistit in his rebus, primum in ipsa grauitate, ἐν σεμνότητι si scilicet sententiæ sunt de rebus diuinis, de ipso Christo, de iustificatione, de mirabilibus naturæ operibus, &c. de mundi constitutione. Hæ res graues grauem faciunt orationem. Oportet in oratione uitare leuitatem, res humiles, nullius precij. Deinde oratorem decet dare consilium senatui, imperatori, consuli, prætori, debet uitare calumniam Socraticorum, debet metuere iudicium ipsius Socratis. Socrates enim dixit Rhetoricam esse artem adulandi sophistarum, non debet adulari orator magistratui, sed oportet uerè loqui, & hæc dicendi figura dicitur asperitas. Deinde oratorem oportet inimicum esse scelerum, oportet de sceleribus ciuium dicere, de adulterijs, de lenocinijs, oportet oratorem esse acrem, ut Achillis. hæc acrimonia uocatur σφοδρότης à Græcis oratoribus. Sed non satis hoc est, oportet orationem etiam loqui cum autoritate, magistratus non patitur se à quouis castigari, scelerati

non

non patiuntur se criminari ab oratore scelerato, orator aliquando debet etiam de se gloriosè dicere & res à se gestas commemorare: orator debet loqui honorificè & magnificè de uiris benè meritis, de rebus benè gestis à Cn. Pompeio &c. Quarta figura splendoris est λαμπρότης, si sententias afferas de uirtute contra sceleratos, contra errores magistratuum. Neq; istud satis est, qui uult uulnera facere, qui uult persequi & quasi supplantare improbos, qui uult coelum ascendere & de rebus diuinis loqui, qui uult tam fortiter loqui quàm fortiter egit imperator, huius oportet orationem esse ὡραίαν maturam, uegetam, habere robur uirile, nõ effoeminatum ut mulierum, non debilitatum ut senum sed oportet λόγον εἶναι ἀκμαῖον, ὡραῖον quasi ætate florentem. Et qui hæc obseruat in ipsa amplitudine et hæc potest obseruare in Demosthene, hic uerè est orator. Sic ipsum ἦθος etiã habet suas partes de qbus deinceps.

Scholæ, in

CAPVT. XIIII.

IN postrema parte nostræ scholæ percurrimus partes magnitudinis & amplitudinis, quas partes in Demosthene apud Græcos, & Latinos in Cicerone oportet obseruare & in imitando stylo exprimere. Imitatio enim est singulorũ. Nã tametsi ex omnibus quæ colligenda sunt, pulcra sunt sumenda & imitatione repræsentanda, quoties est ne-

ceſſarium tamen ad omnes peruenimus ſingulatim. nõ enim ὁmnium uirtutes poſſumus imitari niſi ſingulas annotauerimus. Imitatio igitur eſt ſingulorum exemplorum. Oportet igitur imitatorem, Ciceronis genus dicendi obſeruare, ſi eum rectè uult imitari. Si Demoſthenem, Demoſthenis dicendi genus. Sed ſunt eædem dicendi formulæ & figuræ Ciceronis et Demoſthenis: ubi autem ſuperat Cicero aut ſuperatur, ibi ſuperat & ſuperatur in eodem genere, in eadem idea, quia conſtat Ciceronem fuiſſe imitatorem Demoſthenis. Ergo amplitudo Ciceronis habet primum Demoſthenis σεμνότητα, habet etiam σφοδρότητα, in perſequendis ſceleratis &c. habet eoſdem ambitus uerborum, quos habet Demoſthenes, eſt æquè λαμπρὸς atq; Demoſthenes. Eſt eadem etiam præditus maturitate et robore: non in bello ſcilicet flacida oratione: ſed in eo eſt quaſi uirile robur, eadem eſt ἀκμὴ uigor & flos oratiõnis. Moratũ dicendi genus τὸ ἠθικὸν εἶδος eſt apud Demoſthenem quadripartitum, cuius prima uirtus eſt ἀφέλεια, id eſt, ſimplicitas, quemadmodum Martialis dicit, Prudens ſimplicitas, non debet eſſe ſtulta ſed prudens, eiuſmodi ſimplicitatem Hermogenes uocat ἀφέλειαν, quia omnis fucus, omnis fraus, omnis ſimulatio fallax, omnis dolus eſt ἀφῃρημένος remotus ab hoc genere orationis. Eſt ſola & mera uirtus fallere non docta. Et eiuſmodi ſimplicitatem Cicero tribuit P. Quintio, Cælio etiam in Cæliana oratione contra meretriculæ inſidias. Sic moratum genus eſt, in quo orator oſtendit ſimplicitatem ſuam, neq; ſolum ſuam, ſed etiam reorum, ἀφέλειαν quaſi

ἀφι-

ἁπλοῦς auſe rens omnẽ ſucum et dolũ, propterea oratores cum uolunt tollere hanc ſimplicitatem aduerſarijs uocant eos ueteratores, quorum inueterata eſt fallendi conſuetudo.

Altera pars eſt γλυκύτης ſuauitas, debent mores eſſe ſimplices, ſed tamen ſuaues. Suauitas ſita eſt in lepore et ſale. In oratore requiritur lepidum ingenium, debet habere ἐυτραπελίαν, non oportet ſimplicitatem eſſe ridiculam, ruſticam, ſed ſuauem, non ut hirſutum corpus, ita hirſutum ſit ingenium. Horatius dicit prudens ſimplicitus non debet eſſe ἄφρων ſtulta, ſed debet eſſe prudens, debet habere prudentiam. Tertia pars eſt ἀριμύτης acumen, in ſuauitate morum, in uenuſtate uirtutis debet eſſe ὀξύτης acumen, lepos ſcilicet, ſed prudens debet oratio eſſe non ſtolida. Sed hæc tria ſunt imperfecta niſi accedat iuſtitia et æquitas, nihil debet orator petere quod iniquum & contra leges ſit. Orator debet colere ſocietatem humanam, ita defendere reum ut eum non euertat bonis & fortunis falſa defenſione. propterea quarta uirtus eſt ἐπιείκεια, orator non debet eſſe calumniator, debet oſtendere mores æquos & iuſtos, debet omnio uitare ſuſpicionem calumniæ. Hæ quatuor partes ſunt morati dicendi generis. Moratum dicendi genus etſi ſpectetur in omnibus orationis partibus: tamen proprium locum habet in exordijs. Exordia debent eſſe ἠθικὰ: debent conciliare beneuolentiam ſignificatione ſimplicitatis in defendenda cauſſa, ſignificatione ſuauitatis, ſignis aliquibus iudicij et acuminis. Nã iudex libenter audit oratorem pudentem, indicationẽ

iustitiæ & æquitatis: non enim metuit sibi iudex ab oratore aliquo. Hæc hactenus de stylo. Doctrina styli tam latè patet quàm latè patet ipsa Rhetorica & eloquentia, sed totam illam doctrinam persequi alienum est à nostro instituto. Doctrina enim percipitur in ipsis præceptis. Tota ars est dirigenda ad ipsam doctrinam, sed satis est nos hic excitare ad stylum, & ostendere quia stylus possit esse facilior. Diuisimus imitationem in sua capita, quorum non oportet obliuisci. Tria sunt quæ oratori sunt facienda. Primum debet obseruare actionem oratoris, deinde consuetudinem oratoris. Tertiò orationem. Actione spoliati sumus: nullus enim hoc tẽpore est orator, sublatus usus est eloquentiæ, sic actio est in concionibus theologicis & in legationibus. Sed tamen Cicero in libro de claris orator. ostendit uarias actiones sui temporis &c. uocem, uultum, gestum & motum corporis Antonij, Crassi, Sulpitij, Gracchorum & aliorum: hic liber nos potest docere cuiusmodi debeat esse actio bonorum oratorum: consuetudinem etiam eorum non uidemus: legimus tamen cuiusmodi fuerit consuetudo L. Crassi & M. Antonij, Demosthenis etiam quando ille se exercuerit in dicendo & declamando, quos audiuerit, quos imitatus sit, quomodo uitia sua correxerit. Declamatio quinta pars est consuetudinis oratorum, post quam sequitur actio uera: declamatio enim ficta est, antequam ueniamus ad ipsam orationem quæ pars est præstantissima. Seneca dicit Ciceronem primum inuenisse hoc uocabulum & ante Ciceronem non fuisse usitatum, in libris Ciceronis inuenitur

ueniri hoc nomen declamationis. Declamatio autem nominata est à clamore: propterea quod ijsdem debemus uti in declamando effectibus, eadem contentione uocis, id est, ijsdem clamoribus, quibus in ueris utendũ est, & propterea uocatur declamatio. Istud proprium Latinorum est, non factum ad imitationem uerbi Græci. Plato in Theæteto Sophistarum conciones uocat δημηγορίας. Et ostendit Theætetum delectari demegorijs sophistarum. Posteriora tempora uocarunt μελέτας ἀπὸ τῦ μελετᾶν à cogitando. Latinorum uocabulum ostendit cuiusmodi debeat esse actio, quæ debet habere contentionem, debet habere uarium sonum, propterea nos non habemus bonum usum declamandi. Nusquam oratio remittitur, nusquã etiam uox attollitur, est idem & perpetuus sonus: scriptas orationes debetis domi cõsiderare, cum consul est reprehendendus oportet uocem esse paulò asperiorem, quemadmodum cum uolumus canem aut catulum uerberare, uirgam tollimus, ita & cum magistratum reprehendemus. Vbi autem improbus ad supplicum ducendus est, ibi fit contentio, ibi tolluntur clamores. Græci uocarunt μελέτας, quo adolescentes monebantur ut cogitarent de argumento, ut locos inuestigarent, ut in ordinem digererent & collocarent, ut de ipsis figuris dicẽdi cogitarent, quibus in partibus uti remissa uoce, quibus cõtentione uellent: postea stylũ in manum sumebant: totã orationem scilicet: &, scriptam memoriæ mandabant, & in forum accedebant. Latinum uocabulũ respicit actionem: Græcum, studium & exercitationem. Sed

Græci putant primum fuisse autorem Declamationum Demetrium Phalareum tempore sophistarum Gorgiæ Leontini, &c. Hæc ratio declamandi à Cicerone est continuata usq; ad tempora Quintiliani & post, sed non adeò feliciter.

Scholæ, in

CAPVT. XV.

DIximus, hanc esse partem quintam, in consuetudine ueterum oratorũ. proposuimus enim tria esse considerãda. Actionem (discebant enim causſas agere ex aliorum actionibus) consuetudinem (debemus enim ea obseruare quæ ueteres obseruarunt) & orationem. Consuetudinem diuisimus in cognitionem artis Rhetoricæ (Omnes enim Rhetores artem primam didicerunt. Sic Demosthenes, sic Cicero, sic omnes oratores.) deinde in cognitionem omnium artium, & disciplinarum: propterea eorum consuetudo erat, audire Philosophos: ut illius oratio saperet sapientiam & studium Philosophorum. Tertia pars erat commentatio, cogitabant enim quibus uellent uti uerbis: commentabantur, quo genere dicendi ipsa argumenta uellent exornare. Quarta pars erat scripti, scribebant enim quàm plurimum. Quinta pars erat declamatio. Cicero in prima disput. Tusc. dicit, neminem se diutius causſas declamitasse. Vocabulum autem istud declamationis natum est Ciceronis tempore. Cicero enim

ut

ut est apud Senecã, uel suo tẽpore illud audiuit, uel ipse excogitauit: uocat enim hanc rationem exercendi declamationem, Græcè debebat uocari ἀναφώνησις. Vocauit autem Cicero & illius ætatis Rhetores Declamationem, quod hæc exercitatio requirat clamores, flagitet uociferationes æquè, ac causſæ forenses: ut ipsa declamatio uideatur præcipuè instituta, propter actionem, propter informationem uocis, habitus, gestus, motus totius corporis. Plato & primi Græcorum Sophistæ uocarunt δημηγορίας, κατ' ἐξοχὴν, per excellentiam. Nam Athenis in Arcopago, non licebat conciliare animos exordijs, nec concedebatur mentes perturbari in perorationibus, & propterea præco ille dicebat: Ne utaris prooemio, μὴ προοιμιάζῃ. Apud populum uerò licebat populi beneuolentiam conciliare. Quoniam igitur populares conciones admittebant motus, & inflammationes, clamores & uociferationes, Protagoras & Gorgias Leontinus uocarunt has declamationes δημηγορίας, per κατάχρησιν. Non enim est scholarum, sed concionum. non est Academiæ, non Lycei, non Stoæ: neq; est congressionum literatorum hominum: sed est τῆ δήμῳ ipsius populi. Posteriora uerò tempora hoc genus exercitationis, uocarunt μελέτην: quæ nihil aliud est, nisi scholastica, & Rhetorica actio causſæ. Et dicta est μελέτη, ἀπὸ τῆς ἐπιμελείας, à diligenti meditatione, requirit enim illam commentationem, de qua antea diximus: requirit etiam scriptionem: requirit etiam considerationem, & animaduersionem: quo genere uocis uelis uti in exordio, quo genere in narratione, qua contentione

tione in refutatione, quibus clamoribus in locis communibus, in amplificationibus, in perorationibus. Item qua in parte perorationis constitueris lacrymari, eiulare, &c. Propter horũ omniũ considerationẽ, & qua si prouisionem totius orationis, Græci uocarunt μελέτην. ἀπὸ τῦ μελετᾶν, à meditando. Quintilianus uocat forensium causarum actionum meditationem, dicit ipsam declamationem, id est, ἀναφώνησιν esse meditationem μελέτημα, id est, meditationem, exercitationem, quæ requirit ἐπιμέλειαν, exercitationem diligentẽ. Et dicit, actionum, non dicit orationum forensium: quæ possit scribi, & non recitari, & dicit esse meditationem actionum, id est, ἀγώνων, in declamando enim etiam atq; etiam debemus considerare actionem, quibus ex rebus constet: constat enim uoce remissa, uel concitata, uocis iteratione, uel clamoribus, constat conseruatione uultus, constat proiectione brachiorum, supplosione pedum, &c. & propterea Actionis quàm nos contemnimus, & sine ulla actione accedimus, cum uolumus declamare, non semper una eademq; sit uox. Oportet autẽ meditari actionem subtilem, uariam: nam oportet λόγον esse uarium, sic etiam uariam esse oportet actionem uoce, & corporis totius agitatione. Debemus cogitare nostras actiones esse Tragicas, forum est solum iudiciorum, senatus est consiliorum: posui ista per excellentiam. Contraria erat consuetudo Atheniensium, & Romanorum. Athenienses uetabant conciliare animos, etc. ne quidem uultum uolebant intueri. Romani uerò solebant omne genus motuum exprome-

re.

re. exercebant enim se non solum in caussis iudicialibus, sed etiam oratorijs. Forensium) id est, omnium causarum, inprimis tamen iudiciorum, quæ maximè aparet in foro, & iudicio, ubi reus sæpe periclitatur de capite, de uita, ubi reus sæpenumero exilium, sæpenumero etiam supplicium expectat. Hæc est caussa, cur dicatur esse meditatio. Hæc hactenus de uocabulo rei quare uocetur uocabulum declamatio, deinde de definitione, sequitur utilitas. Oportet utilissimam eam esse quæ omnibus temporibus conseruata est, quod doctissimi homines obseruarunt, hoc necesse est esse utile &c. Plato introducit Socratem declamantem in Theæteto, Demosthenes idem fecit, idem fecit Cicero. Hæc exercitatio est retenta usq; ad tempora Iuliani apostatæ. Lybanius fuit sophista & se exercuit declamationibus. Item Gregorius, Basilius &c. Deinde hæc exercitatio renouat memoriam omnium quæ ante didicimus, efficit promtam memoriam, ut subitò omnia in memoriā reuocentur, ut omnia quæ legimus quasi è penu subitò promamus & ijs nos instruamus. Est perfectio totius exercitationis scholasticæ, est quasi extrema manus scholarum. Et quemadmodum tyrones exercebantur in re militari ad palos, discebant ad palum pugnare, discebant procurrere aliquot stadia, &c. exercebant se pugnando eminus & cominus, sic Rhetores scholis habebant tyrocinia defendendo reos quasi depellendorum telorum caussa. Hæc exercitatio utilis est professoribus literarum, necesse est regum & principum

ptum legatis, ſit cognita hæc ratio eſt perfectrix et excul trix uerorum theologorũ, utilis igitur eſt hominibus. poterunt enim docere non ſolum facile ſed etiam, cum laude & abſq; metu eruditorum hominũ. qui benè poteſt declamare ille etiam poteſt docere, qui benè poteſt docere non extimeſcit iudicia eruditorum hominum. Pulcrum eſt uenire ad populum doctum & eruditum ſed pulcrum eſt etiam uenire doctum actorem. qui ita exercitatus eſt ut in tẽpore & ab animo et ueritate cordis oratio profecta uideatur moderatione uocis & ceterarum rerum. Id probatur exemplis, quod utilis ſit hæc exercitatio. Demoſthenes non poterat dicere ῥητορικὰ, ſed ἀτοικὰ, ſed tamen exercitatione hæc effecutus eſt ut nemo melius eo potuerit pronunciare &c. poterat uno ſpiritu quinq; uerſus recitare cum tamen eſſet ſpiritu tenuiori. Sic Cicero habebat firma latera, utebatur ſuo loco clamoribus, uociferationibus, ſuperabat multos, agebat feliciter: ſed nondum erat perfectus Profectus in Græciam, cum inde rediret multò alius uidebatur & ſuperior multis erat.

Diximus, quo tempore cœperit uſurpari uocabulũ Declamationis, & quando à Græcis, & quid declamatio & quas habeat hæc ratio utilitates. Poſt hanc tripartitã rationem, requiritur ipſa methodus, & doctrina huius loci: ut dicamus de ipſa materia, περὶ τῆς ὕλης τῶν μελετῶν. Declamationes enim idoneas requirunt ὑποθέσεις, idoneas controuerſias. Materiam enim uocο τῶν ὑποθέσεων, id eſt, controuerſiarum, uocο ὑπόθεσις

quod

quod Latini nominant cauſſam. Cauſſa autem ut apud Quintilianum definita eſt, eſt negocium cuius finis eſt controuerſia: ſed ἀγωνιστικὴ, quæ poſita eſt in concertatione. Oportet igitur ipſas ὑποθέσεις eſſe ἀγωνιστικὰς, id eſt actuoſas, θορυβοφλεῖς, plenas contentionibus, propter definitionem antea propoſitam. Diximus enim declamationem eſſe meditationem actionum, id eſt, ἀγώνων. Et hac de cauſſa Quintilianus et declamatores græci, etiam Latini & inter hos Fabius, concedebant in ſuis ſcholis fabulas: ut fabuloſa tractarent argumenta, ſed tragica præcipuè, nam tragicorum actus ſunt pleni irarum, miſericordiarum, ærumnarum & miſeriarum. Et propterea introducebant Aiacem pro ſe loquentẽ, cõtra Vlyſſem de ſuo robore corporis, de ſuo clypeo ſeptemplici, de ſuis monomachijs, de ſtirpe, & his omnibus ſeſe commendantẽ exercitui Græcorum et ſeſe Vlyſſi anteponentẽ et præ ſe Vlyſſem contemnentẽ. Contra uero Vlyſſes introducebatur adferens arma ſuæ prudentiæ, erepti & de ſua Ithaca & parentibus uerecundè exponens. Palladij, multorum conſiorum, ſic de Oreſte altera pars accuſabat Clytemneſtram, pars altera defendebat, neq; ego improbo iſtud conſilium. Sed duo ſunt genera fabularum: Vnum carum quæ extant: Sic habemus fabulas Euripidis, Sophoclis & AEſchyli, quæ ex flammis bellorum ſunt ereptæ, hæ poſſunt declamatorem adiuuare: ſuppeditabunt enim ſententias, argumenta pathetica, ſuppeditabunt etiam uerba, & uerba etiam noua: ſi Græca Latinis conuertas: et deinde Tragi

ci

ei habent ſuam methodum commouendi animos, quæ ab oratore poteſt tractari alijs uerbis, alijs periodis, alia uerborum compoſitione, alio etiam numero, de quibus omnibus audiuiſtis lib. tertio de orat. Et fabulæ utiles ſunt ut proponantur in ſcholis declamandi gratia, nec malum eſt declamatorem perſonatos incroducere, exprimere Achillem, fingere Græcum Epaminunda, Herculem cum ſua claua. Nam ſi hæ perſonæ in Tragoedijs ſæpenumero ſpectatores delectant, cur idem nõ poſſit etiam fieri in declamationibus? Fabulas igitur admitto ſed eas quæ extant. Alterum genus fabularum eſt quæ interierunt, quas bellorum flammæ nobis ſuſtulerunt, hæ igitur ſunt concedendæ, ſed illæ præcedere debent quæ extant, ex illis debemus obſeruare genera, uerborum rationem mouendorum animorum. Hiſtoricæ ὑποθέσεις meliores ſunt, Plutarchus ſuppeditabit nobis plurimas hiſtorias Conſilium dare Cn. Pompeio ut arma ſumat contra C. Cæſarem. Catonem dehortari ne ſe occidat, & hortari ut illud faciat. Hæc argumenta ſunt ueriora, magis hiſtorica. Et iſtud ſecundum eſt genus argumentorum non malum ſed utile. Et hoc ſecundum genus argumentorum etiam ſuppeditat res: hiſtoriæ enim explicant totam uitã & cauſſam, Et ſuppeditãt res: ſuppeditant nobis nobis etiã uerba illorũ tẽporum. Et iſtud ſecundũ eſt genus argumentorũ ſcilicet hiſtoricũ: ſed quæ ſunt hiſtoriæ antiquæ procul à noſtra memoria remotæ. Tertiũ genus declamationũ eſt etiã hiſtoricum ſed eſt noſtri ſeculi, noſtræ ætatis, fuerunt

grauiſſimæ

grauissimæ controuersiæ principum & eædem diuulgatæ, hæ controuersiæ possunt etiam adferri & propo ni in scholis & in exercitio declamantium. Et hæ etiam sunt ὑποθέσεις ueræ & mouent suauius & acrius quoniam sunt nostræ memoriæ: non opus est exempla nominare, sunt enim odiosa. Quartum genus est huius temporis, controuersiæ quæ iam agitantur in Imperij iudicio, quæ cognoscuntur ab ipsis assessoribus: hæ sunt utilissimæ: adferunt enim argumenta, quæ à iureconsultis sunt inuenta. Cognitio caussarum adfert facilitatem et auget facultatẽ. Hæc sunt quatuor genera ὑποθέσεων circa quæ declamatio debet uersari, et his quatuor utebantur etiam ueteres Romani. Sed tamen quoniam non habent reos præsentes, sed remotos à nostro conspectu, oportet huiusmodi caussas nostræ partis, quoniam illos non possumus introducere, defenderes honorem & existimationem. Pars altera defendet hunc & altera illum. Sic oportet alienas caussas nostras facere, id est, ἰδίας propria: cum propria fiunt, plus mouent. Hæc fuit ueterum ἄσκησις & hæc fuit etiam quadripartita materia huius exercitationis. Hactenus de ratione, de definitione, utilitate & de materia huius doctrinæ, sequitur pars quinta, scilicet de tempore, quoties declamandum sit & quàm diu? Declamationes apud ueteres erant quotidianæ, quotidie se exercebant. Dum tu declamas Romæ, inquit Horatius, Præneste relegi, Belli scriptorẽ. Declamatio debet esse assidua συνεχὴς continuata, non interpellata & intermissa mensibus & multis hebdomadibus. Verum hæc ratio non institue-

batur ab uno, sed declamantium erat inter se societas, erant operæ distributæ uel declamabant quotidie uel quotidie audiebant. Et huiusmodi societatem uocabant συζήτησιν, societatem inquirendi, commentandi. Sic unus declamabat uel cogitatam declamationem uel scriptam. Cogitatam qui adferebat ille erat diutius exercitatus: nam diuturnitas parit facilitatem, sic quidam ita erant exercitati ut non opus esset scriptione. Commentatio autem erat tridui, aliquando unius diei, aliquando erat unius horæ, id quod uidere est apud Ciceronem lib. tertios de orat. ubi Crassus sedebat cogitabundus & grauissimis cogitationibus quasi affixus. Sic qui mediocriter erant exercitati, quibus necessarium erat scribere locum communem uel argumentationem difficilem & quædam de scripto recitare, sed non omnia sed unum aut alterum locum scilicet digressionis, &c. cætera erant meditata. Tertius erat tyronum, qui meditata scriptione comprehendebant & ea mandabant memoriæ & pronunciabant, his erant inferiores qui recitabant de scripto, qui erant omnino nouitij, qui recitabant uoce, uultu, gestu composito, laborabant de actione, obseruabant in quibus partibus uterentur contentione, in quibus concitatione & celeritate, &c. Sic infimus gradus erat scribentium, qui domi soliciti erant de stylo, sed in declamatione de pronunciatione & actione. Hic fuit modus & hæc exercitatio fuit quotidiana: domi autem se præparabant scribendo, meditando & memoriæ mandando.

Diximus hactenus de nomine declamationis & de illius

illius definitione, de utilitate, de materia eiusdem superiori uero schola etiam de tempore cœpimus dicere. Tempus autem triplex est: est tempus incipiendi, est tempus continuandi hoc studium, & est tempus desinendi. Tempus principij est æstimandum primum cognitione inferiorum artium, scilicet Gram. & Rhetorices: non enim prius admittendi sunt ad hoc exercitium, quàm puritas sermonis Latini sit comparata & etiam comparata sit aliqua copia & facultas uerborum, item aliqua cognitio rerum plurimarum, apud scriptores Poetas, historicos, oratores. Præcepta etiam dialectica mediocriter oportet tenere, deinde præcepta huius artis, si non perfectè at mediocriter, oportet scire quæstionum genera, singularum quæstionum locos communes Aristotelicos, oportet etiam scire quæstionũ diuisiones quæ sunt statuum, Coniecturæ, definitionis, Qualitatis, singulorum etiam statuũ partes, singularum partium κεφάλαια proprios locos, oportet scire: et diuisionẽ argumentorũ Aristotelicam & eorum argumentorum quæ sunt ἐν τῷ λόγῳ, quæ pertinent ad docendum, & quæ pertinent ad conciliandum, ad suauiter afficiendum: & quæ ad commouendum, ad deterrendum, ad cohortandum etc. oportet scire orationis partes, & singularum partium mediocria præcepta. h.e. oportet tenere rationem collocandi, partes totius orationis, deinde oportet has partes suis afficere coloribus, suis uestire uestimentis, suis ornare cultibus. h.e. oportet scire doctrinam elocutionis, de tribus dicendi generibus, de quatuor modis oratio-

num:id est, de genere dicendi proprio uniuscuiusq; tenere dicendi genus Demosthenicum, & Ciceronis. Qui hoc modo instructus est, instructus est mediocriter, non perfectè. percurri ferè omnia necessaria: qui hoc modo & his præceptis Rhetoricis instructus est, is adferet aliquam copiam uerborum sed puram, & Latinã, & Atticã apud Græcos. qui omnia uocabula et formulas uel intelligit, uel memoria tenet, uel inuenire potest, is idoneus est ad hanc exercitationem, & post hanc institutionem, & cognitionem, imò intelligentiam possumus facere principium declamandi.

Tempus continuandi debet esse assiduum, debet hæc exercitatio esse assidua & quotidiana, quotidie, assiduè, etsi aliquando non licet frequenter & sæpenumero uel cogitare aliquid commentando uel notare aliquid scribendo uel audiendo sese erudire: ut si ipse declamare non possis, sæpè audias: quotidiè oportet uel cõmentari uel scribere uel audire uel declamare. Hæc ratio uidetur esse difficilis, quæ facultas magis deterret quàm excitat, neq; solum desidiosi abhorrent à rebus difficilibus, sed etiam industrij sæpenumero difficultate deterrentur, frequenter etiam difficultate defatigantur & debilitantur: sed nihil ignauo facile est, nihil autem etiam industrio difficile modò ratio bona & modus bonus adsit & adiungatur à demonstrante, ab eo scilicet, qui eiusmodi exercitationi & consuetudini est præpositus. Et quanquam Romæ aliquando priuatim instituebatur hæc ratio declamandi inter paucos, inter filios scilicet, patresfamilias & præceptorem domesticum

cum aut inter præceptorem & filium unum: tamen instituebatur hæc ratio etiam in frequentia: frequentia autem conficiebatur duplici ratione, una erat ipsius scholæ, officinæ Rhetoricæ. Socrates habebat in sua officina tanquam in equo Troiano multos quos docebat & erudiebat. Hinc ex Socratis officina tanquam ex equo Troiano prodibant innumeri oratores, &c. & hæc erat frequentia priuata, & ex hac frequentia scholarum deni, duodeni, uigeni societatem inter se faciebant & sese priuatim exercebant. Itaq; hæc ratio erat utilis & hæc erat uaria: nam hæc societas constituebatur uel inter eruditos, uel inter imbecilliores uel inter mediocres. Sed omnes hæ tres societates habebant suos præfectos & quasi rectores suarum declamationum: habebant enim patres familias, seruos doctissimos non solum medicos sed etiam iureconsultos. Sed in publica schola sæpe etiam in priuata, tripartita erat facultas declamandi, & tria erant declamantium genera. unum eorum quod incipiebat, imbecillum & infirmum, recens egressum è crepundijs eloquentiæ, à cognitione & memoria artis dicendi, doctrinæ eloquendi. Alterũ quod iam erat exercitatum multis mensibus, aliquando annum, sex menses, duos aliquando annos, in quibus erat facultas si non perfecta at propè perfecta. Tertium erat intermedium, inter istos nouitios & inter alteros quasi ueteranum: qui aliquid habebant facultatis, aliquarum etiam rerum facultate destituebantur. bonus igitur præceptor & prudens moderator declamitantium tempora distinguebat, id est, iubebat ueteranos subitò dice-

re, mediocribus concedebant uel horas uel diem uel sex horas, pro ut uidebatur facultas sese habere declamaturi. Sic incipientes habebant biduum, triduum, habebant rationem facultatis & temporis & hac ratione efficiebatur lenior & facilior, non enim oportet discentem onerare sed fasce leuare: deinde distinguebat eiusmodi præfectus & magister officia ipsis caussis. Caussas faciles incipientibus, difficiliores mediocribus, difficillimas perfectis & ueteranis. Facultas & difficultas comparatur duobus modis. Primum caussa difficilis est quæ est multarum partium, quæ multas habet implicatas controuersias, id est, quæstiones, quas difficile est partitionibus expedire, generibus distinguere, ita tractare, quemadmodum ratio uniuscuiusq; caussæ requirit. ut caussa fuit Verris, quæ difficilis fuit, quia multa crimina habebat. Sic caussa est difficilis sua natura. deinde caussa difficilis est ignoratione, nõ potes Cæsarem uel Pompeium defendere: nisi totam utriusq; uitã & Reipub. administrationem cognoueris, nisi consuetudinem ritus et mores didiceris Pop. Romani, nisi tempora amicitiæ & beneuolentiæ, rationes etiam & affinitates, quæ fuit inter Cæsarem & Pompeium. Hæ defensiones aut accusationes sunt difficiles solum ignoratione. Itaq; res difficiles dabant ueteranis agendas, caussas faciles recens remissis ex carceribus Rhetorices. Ex his enim duobus generibus difficilibus potestis uidere, quæ sint negocia facilia, quæ intermedia. Sic ipsi caussas distribuebant. Deinde hanc difficultatem alia distinctione tollebant aut imminuebant & incipientibus cõcedebant ut totas

ora-

rationes scriptas offerrent, ut declamationes afferrent scriptas, sed actionem afferrent meditatam, ut scirent quis sermo quæ uocis moderatio requiratur in Exordio, quæ uocis claritas in narrando, quæ uocis distinctio in argumentando: alia enim uox est interrogantis, alia respondentis, alia confirmantis, alia refutantis. Adferre etiam oportet uocem meditatam & conuenientem locis communibus, ubi argutè argumentandum, ubi maiori contentione pronunciandum, ubi clamoribus utendum sit. Hic erat primus labor, & hæc sunt facienda. Sed hæc temporum distinctio et hæc caussarum distributio & hæc scriptionis & commentationis & subitæ dictionis, uariationes faciebant rem difficilem minimè facilem. Et hoc pacto permittebant incipientibus totam orationem scriptam adferre, mediocribus partem aliquam orationis uel exordium uel locum aliquem communem scriptum, &c. Sed perfecti uel omnia pronunciabant subitò uel pauca concedebantur ut ex libris recitarent. Sed hæc difficilia tactu cuadebant facilima, si istius præfecti accedebat prudentia & moderatio atq; etiam subsidium aut præsidium, nam ipsi præceptores argumentum dictabant, caussam comprehendebant breui oratione, quæstionem ipsius caussam ostendebant, quo statu illa quæstio esset defendenda præmonstrabant: quæstiones multas redigebant in partitiones, suppeditabant etiam argumenta quædam præcipua, quibus tota hæc caussa defenderetur, ostendebant etiam quibus deberent depingi coloribus, id est, quo deberent uti dicendi genere, in quo argumento gra

uis deberet esse oratio, in quibus intermedia, in quibus exilis oratio, sæpe etiam schemata ipsa ostendebant motus, moderationem corporis in exordio & alijs orationis partibus, id quod ardum erat principio, effectum est ut sua facilitate res summa comparetur.

Scholæ, in

CAPVT. XVI.

POstremum locum in imitatione dedimus actioni: Actionem Græci uocant aliquando ὑπόκρισιν. Actionem, inquam, uocat ὑπόκρισιν, sed uocabulum est actionum fictarum, Comœdiarum scilicet, & Tragœdiarum. Sed ὑπόκρισιν ueriore uocabulo possumus appellare ἀγωνιστικὴν: quæ est δύναμις τῆς ἀγωνίζεσθαι, id est, agendi, & confligendi cum ipsis hostibus, ita alterum uocabulum est ludi, simulationis, & fictionis: alterum est fori, iudicij, senatus, & curiæ etc. Vocant etiam Latini pronunciationem: pronunciatio enim est præcipua pars oratoris, quæ est uocis: & hæc pronunciatio potest nominari ἐξαγγελία, & ad uerbum nominanda esset ἐκφώνησις quasi uocis emissio, tanquam sententiarum. Hæc pars actionis est remota à nostris sensibus: non enim amplius sunt eiusmodi causarum actiones, & propterea remotæ sunt ab imitatione. Videntur enim remotæ ab Imitatione, quia nec eiusmodi homines sunt, nec illorum actiones conspici possunt. In foro, & iudicijs exempla non habemus, neq; in curia,

curia, neq; in concionibus populi. In Ecclesia habemus, ibi maximus usus est eloquentiæ, solis theologis relicta est hæc exercitatio. Aduocati enim scriptores et procuratores agũt tribus uerbis uel eripiunt ipsum reum à periculo, uel tribus uerbis permittunt iudici. Quid igitur poterimus imitari in hac parte? Quemadmodum consuetudinem imitamur: sic etiam actionem debemus imitari. Nam consuetudo etiam sublata est ab oculis nostris: non uidemus scribentes, meditantes, declamantes, legimus tamen eos scriptitasse, commentatos fuisse, declamasse, & propterea idem faceremus: idem autem facere, est imitari. Sic etiam non audimus eos pronunciantes, non sermones illorum, non clamores, non lacrymas, non querimonias, hæc tamen omnia fecisse eos legimus. Ergo oportet eos conari idem facere. Oratiorum actionem diuiserunt in uocem, & motum. Vocem Græci uocant ἐισφωνλὺν, motum, κίνησιν. Ergo summam gesserunt curam uocis, et motus corporis, & considerauerunt, quo uocis genere uti uelent: et quo corporis motu. Ergo ex scriptis illorum obseruauimus consuetudinem: quam etiam nos discere oportet: & sicut uidemus illos audiuisse Philosophos, & fuisse φιλολόγους, &c. sic idem nos debemus multa audire & cognoscere: quemadmodum uidemus illos commentatos fuisse: sic etiam nos inuestigare prius debemus, ante quam incipiamus scribere, quæ fuit pars tertia: & quemadmodum ipsos uidemus non solum scripsisse, sed etiam declamitasse: sic etiam nos quotidie declamare oportet, & ad declamandum nos præparare. Quemad

modum hæc igitur in consuetudine obseruari possunt: ita etiam in actione obseruemus. Quas res illi præceperunt: easdem debemus obseruare. Diuiserunt enim actionem, τὸ ἀγώνισμα, in uocem, & in motum. Vox est soni, qui ex ore progreditur, qui auribus percipitur: motus est corporis, qui oculis cernitur. Ergo uocis oportet habere curam, & motuum omnium uarietatem. Diuiserunt item uocem in tres partes, quarum singulæ inter se sunt contrarijs generibus oppositæ. Nam uocem diuiserunt in acutam, quæ altius conatur quodammodo ascendere, quæ erigitur: & huic contraria est uox grauis, quæ remittitur: uox acuta est canora, uox grauis est remissa. Sic acuta & grauis æstimatur sono. Quoniam igitur aliquanto contentius loquebantur, nobis etiam id est faciendum. Altera pars est uox cita, & uelox, quæ æstimatur spacio temporis, celeritate: uox cita facit omnia breuia, Enasit, erupit, excessit. Et huic contraria est uox tarda. Etsi uereor iudices etc. Sic secunda diuisio est temporis: prima est contentionis, & remissionis, tertia est uirium, laterum, uox magna, & parua, uox magna in firmis lateribus, in amplis pulmonibus. Vox parua infirmorum laterum est, corporum non robustorum. Μεγαλοφωνία est fortium: ἰσχνοφωνίαν facit φωνὴ μικρὰ, quæ emendatur exercitatione, quàm ipse Demosthenes in se emendauit. Sed hæc diuisio consideratur duobus modis. Est sonus unus & solitarius, alij enim qui uocem habent magnam semper clamant, alij qui habent linguam celerem habent uocem citam, alij utuntur tarda uoce, alij non possunt nisi

uoce

uoce contenta, alij ſemper remiſſa. Hic uſus eſt naturæ cum quis naturam ſuam ſequitur, & ad naturam ſuam nihil addit neq; uariat, neq; naturæ quicquam detrahit, ſic inuenias legatos, concionatores, magiſtros, qui ſæpe uno utuntur uocis genere. Alter autem uſus eſt oratorius, ipſius artis. quæ in ſingulis ſunt, aut quæ in multis ſingula uidentur: illa nobis omnia ſunt adhibenda, & orator bonus debet hac ſex partiũ uarietate uti, debet eſſe attentus, acutus, & grauis, cita uoce, tarda, &c. Sed hæc habent magnam uarietatem, gubernantur, tractantur, & finguntur uarijs modis, nam & uox acuta alia leuis, alia aſpera: leuis uox percipitur auribus abſque ſtrepitu, abſq; offenſione. Alia ratio uocis eſt aſpere, de qua alibi præcipitur.

Sed orator non debet ὑποκρίνεσθαι, id eſt, ſcenico more agere: ſed ἀγωνίζεσθαι, contendere ſerio. Ita in oratione uitamus ὑπόκρισιν, id eſt, actionem ſcenicam, & requirimus actionem ueram, id eſt, contentionem. Secundum quod imitandum propoſuimus, erat conſuetudo τὸ ἔθος τῶν λεγόντων conſuetudo audiendi, legendi, ſcribendi, declamandi, accuſandi, atq; defendendi cauſas. Tertium uerò quod imitandum eſt ipſius oratoris opus, oratoris effectum: finis enim Rhetoricæ eſt actio, non cognitio ſolum. Actio autem opus poſt ſe relinquit. Aliud enim opus eſt ſaltatoris aliud oratoris. Opus ſaltatoris unà cum ſaltatione deſinit, nec amplius extat. Sic curſus Herculis, &c. Orator autem relinquit opus poſt ſe, non ſolum ſuæ ætatis hominibus, ſed etiam

poſteris,

posteris, multis gentibus, & nationibus. Oratoris oratio est immortalis, scilicet oratio ipsa, quæ est exemplum. Oratio præsens, & extans quasi digito ostendit τὸν ῥήτορα, oratorẽ, qualis fuerit, eius oratio. Et quidẽ tertium præcipuum est in imitando, sed duo illa priora etiam sunt utilia. Ad perfectionem enim peruenire non possumus, nisi prioribus duobus obseruatis, Actione, & consuetudine. Sed de consuetudine egimus priore loco: tertium erat commentatio, ἐννόησις, rerum uel scribendarum, uel declamitandarum, uel agendarum. Priusquã stylum in manus sumerent, ueniebant meditati ad declamandum, & ad dicendum. Quartũ in consuetudine erat scriptio, exercebant se scribendo, styli exercitatione. Quintum erat declamatio: instruebant se actionibus fictis, ut uerè in caussis oratorijs, & forensibus & populi possent agere. Sextum erat uera actio. Hæc de consuetudine. Secundo loco de actione: agentes oratores uidere non possumus: quoniam actio nullum post se relinquit opus. Vox desinit simulac caussa agi desijt. Qualis tamen fuerit actio, animaduertitur in doctrina: actio habet συμπαρατήρησιν, obseruationẽ: actio caret αἰσθήσει, sensu: sed actio est συμπαρατήρητος, id est, cuiusmodi fuit, potest obseruari. Actionis cognitio posita est in obseruatione, ipsa autem obseruatio perspicitur in præceptis. Diuidunt enim actionem in tria præcepta: uocis uultus & gestus totius corporis. Illæ partitiones ostendunt uocis uarietatem, motus etiam corporis mutationem. Quot enim partes sunt diuisionum, tot etiam sunt genera actionum, uocis, uultus, corporis. In actione uocis

eis non debet esse μονοτονία, unus sonus, sed ποικίλος: oportet actionem esse uariam, ut scenicorum in fictis, sic oratorum in ueris, & serijs caussis. Ergo qualis fuerit actio Demosthenis, AEschinis apud Græcos, apud Latinos Ciceronis & Hortensij, latet in præceptis obseruatis, uarietas scilicet omnium trium, uocis, uultus, motus ipsius corporis. Deinde Brutus apud Ciceronem ostendit nobis cuiusmodi Romæ fuerint actores, & ostendit actorum discrimina. Cicero scribit, Carbonem sonoram habuisse uocem, & dicit oratorem uolubilem esse. Canoritas, ut ita dicam, est soni: uolubilitas est celeritatis. Is est orator, qui effundit uerba, sed tamen distincte, sed purè, sed expresse. Is dicitur orator uolubilis: in uolubilitate est celeritas: sed in celeritate debet esse distinctio. Et hæc uirtus à Cicerone non improbatur. Cicero enim in Hortensio has uirtutes inuenit. Hortensius erat incensus, inflammatus: sed illa flamma non erat consopita, sed erat flamma exardescens, & actuosa, non solum in animo sed agens, id est, Hortensius actuosus & canorus erat, id est, uocem magnam habebat, dicit etiam illius uocem fuisse acrem: quæ uulnerat, quæ territat, quæ percellit: & erat incensa, scilicet in iracundia, qui est λόγος ὀργίζων, nõ ipse stylus incensus erat: sed incendebat auditores, suum incendium etiam ad ipsos auditores dilatabat: & hæc omnia tantum uoce canora. In L. Cotta reprehendit antiquitatem, ille utebatur de industria uerbis antiquis, uerbis priscis: & quemadmodum priscus fuit uerbis, sic etiam sono, & uoce subrustica. Sunt enim duo genera uocis, atq; soni.

Aut

Aut uox est urbana, ἀστεῖα: qualis uox fuit Romæ, Romanorum præsertim senatorum, ducum, imperatorũ: quorum uox debet esse urbana, in urbe nata & educata. Altera autem forma uocis erat subrustica, rusticorũ & rusticanorum: ut erat uox Municipum, sic sonus erat in L. Cotta, sed de industria subrusticus: non debet oratio rusticas. Sic nos debemus in pronunciando imitari doctiores: Itali benè, mediocriter Flandri pronunciant, ex his meliores sunt eligendi. In M. Antonio, dicebat Cicero esse gestum, qui non exprimebat uerba, sed erat congruens sententijs. Gestus, qui uerbis congruit, est multiplex, congruẽs sententijs est uniusmodi, singulæ sententiæ singulos gestus habent. M Antonius igitur non actionem accommodabat uerbis, sed singulis sententijs: ostendebat uarietatem gestuum, gestus enim est ipsarum manuum, humerorum, laterum, pedum, status, incessus. Singulæ suos habebant gestus, quædam enim moderabantur manibus, quædam laterum inflexione, quædam statuum, quædam pedum supplosione. Deinde eiusdem, uox fuit subrauca, sed cum quadam suauitate. In conquestionibus illa raucedo efficiebat uocem quasi flebilem. Sic illo tempore uox quædam erat municipiorum, uox etiam quædam erat quasi urbanorum hominum. Vitium autem maximum est perpetuus clamor, sic Romæ erant, qui continenter clamitabant, & qui potius erant clamitatores, quàm oratores. uox debet esse oratoria, non tamen perpetuò clamitantis. Et duo sunt genera actorum, quidam enim erant acres, & uehementes, scilicet in corrigendis uitijs, & sceleribus,

acres in sceleratos, & improbos, & uehementes, scilicet in populum, in senatum, in castigatione consulum, prætorum, quæstorum. Quemadmodum uerba sunt acria: sic etiam actiones sunt acres. Acria uerba sunt uocare peculatorem, dicere ereptorem: quæ uerba requirunt etiam acrem actionem, pronunciationem, & motum, quemadmodum minæ uerborum sunt: sed non solum uerbis oportet esse acrem, sed etiam uultu, & gestu omniq; corporis motu.

SECVNDI LIBRI EXPLICATIO.

CAPVT. I.

PRincipio huius doctrinæ diximus tria esse in oratore summo, & perfecto imitanda, et eloquentiæ studiosos, quondam Romæ, atq; Athenis tria obseruasse in imitando. Deligebant enim aliquem quem imitarentur. Sic alijs placuit Cicero magis, quàm Hortensius: alijs M Antonius magis, quàm L. Crassus: alijs magis Demosthe: quàm AEschines: alijs magis AEschines: quàm Lysias: alijs magis grata fuit scripta oratio Isocratis, quàm Lysiæ.

Sed tria in imitando obseruabant. Primum consuetudinem scholarum: quemadmodum nos etiam in imitando

tando Ciceronem, debemus sequi Rhetorum consuetudinem, & oratorum. In consuetudine primum fuit artem cognoscere dicendi, non prolixe nimis nec nimis diuum: Deligere scriptorem aliquem magis idoneum suo ingenio, & intelligentiæ. Sic alij contenti erant Ciceronis libris Rheto: de inuentione. Herennius his non contentus fuit, & aliam doctrinam requisiuit. Sic Cicero sibi ipsi displicuit, & de dicendi ratione alia præcepta dedit in partitionibus, alia in tribus libris de oratore. Sed hac in uarietate Rhetorum, duplex erat modus discendi artem, & duo genera erant doctrinarũ: duo genera rerum quæ tradebantur. Vnum enim genus uoluminum erat, quod continebat res tantũ necessarias, quod genus librorum, uolebant benè, clarè, ac perspicue intelligi: requirebant etiam memoriam, uolebant eas res semper esse in promptu: ut sunt partitiones oratoriæ Ciceronis: quæ comprehendunt omnem doctrinam dicendi.

Alterum autem genus doctrinæ, & librorum habet ornatum, & tractationem amplam, et disceptationem, ut libri de oratore, hos libros satis est legere, & meminisse mdiocriter, & notare locos præcipuos, & posse illos locos quoties necessarium erit, inuenire. Hæc ratio erat ueterum Rom: et Græcorum in tradenda, & discenda arte, & fuit consuetudinis partis primæ: Secunda pars fuit studium audiendi φιλπκοΐα, omne genus doctorum, aut scriptorũ, audiendi, scilicet philosophos, Poetas, Mathematicos, omnium artium doctores, & tantum inde sumere, quantum studium aloquentiæ requirebat,

quirebat, debent enim orationes eruditæ esse, literatæ, ductæ è fontibus ipsius Philosophiæ: ut apparet in orationibus Demosthenis & Ciceronis. Tertium erat lectio, legere domi. De illa ratione ueterum dicendi, satis copiose egimus hactenus. Quartum erat commentatio rerum scribendarum, delectus scilicet materiei, quàm tractare uelis, excogitatio argumentorum, formæ & generis dicendi. Quintum erat scriptio, scribere non quàm plurima, sed quam plurimum. Sextum erat declamatio, declamitando sese exercere, ad quas declamationes adferebant uel cogitata, uel scripta uel utraq;. Hanc consuetudinem non uidemus. Vt, non uidemus Ciceronem audientem Cratippum, non uidemus illius bibliothecam instructam, non uidemus illius bibliothecæ tabulas, non illius Apollinem, non illius Mineruam, non digestos in ordinem libros, non stantem, sed hæc omnia fecisse obseruauimus, scripta emendata non cernimus, non uidemus uerba integra, non uidemus lituras uerborum, non detractiones superfluorum uerborum, non commutationes uerborum bonorum: sed ista tantum omnia apparent in præceptis, &c.

Est eruditi Rhetoris ista indicare, & nostras actiones ad eiusmodi obseruationem accommodare. Hactenus de consuetudine, & actione, quæ ambo necessaria sunt Theologis, & legatis principum, &c. Scriptori fortassis actio non est necessaria, sed tamen necessaria est ad ipsa genera dicendi: contentio enim requirit certum genus dicendi: demonstratio aliud, explanatio aliud dicendi genus. Sed oratio, quod tertium in imita-

tione est, sensus monet. Est enim exemplum παράδειγμα τῶν ἀπόντων, eorum quæ absunt, δεικνύει τὸν παρόντα, præsentem ostendit. Oratio est ipsius oratoris imago, uel potius ἀπεικασμὸς, id est, imago expressa. In Oratione sese explicat ipsa imitatio, non quod superiora illa duo non sint necessaria (quid enim tam necessarium oratori quam doctrina) fucosum & inflatum & tumidum est, quicquid in dicendo caret sapientia, absq; sapientia non potest esse eloquentia. Superiora sunt necessaria ad obseruandum. Sed hoc tertium indicat imaginem ipsius eloquentiæ. Oratio oculis cernitur quàm sit magna, aut parua. Habetis præceptum Aristotelis in arte Poetica, quanta debeat esse tragœdia, debet metiri Solis cursu, id est, Tragœdia non debet superare solis cursum. Sic conspicua est magnitudo Tragœdiarum, conspicua est etiam magnitudo orationũ. Longissima oratio est Cluentiana, breuissima Ligariana Imò ipsa oratio potest numerari, numerari possunt quot in singulis periodis sint membra, quot incisa: oratio oratorum habet quandã animam ψυχὴν, est quasi animo perdita. Sic anima Ciceronis deprehenditur in eius orationibus, si quis doctus eas legit, & eruditus, sentit illũ oratorẽ non esse absentẽ sed quasi præsentem. Cernit oculis pulchram imaginem eloquentiæ: prudens, & intelligens sentit quendam uerborum sonum, sentit numerum oratorium, Quod in Poetis animaduertitur apertius, pedum scilicet ingressio, numerorum compositio: hoc in oratorum oratione sentitur occultius, etiam motus ipse, qui perripitur ex uarie-

tate

tate periodorum, singulæ periodi, quendam ostendunt motum corporis, quo ipse Cicero usus est. Et quemadmodum picturæ habent sua lumina, id est, colores lucidos, colorem album, sanguineum, & in ipsis picturis sunt quædam umbræ, id est, colores obscuriores, quo uel extant uel recedunt: sic oratio etiam habet sua lumina, et suas umbras. Lumina apparent in digressionibus, contentionibus, & locis alijs, propositiones, partitiones, et distinctiones sunt obscuriores: fugiunt ut in picturis oculos, sic in oratione fugiunt intelligentiã, & requirunt lumen, id est, dilatationem. Deniq; imago eloquentiæ, & eloquentis quasi repræsentatur, qui abest iam, morte sublatus, ostenditur quasi præsens, & oratio est exemplum repræsentans, id est, quasi rursum ostendens eum, quem absentem desideramus. Et hoc discrimen est inter artem, et orationem, quod ars est caussa efficiens, oratio est ipsum opus effectũ. Sed opus istud quod artificem ostendit, quod finem ostendit doctrinæ scilicet dicendi, ipsam eloquentiam. Ars ostendit quas res debeat habere eloquentia, quas adhibere res oporteat, ut eloquentes simus: sed oratio ostendit, qualis fuerit eloquentia Demosthenis. Oratio ipsa ostendit genus dicendi. Et quantum attinet ad genera dicendi: duo sunt imitatori consideranda. Vnum scilicet infinitum, uniuersale, scilicet quas res habere debeat genus dicendi amplum, quas tenue, & quas intermediũ, & hæc consideratio ipsius imitatoris est uniuersalis, generalis, κατὰ ὅλης. Altera autem consideratio est singularis, unius, uidere scilicet non quale dicendi genus sit amplum, sed quale

Demoſthenis, non quale ſit exile dicendi genus, ſed quale ſit ipſius Lyſiæ. Idea quidem eſt perfecta generalis, poteſt enim ſpecies præſtantiſſima excogitari, & eſt perpetua. Sed nos antequam ad illam ueniamus, debemus humi repere: Ciceronem ob oculos ponere, et conſiderare Demoſthenis dicendi figuram.

Scholæ, in

CAPVT. II.

OPortet imitatorem habere unum ſingularem quem imitetur. Imitatio enim eſt κατ' ἰνχγον, rerum ſingularium. Imitatio enim eſt perſonarum ſingularium. Ergo imitatio eſt unius alicuius dicendi generis, unius oratoris. Vnuſquiſq; enim orator ſuum habet quoddam dicendi genus. Sic peculiaris fuit oratio Antonij, Craſſi: ſingulare quiddam habuit Hortenſius, Cicero etiam habet, quod ipſe ſibi ſolus poteſt arrogare. Qui igitur uult imitari Demoſthenem, cum oportet ſcire, quod ſit genus dicendi Demoſthenicum: Qui Ciceronem, eum oportet ſcire, quod ſit genus dicendi Ciceronianum. Imitatio eſt relatiua: imitatio eſt rei imitandæ imitatio ut uocant Dialectici, id eſt, imitatio eſt exempli. Atq; idcirco imitatio, & exemplum, ſunt correlatiua, ἀντιστρέφοντα, abſq; exemplo enim nõ poteſt eſſe imitator. Hoc exemplum quodnam ſit, ſi quis me roget, dico eſſe genus dicendi. Sed quemadmodum generis dicendi eſt imitatio, & imita-

tio

tio est exempli, exemplum autem habet autorem, idcirco si quis roget, quis orator imitandus esse uideatur? dico Cicero. Non quod hunc solum habeamus, declamationes Quintiliani nequaquam imitari debemus, neq; Senecæ, laudem Caluiciei, Plinij Pœnegirici multa habuerunt præclara: sed hæc unus est personæ laus. Si extarent Crassi, Hortensij, Antonij, Cottæ orationes, tamen unus Cicero esset eligendus, qui esset exemplũ perpetuum. Aliud enim est perpetuo imitari, aliud aliquando. Cicero est perpetuo imitandus, reliqui assumuntur. Aliud est propositum exemplum, aliud assumtum, & probatum. Oportet igitur sequi genus dicendi dicuius oratoris, id est, oportet sequi & imitari aliquẽ oratorem, cuius cupimus esse quam similimi, si pares esse non possumus. Exemplorum sunt tria genera. Vnũ est inuentorum, qui adiuti naturæ beneficio absq; arte, & doctrina extiterunt diserti, & propè eloquentes: ut fuit Homerus, qui ingenio & industria absq; exemplo Odyss: & Iliada confecit, & quemadmodum Homerus dicitur esse fons, et origo omnium Poetarum, sic uocatur etiam διδάσκαλος, atq; magister. Homerus διδάσκει, historicos etiam oratores non solum reliquos Poetas, sic imitamur ipsos magistros, qui primi exemplum proposuerunt, qui docuerunt sine arte. Alterum genus est imitatorum. non enim solum Homerus imitandus, sed etiam is qui Homerum est insecutus, & Homerus habet præclara exempla, sed etiam præclara exempla habet Pindarus: qui Homerum in aliquibus sequitur, & propterea non solum primi inuentores imi-

tandi sunt, sed etiam imitatores primi.

Tertium genus exemplorum est secundariorum imitatorum: qui secundo loco insecuti sunt. Nam prima παραδείγματα, exempla sunt τοῦ διδάσκοντος: secunda sunt imitatoris, τοῦ μιμητοῦ: tertia exempla sunt approbatorum, qui imitatorem sequuntur, atq; æmulantur. Nam ἐπιζηλωτὴν uoco, secundarium imitatorem. Homerus ille docuit exemplo Chrysæ sacerdotis Apollinis, quomodo aliquid sit postulandũ, quomodo, animus flectendus sit ad metum & misericordiam deorum. Hunc locum Demosthenes est insecutus, atq; etiam Cicero, & ostendit quomodo etiam aliquid precandum sit à dijs immortalibus. Homerus fuit uerus doctor ἀξιώσεως, rogationis: Demosthenes fuit imitator: sed Cicero fuit ἐπιζηλωτὴς, secundarius imitator, et approbator. Pericles fortassis inter oratores fuit διδάσκαλος, composuit exempla, & natura atq; usu magis ualuit, quàm arte: Demosthenes autem fuit imitator, qui imitatus est fulmina & tonitrua Periclis. Sed hic ipse Demosthenes habuit imitatores secundarios, qui post eum uenerunt, sophistæ: qui eum sunt secuti. Item Pericles docuit Rhetores, Isocrates imitatus est Periclem, Demosthenes Isocratem ἐπιζήλωσε. Sic Demosthenem ipse Cicero est imitatus, propterea Ciceronem nemo potest imitari, nisi eum intelligat, eius ornamenta obseruet, quem ipse Cicero est insecutus, cui Cicero uoluit esse similis, uel par uel etiam superior.

Optimè igitur faciet orator, qui orationem Ciceronis sibi proponit, & causssam diligenter legit, obseruat

omnia,

omnia, præcipua memoriæ mandat aut notat in uolumi ne, ut inuenire possit, ut habeat exempla digressionum, argumentationum, amplificationum. Sed Ciceronis, Demosthenis exempla committere oportet & facere comparationem inter Ciceronem, & Demosthenem. Quemadmodũ Cicero imitatus est Demosthenem: sic nos debemus imitari Ciceronem. Imitatio non debet uideri, & animaduerti à uulgo hominum: nam potest sola animaduerti à uiris doctis. Vera imitatio ibi est, ubi nec res eadem est, nec sententia eadem, nec uerba, sed similis rerum uerborum, & sententiarum tractatio. Imitatio consistit in specie, & figura, quæ non oculis cernitur, sed animo percipitur.

Scholæ, in

CAPVT. III.

TRadidimus duos esse summos oratores, qui sunt imitandi, Demosthenem scilicet Athenien sem et Mar: Tul: oratorem Latinum. Itaq; facilis est electio ut oratoris: sic etiam perfecti dicendi ge neris. Si summus orator est Cicero: eius genus dicendi etiam summum est, apud Romanos: si apud Athenien ses summus orator est Demosthenes: etiam eius sum mum, & optimum est genus dicendi. Sed tamen habe tis apud Thucydidem orationes puras, acutas, densas sententijs, & etiam sententijs graues orationes Athe nensium Lacedemoniorum, & Peloponnesiorum, mul

torum legatorum, ducum, atq; imperatorum. Sed aliud est genus dicendi historicum, aliud est genus dicendi oratorum. Habetis præclarum oratorem apud Græcos Isocratem, & in suo genere perfectum, & summum: sed illius orationes non sunt habitæ, & actæ: sed scriptæ sunt legentibus, non audientibus. Extant etiam quædam Lysiæ orationes, & aliquorum aliorum Græcorum: quas pono in eodē genere: sed tamen deteriores sunt Isocratis orationibus. Habetis apud Latinos, contiones Liuianas, habetis etiam Panegyricum Plinij, & Quintiliani declamationes. De Liuio idem sentio, quod de Thucydide, & Plinij Panegyrico, idem quod de Isocrate: Vtiles orationes sunt, & in suo genere propè perfectæ: sed ita ut potius uideantur scriptæ quàm habitæ. Aliud enim orationis genus requirit forum, atq; senatus: aliud genus dicendi Museum, & Bibliotheca domestica. Lectori satis est, rem unam semel dici, sed populo & iudici præsertim non omnino docto, non est satis. & aures & mentes populi requirunt commorationes in eadem re: sed tamen hi ipsi oratores sunt legendi, & cognoscendi, quis negat? sed cum ratione & iudicio, et deinde secundario loco, non primo. Primum locum habet Demosthenes, secundum Isocrates: Tertium Lysias: & Hyperides, quartum Thucydides. Sic primum locū Cicero, secundum Plinij panegyrici: Tertium Liuius: Quartum declamationes Quintiliani. Sunt hi utiles imitatori, quem uolumus esse liberum, non seruilem. Diximus enim oratorem non astringi numero, non etiam alligari magnitudini. Non opus est respondere numero

periodorum.

periodorum, & in periodis non necessarium est, respondere numero membrorum: non etiam parem esse magnitudini, & corpori orationis: sed licet immutare: ex longis facere breuia, ex breuibus longa. Licet addere, licet demere, licet transponere, licet commutare, licet uariare. Nam hæ sunt Methodi imitantium, Dilatare, contrahere, addere, demere, transponere, collocata uariare. Quæ quam habeant uim, dicemus suis locis. Licet enim facere in Cicerone, quod Cicero ipse fecit, Cicero de suo consulatu aliquando paucis dixit, aliquando usus est breui gloriatione, aliquãdo prolixissima, nonnunquam fuit uerecundus, mediocris in prædicatione sui, & expositione suorum factorum: quædã copiosissimè tractauit, quæ in alijs proposuit breuissime: aliquando imitatur Demosthenem, ut sit copiosior: nonnunquam ut sit breuior, & contractior. Non igitur oportet imitari Ciceronem, & Demosthenem, ut uerba uerbis respondeant, membra membris, Periodi periodis, partes partibus. Sed quod licuit Ciceroni, etiam nobis licebit: causſæ mutentur, tempora uarientur: ergo etiam mutandus & uariandus stylus est. Non oportet imitatorem idem facere, sed simile, non oportet astringi, & alligari ad Ciceronem: sed oportet eius orationem esse liberam, ut Ciceronis fuit, ut suo arbitratu orationem possit uariare. Sunt igitur duo dicendi genera præstantissima: Vnum apud Græcos, Demosthenis dicendi genus atq; Character. Alterum Ciceronianum, apud Latinos & Romanos. In quorum uno, si quis erit exercitatus: is uim utriusq; erit adeptus: Nam

Cicero sine controuersia Demosthenem est imitatus, tametsi ueritus est illud profiteri. Qui igitur nouit Ciceronis dicendi genus: cognouit propè uniuersum dicendi genus Demosthenis. Genus dicendi Ciceronis id esse puto, atq; id etiam statuo, possum etiam affirmare, & probare, id scilicet quod æstimatur officio oratoris. Quale officium oratoris, tale etiam dicendi genus: & quale officium oratoris perfecti, atq; summi: tale dicendi genus est Ciceronianum. Quod igitur est oratoris officium? De rebus magnis dicere grauiter, de rebus paruis dicere presse. (presse dicere) Metaphora sumpta à lacte presso. Lac pressum est, ex quo ipsum serum expressum est. Lac pressum est, quod non amplius aquosum est, quod est ἄνυδρον, absq; aqua, cuius serum, id est, aquosus humor ablatus est, & quod reliquum est, aut butyrum est, aut caseus. Sic presse loqui, id est, submisse, est non altè ascendere, sed humi incedere, loca prærupta uitare. Grauitas habet loca difficilia & ardua, & periculosa, quia prærupta. Grauitas inuadit reges & imperatores, potentes homines, quærit alta, quærit summa, suscipit magnas inimicitias, bella atq; discrimina, in causis ciuilibus. Remissio autem, & pressio, loca quærit tutiora, humi incedit uel humi repit. De intermedijs autem rebus potest dicere temperatè. Temperata oratio est, quæ partem habet grauitatis, partem remissionis, id est, humilitatis, est figura dicendi mediocris, μέτριον εἶδος, quod habet mixturam duorum extremorum. Sic genus Ciceronis dicendi est compositum, συνθετον, est temperatum ex tribus dicendi

gene-

generibus. Sed apud Ciceronem est, quantum ad genera dicendi attinet, duplex comparatio συζήτησις, ἀντιπεριβολή. Aut enim res tota comparatur cum altera re tota, id est, tota oratio Quintiana, confertur cum tota oratione Cluentiana: tota Miloniana, confertur cum tota Ligariana. Dicimus igitur Milonianam esse grauiorem. Ligarianã autem summissiorem, si conferas cũ oratione Miloniana. Sic grauis oratio est περὶ στεφάνου, Pro corona, acuta autem est pro lege Leptinæ. Altera comparatio est partium in unaquaq; re tota. Sic Narrationes sunt remissæ: amplificæ: sunt graues: Exordia sunt intermedia. Sic argumentationes quæcunq; quæ diriguntur ad docendum, illæ sunt submissæ, sunt acutæ, sunt breues: solum docent: argumentationes quæ flectuntur ad motum, quæ habent uel asperitatem in libertate dicendi, in castigandis uitijs magistratuum, uel habent uehementiam & acrimoniam in persequendis sceleribus. Amplificationes pro reo nocente, misericordia & clementia postulata & obtenta habent grauitatem, amplitudinẽ, sunt ἀξιωματικαί. Argumenta autem quæ sunt posita ἐν τῷ ἤθει, id est, morata, in eadem oratione Ligariana, Miloniana, uel Cluentiana, sunt intermedia, & habent intermedium dicendi genus. Sed nulla tam grauis, & grandis est oratio quæ non habeat submissionem, & mediocritatem. Sic nulla tam humilis, & teres: ut non aliquando augescat, ut non aliquando perueniat ad mediocritatem, aliquando ad grauitatem exurgat. Dicimus igitur genus dicendi Demosthenis esse, quod ex tribus generibus dicendi compositum, & temperatum

tum est: Graue, summissum, Mediocre, atq; temperatũ. Sed hæc tria consequimur tribus modis, loquendi, & dicendi. Hæc tria oportet habere quatuor propetuas uirtutes: oportet enim omnia illa tria esse pura. Purum uoco, quod non est barbarum. Purũ est, quod apud Latinos uerba habet Latina, non solùm uerba singula, sed etiam coniuncta, formulas etiam Latinas. Purum est nõ solũ quod est Grãmaticũ: sed purũ etiam est illud, quod natiuum est uniuscuiusq; ciuitatis, quod natum est in unaquaq; ciuitate. Perspicua autem oratio est, & modus, qui nihil habet obscuritatis: perpetua uirtus debet esse perspicuitas, sed puritas etiam perpetua.

Oratio fit impura: primum uerbis peregrinis, quæ ἐθνικὰ uocantur, Persarum, Hispanorum, Gallorum, Germanorum, illa uerba faciunt orationem impuram: uerba indoctorum hominum, uerba artium quæ corrupta sunt, quemadmodum sunt quidam excellentes Medici, sed corrupti uerbis, doctrina tamen insignes. Iureconsultus magnus est Bartholus: sed multa habet non solum barbara uerba, sed etiam barbaras sententiarum formulas. Sic illa τεχνικὰ corrumpunt puritatem. At apud Græcos Chrysostomus, nasiazenus, Gregorius, Basilius, puri sunt: Apud Latinos Lactantius Firmianus: sed Thomas Aquinas impurus. Perspicuum est, quod est purum, & apertum. Quid sit perspicuum, facile ex contrario intelligitur quod est obscurũ. Oratio fit obscura uel uno uerbo, si utaris uerbo ignoto, ut, multus non intelligit quid sit ἐνδιελέχεια: si utaris uerbis differentibus, ut, Timere, et uereri, non intelligitur hæc

differen-

differentia nisi à doctis. Altera obscuritas est in intelligentia, ut est in oratione Ciceronis: Quæ res duæ &c. omnia sunt σκοτεινὰ: quarum alteram uereor, alteram metuo, ibi est obscuritas. Nam nõ quilibet intellexit, quòd uereri, sit pudoris, metuere autem periculi: propterea Cicero occurrit obscuritati, & dicit, Quinti Hortensij eloquentia, &c. Tertium genus obscuritatis est in fide, in probatione, cum rem nõ creditam, non probas, cum aliquid proponis confirmandum, & non subiungis rationem, qua illud probes. Quarta obscuritas est in quantitate: cum nõ intelligitur quantum sit periculum, quàm magnum commodum. Vt igitur res illustris sit, debemus eam amplificare.

Scholæ, in

CAPVT. IIII.

HEri cœpimus indicare quod genus dicendi esset Ciceronianum. Nam qui uult Ciceronis adipisci facultatem dicendi, & Ciceronianus uideri, nominari, & esse: eum scire oportet, quæ fuerit dicendi figura, ipsius orationis, τὴν ἰδέαν τοῦ λόγου. Etenim in orationibus Ciceronis apparet, cuiusmodi fuerit ipsius dicendi genus. Quale autem officium Cicero requisiuit in oratore: tale etiam dicendi genus ipse desiderauit: & quod Cicero in alio desiderabat, hoc proculdubio, ipse conabatur assequi: & quod conabatur, id etiam est assecutus. Vult autem Cicero oratores

posse

posse de rebus magnis, grauiter dicere: de paruis, subtiliter loqui: de intermedijs temperatè, & mediocriter explicare. Res magnæ requirunt graue dicendi genus: res paruæ submissum: res intermediæ intermedium. Et hac de caussa dicimus genus dicendi Ciceronis non esse simplex, sed esse compositum σύνθετον, κεκραμένον, mixtum, ex tribus, humili scilicet, & mediocri, & graui. Spectantur hæc tria, & discernuntur comparatione ἀντιπαραβολῇ, συνηρίσει. Comparationem diximus esse duplicem totius cum tota oratione. Sic oratio pro Clesiphonte contra AEschinem aut de falsa legatione comparatæ cum oratione de lege Leptinæ, uidentur ambæ esse graues, pro Leptine, autem etiam subtiles. Altera comparatio est in tota oratione partium: sic conclusiones & amplificationes sunt plerunq; acres, & graues: Partitio: & Narra, sunt subtiliores, Exordia uero medium quendam cursum tenent, habent dignitatem absq; motu: sicut Epilogi habent dignitatem cum motu uehementiori. Hoc dicimus genus esse dicendi Ciceronis: & hæc fuit Ciceronis facultas, de magnis grauiter, de paruis subtiliter, de intermedijs temperatè dicendi. Sed horum unumquodq; oportet habere quatuor modos. Quicquid enim uel graue est, uel summissum, uel attemperatum: oportet ut primum habeat puritatem, ut sit purum, καθαρὸν: deinde apertum, id est, ἐναργὲς, ut facile possit iudicari, id est, intelligi perfectè. Tertiò, ut sit ornatum. Dicitur grauitas pura, perspicua, ornata: humilitas puritate, & perspicuitate ornata, oportet adesse νόμον, ut sit, genus orationis ἔνχρωμον,

habeat

habeat pulchram formam, & figuram non sit κακόχ-ημα, turpi, & monstrosa forma: sed habeat formæ lineamenta pulcherrima. sed ornatus non solum est rerum magnarum, uerum etiam paruarum, & Ligariana Ciceronis ornatissima est: orationem pro Rege Deiotaro Cicero dicit esse leuidense munus: sed habet tamen suũ ornatum. Hoc magis dicit uerecundè, quàm uerè. Est enim oratio elegantissima, sed cum alijs comparata, nõ habet fortassis tales robur tantas uires, &c. Sed omnis ornatus fucosus, & superfluus & illaudatus est, si sit ineptus, si nihil magni efficiat: si non habet λειότητα. oportet ut oratio non solum sit pura, sed etiam ornata & decora. Hæc quatuor perpetuò sunt retinenda in omni oratione, in omnibus partibus orationis, in omnibus periodis, & periodorum membris, in singulis membrorum incisis, imò in singulis uerbis. Purus sermo dicitur à Græcis καθαρὸς, & puritas καθαρότης. Purum est quod non est barbarum, quod togam habet Romanam, puram. Hæc uirtus est uocabulorum tum singulorum tum compositorum. Purum uerbum est Damnum, detrimentum, incommodum: Purum est etiam, Do, das, dare. purum etiam est utrunq;: damnum dare, malum dare. Iniuria, purum est uocabulum, facere etiam purum, utrunq; coniunctum iniuriam facere, Latinum est. In hac parte laborat nostra ætas, omnes scriptores nostro tempore, et superiore tempore laborarũt & infelices fuerunt, non enim dederunt operam puritati: sed oratio plerorumq; omnium est impura. Propterea quòd multa habet uocabula barbara: nec omnia Latina sunt

pura:

pura: sed confusa sunt cum oratorijs poetica: uerba antiquata coniuncta cum uerbis usitatis: uerba item Græca malè translata faciunt orationem impuram. Quis sermo purior est, quàm Hebraicus? qui uidetur quasi cum ipsis rebus natus esse: pauca in biblijs reperiuntur, quæ sunt ἐθνικὰ: sunt uerba indigena, λέξεις αὐτόχθονες: sic Prophetæ purissimè locuti sunt, habent exempla omnis generis dicendi. Esaias suppeditat grauissimum dicendi genus. Paulus utitur in multis locis maiestate, & excellentia orationis. &c. Sed si compares Paulum, cum Demosthene: reperies grauiores locos, quam in Demosthene: nunc loquitur splendidè de suis periculis, nunc præclarius promittit de sua fortitudine, & constantia, longè præclarius loquitur de suo Euangelio, quàm Demosthenes de sua lege. Georgius Nazianzenus, Chrysostomus, nonnè perspicui, & ornati scriptores sunt: an idcircò aliquid imminutum habent in pietate? &c. cur hoc tempore nos non idem facimus? At nos malumus Arabes imitari, quàm Galenũ. Et doctrina ostendit se non puritate, sed barbarie.

Cum tria sint dicendi genera, quæ habere oportet oratorem perfectum, & summum, graue, tenue, & intermedium: oportet singula hæc tria, habere quatuor uirtutes, quas uocat Aristoteles ἀρετὰς, Crassus nominat modos, id est, τρόπους loquendi, siue enim teres sit oratio, siue intermedia, siue grauis, oportet ut & puritatẽ, & perspicuitatem, & ornatum habeat. Est enim etiam ornatus in tenui re: Postremo etiam decorum. Ciceronem

rum purum uoco eum, qui apud Romanos dicitur ser-
mo Latinus. Et puritas nihil aliud est, nisi Latinitas, &
apud Græcos purus sermo est ἑλληνικὸς λόγος, καὶ Ἀτ-
τικὸς, Attica oratio ἀττικὸν ἴδιος τῦ λέγειν. Puritas consi-
stit in uerbis primum singulis, ut singula uerba sint La-
tina, ut nullum uocabulum sit extraneũ, Ethnicum, pe
regrinum, barbarum, uitanda est omnis barbara λέξις,
βάρβαρον ὄνομα. singula uerba uoco non solum no-
mina, & uerba: sed etiam particulas, cum, tum, tam,
quàm: item. Ad, Con, In præpositiones: pronomina,
quæ habent mirabilem elegantiam: si rectè adhibean-
tur, barbariem, si tractentur neglectim. Deinde consistit
puritas in sententiarum formulis, et uerborũ connexio-
ne, quàm esse oportet Latinam. Hanc puritatem hodie
ximus. In hac puritate recuperanda fuit diligentis-
simus Longolius, sed nimis fuit superstitiosius: sed quid
Bembus, & Sadoletus isti fecerint, facile animaduertet,
qui illis fuerit uersatus. Caussæ barbariei sunt hæ,
una est, quòd sermo Latinus non amplius nobiscum na-
scitur. unà enim cum ipsis infantibus nascebatur. Nam
nutrices ex uberibus maternis sugebant Latinæ linguæ
succũ. Accipiebant igitur illam à natura, à parentibus, à
pedagogis, ab æqualibus, in ludis literarum. Solùm e-
rant occupati in delectu uerborum. Et ex copia deligere
uerba meliora, summa laus erat apud Roma: Altera
causa est, quòd pauci iam colunt eloquentiam: pauci
sunt studiosi huius puritatis: unà cum ætate incipiunt
ipsa eloquentiæ languescere. & nisi studium dicendi
cito reuocetur: paucis annis relabemur in barbariem.

Barbariem sequitur fœdatio doctrinæ Ecclesiæ, fœdationem rursus ceremoniæ idololatricæ. Quemadmodum enim cum studio literarum recuperata religio est: sic etiam ueniemus in eandem barbariem, hoc neglecto, atq; contempto. Tertia causſa est: quòd artes, & disciplinæ sunt corruptissimæ, uerba quæ uocantur τεχνικὰ, uel sunt singularum artium ut αὐτοσχεδιάσμ: sic ethica sua habet uocabula propria, ut est Stoicorum κατόρθωμα, rectum officium, ut sunt multa uocabula Rhetorum, iurisconsultorum, & Physicorum, ut uocabulum ἐνδελέχεια, apud Aristotelem. Inter τεχνικὰ intelliguntur etiam uocabula dogmatum, & opinionum: unde προηγμένα, antegressa nominata à Stoicis, uel sunt ἐθνικὰ ῥήματα, gentilia, id est, peregrina, hæc uocabula nos non retinemus, ut uersa sunt à Ciceronе, à Catone, à Varrone, à Cornelio Celso: sed sumimus & præferimus Arabica, Scoti, Thomæ Aquinatis, scholasticorũ, & similium, malumus dicere promouere, quam innouare: Intimare, quàm proscribere, malumus dicere definitio substantialis, quàm, uera rei definitio, quàm definitio propriè rem exprimens: definitio accidentalis, quæ rei fortuitæ, cum tamen apud Græcos non sit eiusmodi uocabulum, sed κατὰ συμβεβηκὸς dicunt. Et apud Græcos est οὐσία, uetustissimum uocabulum à Platone usurpatum, ante Platonem, Socrates, etiam eo est usus. Cicero tamen nusquam uertit substantiam, sed uocat naturam rei. Nam οὐσία nihil aliud est, quam perpetua rei natura. Sic dicunt Græci ὅρον περὶ οὐσίας, definitionem rei ueræ, non οὐσιώδη. Nos sumus audatiores, qui audemus

rum dicere definitio ſubſtantialis. Scribamus purè: ſumamus uocabula artis, ſed ut Plato et Cic. Sed ignauia et pigritia eſt, utiluerbis barbaris, & eſt ſtultitia, putare ſermonem barbarum eſſe ſimplicem. Doctrina Euangelij eſt ſimplex, ſed omnia uerba ſunt Græca, Hebraicis utitur formulis Paulus autoritatis gratia. Aliud eſt nouatis uti, autoritatis, aut neceſſitudinis cauſſa, aut lepôris gratia: aliud eſt temerè uti peregrinis, cæterarũ gentium & nationum: ab eloquentiæ ſtylo certè Scotus eſt remouendus, Tho: Aquinas, & id genus ſcriptorum. Lactantius ille purus eſt, purus ipſe Hieronymus: præſertim adoleſcens, & in uirili ætate, Cyprianus uerè floridus eſt, magis uidetur Rhetoricari, quàm θεολογίζειν, Cur non hos imitamur? Paulus dignitate uerborum nec Demoſtheni quidem cedit. Quid purius quam religio? quid grandius quàm Deus? Res grandes requirunt grandem orationem. Videantur loca quædam Prophetarum, quàm grauia ſint, quàm illuſtria, quanta poteſtas ſit in ipſis uerbis. Impurè ſcribere in religione, eſt Chryſoſtomũ deformi figura pingere. ſi picturæ uituperande ſunt in negligendo, quanto magis impuritas in ſcribendo? Oportet igitur corruptum ſermonem Latinum emendare: & oportet uerborum delectum reuocare ad originem ſuam, et facere quod Latini fecerunt. Quot fuerunt uerba apud Ennium, quibus ne populus quidem uti uoluit? taceo de oratoribus, quot uerba ſunt apud ipſum Plautum antiqua, quot modi & formulæ loquendi, quarum nihil inuenimus in Ciceronc, nec quidẽ in Liuio, cum tamen hiſtorici ſint liberiores. Sic de Vir

gilius dicitur, qui ex ſtercoribus Ennianis legerit gemmas. Summa cura adhibenda eſt in principio exercitationis: oportet enim nos exercere in certis, non in incertis, in ueris, non in dubijs, poſt exercitationem licet aliquando decurrere ad alios: ſed propter tres cauſſas. Vna eſt neceſſitatis, cum cogimur uti aduerſariorum uocabulis, cum illum uolumus refutare: Altera, cum non extant alia propter autoritatem. autoritas cogit nos retinere uerba Stoicorum, Ariſtotelis, utuntur etiã aliquando ciuſmodi uerbis nouis, & peregrinis, lepidè & facetè, uenuſtè, lepôris cauſa, ſed parcè, & ſobriè debemus hæc facere, ſobrietas enim & parſimonia requiritur etiam in optimis. Non uitupero adagia, aut prouerbia, habent enim egregias Græci ſententias, laudo adagiorum cognitionem, laudo etiam memoriam, laudo etiam uſum: ſed quoties neceſſarium eſt, temperatè his utendum eſt: ut Cicero fecit, ut hæc. Nimis magnus ornatus eſt, deformitas. Ornatus conſtat ex uerbis quotidianis tanquam, cibo quotidiano, non ſolum ex carnibus Gallinaceis: ſed etiam bubulis. Vt igitur quotidiano pane, & cibo utendum eſt: ſic etiam quotidianis uerbis. Copia tamen uerborum eſt cõparanda, ex omni genere bonorum ſcriptorum, ſed primam operam debemus conſumere in Cicerone: uerba huius ſunt in ordinem digerenda, ſingula ordine ſuis partibus ſunt diſtinguenda, quod deeſt in Cicerone, illud ex Cæſare ſumi poteſt, qui uerba habet urbana, quotidiana, etiam militaria: ſine periculo Cæſar poteſt legi, tametſi pleraq; omnia bona ſunt apud Saluſti. Varro eſt purus ſcriptor,

ptor, suppeditabit uerba rustica: quæ apud Ciceronem non habentur: ex Catone accipiãtur: si quid desit ex his duobus, eundum est ad Columellam, tametsi est obscurior. Plinius etiam implebit id, quod deest in cellulis oratorijs, multa Geographica, & rustica & physica dabit. Sic Liuius rectè legitur ob uerborum coaceruationẽ. Cornelius Celsus tam purus est in re medica, quã in re rustica ipse Varro: sed tamẽ ipse Liuius habet meliora uerborum genera libro primo ab urbe cõdita, quã in postremis. Aliter loquitur apud Liuium Tarquinius superbus: aliter Cato Maior, aliter Hortensius, & qui fuerunt proximi illi ætati: Lucretium ualde laudo, nam est uerè Latinus, sed est tamen etiam apud illos quibus uti nolim. Plautus habet quæ magis mihi placent, quàm nonnulla apud Terentium: apud quẽ tamen omnia sunt bona, fuit enim Ciceroni familiaris, lectione, cur igitur ex eo non comparemus uerborum copiam? Sed Plautus multa habet anilia, in quibus utendum est iudicio. Velim ἀνάλυσιν oratoriam inchoari à Cicerone: & deinde descendi ad proximos huic puritate. Prima igitur συλλογὴ est collectio uerborum, copiosus thesaurus, linguæ Latinæ comparatus odine naturali. Deinde post collectionem, sequitur διάκρισις, distinctio, et iudicium, electio, siue delectus: debemus separare ab oratorijs historica, ab historicis Poetica, à quotidianis rara, à rariis antiquata: noua separare à nouatis. Nouum uoco, quod antea non extitit. Nouatum, quod ex nouo extitit, indutum quasi alia ueste: quod habet quandam transfigurationem, ut: beatus beatum esse: nouũ Beatitas, est infle-

xione nouum, nõ nouum re ipſa, ſuaq; natura: diu enim fuit uſurpatum. Sic apud Platonem οἴησις, opinio. Et hæc ipſa ſunt ſeparanda à non uſitatis. In non uſitatis, ſequi debemus tria: autoritatem, neceſſitatẽ, & leporem. Poſt διάκρισιν ſequitur τάξις λεξικὴ, collocatio uerborum, debemus copiam redigere in ordinem, ſed hæc collocatio non debet ſequi ordinem literarum, ſed ut dixi, naturam. Primum igitur in natura eſt Deus, debemus igitur Deum primo loco ponere: Deinde ſequitur natura, Creatura: cælum, terra & quicquid in his continetur, ſupera eſt in ſera: primum diuina, deinde naturalia, Tertio humana, præſtantiſſimum, igitur animal, homo eſt, hominis cauſſa omnia facta ſunt, hominem diuides in in animum & corpus, anima ſuas habet partes, quot membra in homine tot ſunt actiones, & habitudines, in corpore ſunt membra, & ſenſus, & eorum inſtrumenta: oculorum uidere eſt, manuum eſt tangere. &c.

Scholæ, in

CAPVT. V.

DIximus unum eſſe ſummum & præcipuum, quod imitator debet ſpectare, & quaſi exprimere. Quoniam enim imitatio eſt alicuius rei, imitatio eſt, exempli imitatio, oportet ſcire, quod nam ſit illud exemplum. Id autem exemplum eſt τὸ ἴδιον τῆς λέξεως, genus dicendi, quod Hermog: uocat ἰδέαν τῆς λέξεως, alij uocant χαρακτῆρα. Dicendi autem ἰδέαι non ei-

in

inuestiganda more Socratico, & Platonico, contemplatione rei uniuersæ: non est ἰδέα deducenda ex cerebro ipsius Iouis: in locis cœlestibus, sed humi nobis & terra, & in hac uita est inuestiganda, & considerandaidest, in Cicerone, & Demosthene, in Ciceronis & Demosthenis genere dicendi. Forma autem ipsius Ciceronis est tripartita, confecta ex tribus characteribus. Vna autem ratio sita est in subtilitate, qua utimur in docendo, in refutando, in rationibus nostris concludendis. Quarum alteram uereor, &c. Alter autem modus situs est in grauitate, in dignitate, quæ uocatur ἀξίωμα, amplum dicendi genus: quo utimur in animis hominum quasi inflammandis, ut in amplificationibus, in perorationibus, in grauissimis contentionibus, pœnarum & supplicium, uirtutum & scelerum. Tertius est, quòd inter hæc duo intermedium est, quod mediocre est, quod temperatum est, quæ habet summi remissionem, quo genere utimur plerunq; in exordijs, & in oratione morata: in animis eorum, qui audiunt conciliandis, in beneuolentia, scilicet, & gratia colligenda. Sic primi generis est docere: ut in Narratione, & confirmatione: secundi generis est flectere, & concitare, ut in epilogis. Tertium genus est conciliare, id est, delectare: ut in exordijs. Morata enim oratio dirigitur ad uoluptatem, & suauitatem, nihil enim uirtute est suauius, nihil amabilius. Et in orationibus Ciceronis, hæc tria diligenter sunt obseruanda. Nulla oratio est quæ non habeat ἄνεσιν, id est, remissionem à summo, & quæ non habet, ἔπαρσιν, καὶ ἔντασιν, id est, quasi elationem, ex-

tensionem, & intensionem ultra mediocritatem. Sed hæc tria in se continent singula quatuor modos loquendi τρόπους τῦ λέγειν, quorum primus, est purus, ut oratio sit pura. Puritas apud Græcos uocatur ἑλληνισμὸς, Græcismus, apud Romanos uocatur Latinitas. Et hæc puritas consistit maxime in delectu uerborum. Debemus uerba deligere quæ Latina sunt, reijcere barbara. Barbara uoco ea, primum quæ sunt ἐθνικὰ aliarum gentium, & populorum. Deinde barbara sunt, quæ in nostra lingua corrupta sunt. Pura sunt, quæ sunt Romana, cuiusmodi sunt uerba, & nomina apud Ciceronem inprimis, deinde apud: Cæsarem: apud Plinium, apud Cor. Celsum in re Medica, apud Varronem, in re rustica, etiam multa apud Columellam, tametsi sit corruptior. In his enim scriptoribus nõ errari potest, omnia sunt quotidiana, pura, proprie significantia. Puritas est etiam petruenda ex Plauto, ex Catone de re rustica, sed ibi oportet iudicium adhibere, ut uitemus quæ sunt antiquata, &c. quæ sunt commutata cum melioribus temporibus, Crassi, Anto: &c.

Deinde etiam ostendi paucis, quomodo hæc uocabula debeant redigi in ordinem naturæ, in ordinem Philosophicum, qualia lexica sint conficienda, qualis debeat esse thesaurus linguæ Latinæ & Ciceronianæ: ut ipse scilicet ueterum, adferat secum omnes definitiones artium, & disciplinarum, omnes etiam diuisiones, id est, omnem uarietatem naturæ: ut huiusmodi lexica non habeant applicabilia, sed applicata, &c. ut si quis sequatur ordinem huiusmodi commentariorum illum nulla

possit

possit dicere oratio Latina. Sed non satis est orationem esse puram: sed oportet etiam esse orationem dilucidam, & perspicuam, quæ uirtus uocatur apud Hermog: ἐνάργειαν, quæ nihil aliud est, nisi perspicuitas, σαφήνειαν, efficiens non solum intelligentiam, & σύνεσιν, sed etiam adferens κρίσιν, iudicium, ut iudicare possis propriè, & distinctè. Qui perspicuitatis uirtutes uult consectari: is debet obscuritatis uitia uitare & fugere: omnia quæ puritatis sunt, illa sunt reuocanda ad perspicuitatem. Nam ipsa impuritas secum adfert obfuscationem, & obscuritatẽ. Impurus etiã & sordidus pannus oculos offendit, ut iudicare non possis, quo filo contextus sit pannus: & propterea uerba uitanda sunt inusitata ἀχρησίας: quæ non sunt in usu, id est, non amplius cognita, propter uetustatem: cuiusmodi habetis multa notata apud Nonium Marcellum, Plautum, uerba scilicet, ἀχρησία, non nostri usus, non nostræ consuetudinis, Plautus bonus & optimus est, sed hæc quæ ἀχρησία sunt apud Plautum sunt uitanda. Ista ἀχρησία est temporis, & est uetustatis, Vitanda etiam sunt ἄκυρα, quæ rẽ non notant propriè, quæ notam rei propriè non exprimunt, uerba enim debent rerum magnitudini respondere. Aliud est ἀκαιρία, aliud est κατάχρησις. Ακαιρία non satisfacit rei præsenti, non exprimit rei ideam. Quemadmodum Dialectici requirunt plenam definitionem: sic Rhetores requirunt plenam rerum potestatem, & uerbi significationem. Quid sit ἄκυρον, potest cognosci ex proprio. Quæ duæ res, &c. sunt uerba κύρια, ibi est κυριολογία. Verecundia est in ipsa uirtute. Alteram

metuo) ſcilicet grãtiam, gratia eſt quæ uim adfert, gratia eſt aliquid uiolentum, atq; ideo eſt metuenda, & extimeſcenda. Deinde uitanda ſunt uerba ὁμώνυμα, quæ ſunt πολύσημα: quæ diuiduntur in multa ſignificata. Vitentur ineptæ ὁμωνυμίαι & frigidæ, quæ nullum habent ſalem, ſunt enim quædam ὁμωνυμίαι laudabiles, ut illud brachium fregit, qui ſuum brachium fregit: brachium etiam frangit fur, qui ſimulachrum aureum auſert. Hæ Homonymiæ ſunt laudabiles, habent acumen, habent urbanitatem. homonymia eſt in ſingulis: ambiguitas eſt in compoſitis uel conſtructis. Vitanda etiam ſunt κακόζηλα, κακότροπα, malè conuerſa uerba, uerba longe petita, à rebus non cognitis, & non intellectis. Κακόζηλα ſunt, quæ à rebus incognitis ſumuntur: quæ nimis longe petuntur, ut: nemo Scyllam uidit, & Charybdẽ res nimis ſunt remotæ: quæ nõ ſuppeditant materiam perſpicuitatis, ſed res noſtræ Reipub. noſtri agri. Κακότροπα ſunt, quæ nimis longè repetuntur. Sumuntur tamen aliquando à rebus remotioribus: ſed apud doctos et eruditos, docti ſciũt, quid ſit Chameleon: quæ natura ſit, quàm uaria, & inconſtans: doctus ſcit quid ſit Proteus, mutans uultũ ſuum. Sed aliud eſt apud doctum dicere, aliud apud populum habere orationẽ, aliud apud iudices. Vitanda etiam eſt μακρολογία, id eſt, periodi nimis longæ & circumductæ. Conſiſtit perſpicua oratio in μονολογίᾳ, διλογίᾳ, τριλογίᾳ, τετραλογίᾳ facere longas ἐντάσεις, ambitus longas dilationes, eſt obſcurum, fatigat intellectum. Quemadmodum graue onus fatigat uires corporis: ſic periodus nimis

longa,

longa, fatigat animum, & uires ingenij. Deinde uerborum Hyperbata, in hac forma sunt declinanda: Delectantur quidam crebris παρενθέσεις, sed omnis, διάπτωσις, nisi rectè adhibeatur, facit orationẽ obscurã, ideoq; raro inuenietis talem apud Ciceronem. Tertiò uitanda sunt, quæ sunt perturbata, & inuersa ut: Fabula, qua Paridis narratur, &c. Obscura est, propter uerborum ἀνάστροφὴν, inuersionem, uerba nõ sunt collocata, neq; Grammaticè neq; Dialecticè. Hoc licet Poetis, sed non licet oratoribus: quibus alia instituenda est collocatio uerborum. Quarto uitanda sunt ἄτακτα, cum species miscentur generibus, cum tempora perturbantur, ordo non retinetur temporum, cum causſæ non retinetur dispositio. &c.

Vnumquodq; igitur dicendi genus generale, & superius ex his tribus habet suam puritatem, quæ consistit in uerbis Latinis, in sententijs apertis: ornatum, qui consistit in uerborum & sententiarum luminibus, & in decoro rerum, personarum, causarum, locorũ, temporum, & reliquarum circumstantiarum, siue attributionum. Et de puritate hactenus. Nunc de perspicuitate, seu de modo dicendi perspicuo. Est enim quidam modus, id est, τρόπος claritatis, & perspicuitatis, id est, σαφηνείας, quæ primum continetur puritate. Quemadmodum enim pannus purus est nitidior, quàm impurus, immundus, sordidatus: sic oratio etiam pura uerbis, & uerborum compositione est clarior, & dilucidior, quã quæ uerbis est impura, barbara, & tanquam sordida.

Opor-

Oportet igitur in perſpicuitate uerba eſſe uſitata, τῆς χρείας τῆς ἡμετέρας, noſtri uſus, & conſuetudinis. Nam peregrina, & antiquata, & barbara ſunt obſcura, uerba τεχνικὰ, in artibus, & diſciplinis, Theologorum, Medicorum, Artificum faciunt orationem obſcuram, quoniam non ſunt uſitata, id eſt, rerum uſitatarum, cognitarum, & approbata à conſuetudine. Vſitatum eſt re, id eſt, notitia rei, neq; hac ſolùm, uerum etiam conſuetudine populi, conſuetudine ciuili. Quemadmodum enim pane utimur populari: ſic debemus etiam uti oratione populari, conſuetudine, ſcilicet, Romanæ ciuitatis. Deinde oportet habere uerba propria, quæ ſignificant rem propriè, et expreſſè, uel quæ ſunt propriè ſignificantia, ἰδίως σημαίνοντα: quæ rem propriè ſignificant Res uniuerſa exprimitur uerbis generalibus. Partes exprimuntur uerbis (ut Dialectici uocãt) ſpecierum: ſpecies ipſæ exprimuntur differentijs. Sic proprietas uerſatur in generibus, in formis, in differentijs. Si uerba propriè ſignificantia ſunt bona: Ergo ὁμώνυμα, id eſt, ambigua ſunt mala: quæ in diuerſas partes trahuntur. Deinde non ſolum propria uerba faciunt orationem perſpicuam, claram, illuſtrem, ſed etiam uerba translata, atq; conuerſa. Vocare hominem improbum, eſt uerbum ſignificans, & proprium. Improbus eſt enim is, qui non eſt moribus probatus, uocare hominem ſceleratum, eſt uerbum propriè ſignificans, ſed proprium in genere. Appellare autem fœneratorem, eſt proprium ſpecie: ſic etiam nominare peculatorem, furem publici ærarij eſt ἐιδικόν. Iſta ſunt propriè ſignificantia.

cantia. Sed non solùm propria faciunt orationem perspicuam: sed etiam conuersa, τετραμμένα. Vocare pestem Reipub: perniciem, dedecus urbis, bestiam, feram nominare, sunt significantia, sed sunt conuersa: ex uerbis usitatis, & propriè significantibus. Significatio propria est duplex: uel est propria ἀληθείᾳ, id est, ueritate, ut: uocare furem furem, peculatorem peculatorem, proditorem proditorem, sunt ἀληθῶς ἴδια reuera: alia autem sunt propria ὑπερβολῇ, exaggeratione, ex uno crimine omnia crimina facere, ex uno peccato, facere hominem improbũ, & sceleratum. Exaggeratio etiam ponitur loco propriorum. Ex uerbis autem proprijs, & significantibus potest fieri obscura oratio: Primum ex genere sententiarum: si afferuntur recondite, longè petitæ: Scylla est proprium uerbum, Charybdis, item & Chameleon. Sed faciunt orationem obscuram, etiam si propria rerum sint uocabula. Non omnes uiderunt Crocodylum. Si in culina loquaris, aut in platea, Crocodyli lachrymæ, non omnes intelligerent. Igitur sententiæ sumptæ de populi consuetudine et re præsenti, faciunt orationem perspicuam, non ex India repetitæ. deinde uerbis significantibus & usitatis exparatibus fit oratio obscura συνθέσει, compositione: si crebris utaris παρενθέσεσι, incisionibus sententiarum, alia interposita. Fit sententia obscura etiam ὑπερβάτοις, uerbis traiectis, traiectionibus longioribus. Fit etiam perturbatione constructionis. τῇ συνθήκῃ, ut: Fabula qua Paridis, &c. Deinde sententiæ fiunt obscuræ prolixitate, si sententias facis nimis longas, periodos nimis

multis

multis membris constantes. Breuitas facit orationem perspicuam, facit etiam obscuram. Sed breuitas perspicuitatis est huius loci. Quemadmodum enim corpora nostra magnis oneribus grauantur: sic animi & mentes nostræ obruuntur prolixitate membrorum, atq; periodorum. Prima sententia in causſa Quintiana, est uel de perspicua. Quæ res) est subiectum infinitum. Hæ contra nos &c.) est prædicatum. Sed subiectum fuit infinitum, propterea facit in tertio membro subiectum finitum: & affert uerba propria: quarum alteram metuo. Subiecta est post sententiam apertam, distinctio rerum ferè dialectica, & Philosophica. Audio quid dicat, quid sentiat non intelligo: Dicit eloquentia, quid sit eloquentia scio, quid item gratia non ignoro: sed utrum horum metuat ignoro, nondum possum iudicare, utrum uerũ dicat, an falsum. Oportet igitur perspicuum facere, nõ solũ intellectui, sed etiã iudicationi. Quid igitur subiungit? declarationem, σαφήνειαν. Dicit enim, eloquentia Q. Hortensij ne me impediat in dicendo: perspicuum facit, quod est obscurum, est factus σαφηνισμὸς, notatione subiecti & personæ. Eloquentia Q. Hortensij etc.) & deinde uerbo significante, nonnihil commoueor. Vereri est uerecundiæ, est pudoris Res diuinæ reuerendæ sunt, uirtus ipsa reuerenda est, ipsa eloquentia uirtus est. Gratia Sex: Næuij &c. Metus seu timor, est periculorum, est nocumentorum, est detrimentorum, est calamitatum. Proposuit rem totam: Quæ res dixe) posuit τὸ ὅλον numerosè, & finitè, distinxit acutè: Quarum alteram uereor &c. sed explicat eadem luminosè.

Elo-

Eloquentia Q. Hortensij &c. Nihil ad hanc perspicuitatem uidetur addi posse. Sed non satis est, uidere, quomodo res dicantur, quomodo inter se differant: sed oportet etiam uidere rei qualitatem, & quantitatem. Res uult uideri tota & uniuersa. Qui uidit galeam Aiacis, cupit etiam in illa uidere uultum, oculos, totam faciem, Thoracem uidere, etiam humeros. Tum orator uiáq; perspicuitatem adipiscitur, cum magnitudinem ostendit, & propterea πρός τι addit comparationem personarum scilicet in quarta periodo. Neq; hoc tantopere) sententia διακριτική, confert enim summũ cũ mediocribus. Hæc summa esse in illo, et est propositio exagerans, quantitas est proposita, sed nondum est iudicata, nondum est probata. Non satis est exaggerare, sed oportet intelligenter exaggerare. Propterea addit. Verum ita &c.) Ibi ostendit differentiam rei mediocris, et summæ. Duo requiruntur in oratore præcipua: Ingenium, & usus. Per ingenium intelligit primùm indolem mentis: deinde artem, doctrinam & usum, usus requiritur ipsius artis. Cum patrono diserti ssimo, Pub: Quintio, cui tenues opes.) Iam est perspicuitas, res enim est proposita numero, res numerosa distincta est proprietate uerborum: & expositione uerborum, ipsa distinctio est illuminata, omnia etiam demonstrata sunt, quã sint magna, & parua. Hæc est plena perspicuitas, quæ cõsistit in numero, in distinctione, in expositione, in amplificatione: & hæc est oratoria perspicuitas, cum intelligitur quid sit, & quottuplex sit &c. cum tota demonstrata est, tum dicitur perspicua oratio, quæ consi-

stit

ſit ἐν τῷ ὅλῳ, ἐν ταῖς μέρεσι, ἐν ταῖς διαφοραῖς, illuſtribus & plenis, & ipſis rebus comparatis. Hæc eſt perſpicuitas ὁλόκληρος, integra. Qui uult Ciceronem imitari, ille debet diligenter obſeruare, quot genera ſint perſpicuæ orationis. Vnum genus perſpicuitatis eſt narrationis, oportet enim oratorẽ eſſe in Narrando perſpicuũ. Sunt autem narrationes quædam, quæ ſunt ſimplices, quæ habent ſimplicem expoſitionem, quæ habẽt unum finem, docere ſcilicet: Simplex Narratios, eſt rei nudæ expoſitio. Quæ igitur eſt narratio non ſimplex? quæ eſt ἠθική, quæ habet expoſitionẽ morũ, quæ ad res addit mores. Cũ igitur ad facta adduntur mores, & oratio fit ἠθική, morata: tum non amplius dicitur ſimplex: cum mores hominum etiam in narrando explicantur. uel leni motu, ad conciliandum, uel motu uchementi, tunc oratio eſt compoſita ex duobus generibus ſententiarum, ex ſententijs factorum & uerborum, & ſententijs morum. Alterum genus perſpicuitatis ſolet adhiberi in partiendo, in partitionibus: partitiones perſpicuæ eſſe debent, & illuſtres argumentationes. Sic perſpicuitas requiritur in ſimplicitate: requiritur etiam in motu, & conciliatione, ut in argumentatione. Eſt igitur quadripartita perſpicuitas: una ſimplex in narrando: altera acuta in diſtinguendo, & argumentando: tertia ſuauis, in conciliando: quarta grauis, concitata, uehemens in commouendo.

Sunt ergo duo genera perſpicuitatis, quorum primum poſitum eſt in breuitate, & ſimplicitate, cum ſingula

singula intelliguntur. Vos isthæc intrò auferte, abite. est perspicuitas breuis, & contracta. Alterum genus perspicuitatis est explicatum, quod requirit explicationẽ, cuius exemplum illud est in Quintiana. Prima enim periodus habet perspicuitatem simplicem, & apertam, est ἀυτοτελὴς, intra ambitum. Quæ res in ciuitate duæ plurimum &c.) perspicuitas est perfecta in una periodo. Deinde sequitur altera, Quarum alterum &c. Ibi aliquid obscuri est, non enim omnes intelligunt quid discriminis sit inter uereri, & metuere: deinde non est explicatum quid, aut quem metuat, opus igitur erat explanatione, se commoueri eloquentia Hortensij, & ostendit se extimescere gratiam Sex: Nœuij, Pub. Quintio ne noceat. Est perspicuitas facta ἐνθυμήματα: & huiusmodi sententiæ sunt obseruandæ in Ciceronc. Neq; satis fuit oratori rem distinctam indicare. Res, quæ sæpenumero propter puritatem non benè cognoscuntur, earum magnitudo facit, ut melius intelligantur. sic ostendit hæc duo non esse admodum metuenda, si in ipso essent mediocria: sed ostendit se inferiorem esse Hortensio, eloquentia. Sed perspicuitatem debetis obseruare in materia quadripartita. Vna perspicuitas est simplex, qua utimur in mandatis. Vos Isthæc intrò auferte, abite. Illa προστακτικὰ, sunt simplicia, habent perspicuitatem apertam: uirtus una est Terentiana, lumen adferre rebus simplicibus. Altera autem perspicuitas est in rebus differentibus, in distinctionibus. Ibi requiritur perspicuitas rerum distinctarũ, et in argumentando, argumenta quanquam sunt acuta, debent tamen esse il-

lustria: si fide societas, ueritate amicitia colitur. Coniunctio est ethica, sumpta ex Philosophia morali: sed illæ quæ sequuntur sententiæ, Necesse est, qui amicum, qui socium euertere conatus est, uanum se & impium fateatur, &c. sunt Enthymema in acumine manifestum, & apertum. Tertia perspicuitas spectatur in morato dicendi genere, in conciliando, in hominum moribus, describendis: quartum genus consistit in commouendo, in animorum motibus. habetis exemplum simplicis perspicuitatis, in oratione Cluentiana, Ibi dicit, Larinas quædam fuit Dinea &c. Sententia est sumpta ex media consuetudine, nihil habet in se obscuritatis: conferte hanc sententiam cum illa: Si societas fide, amicitia pietate colitur: uidetur illa longe obscurior, quàm hæc. Sed hæ sententiæ sunt nobiscum natæ. Larinas quædam fuit Dinea, nihil est apertius, sententiæ igitur sunt communes, & nobiscum natæ: deinde membra minutiora, breuia, nulla hyperbata, & parentheses. Et C. Marium & filiam) sunt sententiæ communes, nulla incisio ipsius sententiæ. Marc. Aurius in bello &c. Hæc sententia est paulo prolixior, est quidem oratio circumducta in hoc loco, habet aliquam ἀνάπαυσιν, nihil enim est tam minutum, quod non aliquando grandescat, nihil est tam lene, quod non alicubi habeat modum. Ita in hoc loco ne oratio nimis esset supina, orator uitans ἄνεσιν, remissionem, aliquid addit granditatis, scilicet sententiam longæ periodi. M. Aurius adolescentulus captus, bello Italico, interposuit tempus, addit etiam locũ, Apud Asculum. Prima sententia est producta & περι-

περιε-

ἐνθυμήμα. Sententiæ περιπεπλεγμέναι dicuntur, quæ habent multa πλοκάς, quæ ex multis sententijs constant, quæ habent ἀνάλυσιν multarum sententiarum. Sic iste Mar. Aurius fuit captus, scilicet apud Sergium, interficerios fuit damnatus. Multæ sententiæ contractæ in unam sententiam breuitate sunt illustres. Hoc Cicero nimium est, efficere ne sermo sit nimis remissus, & exilis, ne nimis ignauus. Numerius autem, id est, eius) sententia est communis. Relinquere hæredem, facere hæredem, sententiæ sumuntur è media consuetudine, expressæ tamen uerbis Latinis. Quis nam est hæres? heres relinquitur is qui natura est hæres. Sed hæc narratio uarios habet exitus, & casus, habet περιπέτειαν, id est, exitus subitos, & inopinatos. Mar. moritur deinde filij etiam moriuntur. Fecit) facimus testamento: relinquimus successione naturali. Hoc exemplum est ἁπλοϊκῆς ἀπλῶς, in qua nullus est tumor, neq; captum est ullum ἀξίωμα, sed est narratio simplex, in re tristi uariæ scilicet mortes; uarij casus breuiter expressi, & quasi percursi. Hæc prima ratio perspicuitatis uidetur ἀνεπίφθονος, facile comparabilis, uidetur à quouis posse comparari, uidetur, sed non semper est. Necessariæ sententiæ considerantur personis, rebus, & factis: Deinde preteritione necessariarum, superfluarum, hoc est, captatur & comparatur ista facultas remotione. Deinde non solùm necessariæ sententiæ sunt eligendæ, sed etiã quæ habent aliquem motum, quæ afficiunt auditorem, sicut in hoc loco, relinquere hæredem, facere hæredem, &c. est suaue. Mori autem, morte separari est in

ſuaue. Sic cum læta miſcentur triſtibus, tum oratio ſit laudabilis: ſic in iſta breuitate, & perſpicuitate diligenter ſunt conſiderandæ tales περιφράσεις. Res obſcuras diſtinguere perſpicuè, hoc eſt boni oratoris, imò Dialectici, & Philoſophi. Orator debet orationem illuſtrare populariter, ut populus poſſit quod dicitur, intelligere. In prima Verrina. Quas res luxuria, in flagitijs, &c. Eſt Philoſophica diſtinctio. Quæ cauſſa eſt flagitiorum? luxus, & luxuries: Quæ cauſſa ſupplicio-rum? homines crudeles: quæ cauſſa eſt rapinarum, & peculatus? auaritia, quæ cauſſa eſt contumeliæ, ignominiæ? ſuperbia, animus elatus, homines ſuperbi plerumq; ſunt contumelioſi. Acuta diſtinctio, una comprehenſa periodo, ſed tantum populariter intellecta. Eſt igitur perſpicuitas diligenter adhibenda in diſtinctionibus. Perſpicuitas etiam ſpectatur in argumentando, cum res explicatur omnibus circumſtantijs, cum orator τὰ ἀπ' ἀρχῆς percurrit, id eſt, πρῶτα, καὶ τελευταῖα, huiuſmodi enumeratione facit rem perſpicuam. Quære, quare ſit abſolutus) Interrogationes exagitant aduerſarios, item προσταξεις, mandata, ſententia hæc, Pro Roſcio Comœdo, eſt argumentoſa, interrogatum argumentum, incipit à cauſſa efficiente: quæ cauſſa erat, cur non erat abſolutus? Integritas cauſſa fuit abſolutionis. Quid enim eſt factum: uenisti domum ultrò, non uocatus. Argumentum ſumtum eſt à loco, à nullo impulſus, niſi à te ipſo. Satis feciſti) adiungit τεκμήριον.

In diſtinctionibus etiam) Tria ſunt genera Narrationum

tionum apud ipsum Hermog: seu modi, id est, τρόποι: Vnus simplex, ἁπλοῦς, cuius hactenus proposuimus exemplum: alterum ἐγκατάσκευον, in quo res exponitur argumentose, cum facta, & factorum rationes exponuntur, sumptæ à circumstantijs, à locis, temporibus, et personis, qualis est Narratio Quintiana, quæ est argumentosa, habet rationes, & notationes personarum Nouij, et Pub Quintij. Tertium genus est ἐνδιάσκευον, quod est suffiguratum, quod ponit rem ob oculos, cuius exemplum habetis in oratione Miloniana: talis est & descriptio Syracusarũ, apud Ciceronem, in Verrinis: & crudelitas adhibita illi Syracusano, & tentoria ipsius Verris descripta. Hæc omnia sententias habent claras, illustres, & luminosas. Cum hæc tria sint Narrationum genera, tùm simplex perspicuitas est imprimis consideranda: hæc enim tria conficiuntur ἄρσει, καὶ θέσει, hoc est, elatione & remissione, item ἐλλείψει, defectione, & ἐπτάσει, καὶ ὑπερβολῇ, productione, & superlatione. Istud ἐγκατάσκευον est quasi medium, habet enim res duas, habet expositiones factorum, & deinde etiam expositiones causarum: quamobrem res fidæ sint. Simplicitas autem habet solum ἀφήγησιν, factorum, non autem λόγον, id est, rationem. Alterum uerò quod est illustre, luminosum, splendidum, suffiguratum, habet tria: res gestas, rationes factorum, & utriusq; insignes descriptiones, atq; illuminationes, & subiectiones ob oculos ἐγκατασκευὰς. Si quis uerè uult esse Ciceronianus: is in rebus paruis sectabitur simplicitatem, in rebus magnis, & suauibus, ut in descriptionibus

fontium, urbium, &c. illustrationem: in rebus autem dubijs, & argumentosis, in ipsa narratione sparget semina cõfirmationis. facta enim debent sententijs esse cõfirmata, & stabilita. Et hoc est Ciceroniano more & Demosthenico res exponere, atq; commemorare. Sed nũc solum quod posuimus simplicis narrationis est exemplum. Altera perspicuitas adhibetur in subtilitate, subtilitas opus habet lumine aliquo, omnis distinctio est acuta, est subtilis, & propterea habet aliquid obscuritatis, caliginis & tenebrarum: præsertim, si sunt sumta à Stoicis, ex partitionibus Philosophorum: sic etiam Enthymemata sunt acuta, sunt subtilia ὀξέα ἀρυμέα. Sed est quædam etiam luminosa subtilitas, clara, atq; perspicua in argumentando. Istud igitur secundum exemplũ, quod est secundi generis, est explicatũ à nobis quatuor exemplis. Primum est sumptum ex principio causse Quintianæ. Ibi Cicero incipit acutè: Quarum alteram uereor, iudices, &c. Hoc obscurum est, quid scilicet me tueret & uereretur, opus ergo erat ἐπιδιλώσει declaratione adiecta. Acutæ distinctiones fiunt claræ ἐπιδιλώσεσι, ut hæc ipsa: Eloquentia, Q. Hortensij. Ibi explicat se: Gratia Sex: Nœuij. Nec satis fuit oratori differentiam ostendere utriusq;: sed addit τὸ ποσὸν, quantitatem, Neq; hoc tantopere querendũ esset, si in nobis essent saltem mediocria, sed non solùm breuitas est obscura, sed etiam numerositas, res numerosæ, & uariæ obruunt intelligentiam, offundunt tenebras, impedunt intellectum: Res numerosas, multiplices, uarias, & confusas, inter se partitione comprehendere, & proprie-

tate

ste distinguere: hoc opus, hic labor est: hoc proprium Ciceronis, Demosthenis, Isocratis est, etc. Infinita & innumerabilia fuerunt scelera ipsius rerris, homo confusus ex flagitijs, quæ infinita erant numero confusa, copia & multitudine perturbata: ea Cicero reuocauit ad quatuor capita, seu partes, & copiam dissipatam, & propterea obscuram, fecit illustrem & perspicuam. Quæres in flagitijs, luxuries, &c. Luxus enim causſa libidinum, & illecebrarum. Est perspicuitas captata breui partitione. Hæc partitio est clarior quàm illa superior. Ideò superior habuit explicationem, illa autem non est explicata. Tertium exemplum est medium inter hec duo, Primum exemplum habet expositionem tantùm: secundum habet Διαίρεσιν, Διαιρετικὴν diuisionem: Tertium exemplum habet enthymema, & diuisionem probatam, atq; concluſam. Incipit à distinctione. Etenim si ueritate amicitia, &c. est comprehensio tripartitæ sententiæ. Ex illa distinctione, et argumentatione, ponit primùm maiorem propositionem: deinde continenter concluſionẽ: necesse est, qui amicũ, etc. Verum se, &c. esse fateatur. Quartum exemplum est minus acutum, & propterea paulò clarius, retinet enim numerum rerum. Non enim habet partitionem, neq; distinctionem, sed habet argumenta delecta, signa τεκμήρια, meliores, & proprias rerum notas, & præcipuas, quibus probat nihil debuisse Roscium Comœdum, nullum commisisse furtum, quod exemplum retinet numerum, sed meliorum. Quære quare sit absolutus? Est causſæ interrogatio. Quia erat

ſumma innocentia. Argumentũ abſolutionis, et cauſſa efficiens eſt innocentia, integritas. Quomodo coniuncta ſint tractanda, perſpicuè hoc exemplum oſtendit: oportet ſeruare ordinem, incipere à primis, ſeruare media, deſinere in extremis. Incepit argumentatio ab aſſeueratione uirtutis, quia fuit integer, deſinit autem in negatione uitiorum, in contrarijs.

Tertium genus Perſpicuitatis) Superius poſtremum exemplum habuit argumentationem ſimplicem, & ſolum expoſitionem ſignorum, ex quibus colligitur nihil delictum fuiſſe, nullum flagitium admiſſum: hoc exemplum eſt ἠθικὸν, habet fictiones morum, morum habet expreſſiones, falſarum ſcilicet cogitationum. Sed argumentatio eſt Socratica, ironica, ſuauis, faceta, & urbana.

Suauè iſtud eſt morum expreſſio) Quemadmodum perſpicuitas neceſſaria eſt in Narrationibus, in diſtinctionibus, in docendo, quemadmodum etiam in morato dicendi genere, in conciliando: ſic etiam in commouendo requiritur orationis Claritas, & perſpicuitas ornata. Sunt enim duo genera perſpicuæ orationis. Primum ſcilicet ornatus ſimplicis, alterum autem ornatus illuſtris, atq; inſignis. Sic σαφήνεια eſt, uel ἁπλῆ, ſimplex: uel eſt ἐυσχήμος: habet pulchram formam, & figuram. Huius generis eſt hoc exemplum, ſumptum ex quarta Verrina, & eſt enumerationis potius, quàm narrationis, amplificationis potius, quàm intelligentiæ, & motus magis, & perturbationis, quàm doctrinæ, & fidei.

Iſtud

ſſud enim habet oratorium ornatum, κόσμον ἀξιωμα-
τικὸν, ornatum plenum grauitatis, habet enim ornatū
ὑπερβατὸν, exaggerantem. Dicit enim, nego in Sicilia)
incipit à loco, addit quantitatem, Potens) addit etiam
qualitatem (tam locuplete) addit tempus in qualitate
(tam ueteri prouincia) addit quantitatem diſcretam (tot
familijs) Et hæc ipſa qualitas amplificata eſt altera
quantitate, Tam copioſis. Habet delectum rerum, dein-
de rerum inſignium precioſarum, quæ dicuntur, ἀγα-
θὰ ἐλευθέρια, bona quæ pertinent ad liberalitatem exer
cendam, & ad magnificentiam. Vllum argentum uas,
ullum Corinthium) Res precioſa eſt artificis, & æſti-
matione. Corinthiaca enim uaſa & Deliaca, erant opti
me materiæ, & propter artificium laudabantur. Tran-
ſit ad precioſiora Nego ullam gemmā, ullam dicit mar-
garitam) Ex gemmis nominat precioſiſſimum genus.
Quicquam ex auro & ebore factum, &c.) Rurſum ad-
dit precium. Nego ſignum ullum) deſcendit ad minora.
Auaro) auaritia eſt non ſolum Philippicos nummos
coaceruare, aut nummos aureos: uerum etiam ne terun
cis quidem negligere. Sic amplificatio ſumitur ex re
parua, & minuta Nego ullam picturam, &c.) pi-
cturarum oſtendit duo eſſe genera, quorum unum eſt
in tabulis. In quibus pinguntur imagines, tabu-
le ſunt formarum, ſunt colorum. Alterum genus pictu-
rarum eſt textilium: ueſtes ſtragulæ habent etiam pictu-
ras, ſed non penicillo, ſed acu pictas. Tabulæ pingun-
tur penicillo, textiles acu textoris. Inſpexerit) Inſpici-
mus præſentia. Quod placitum, &c. Certum eſt in hac

enumeratione esse puritatem, omnia uerba sunt puræ: esse etiam perspicuitatem constat, nihil enim est obscurum, omnia sunt clara. Sed præter istas duas uirtutes, habet etiam tertiam uirtutem, quæ est ornatus. Ornatus adhibetur in rebus magnis: uti sunt Regum Persarum Diadema, uectigalia, Insignia regalia, regalis pulchritudo. Hic ornatus est comparatus primùm delectu rerũ, delegit res insigniores, Res scilicet ἐλευθερίας, liberales, quales inueniuntur in ædibus liberalium hominum. Maximi precij erant ebur, & aurum. Sic delegit uasa Corinthiaca, Deliaca, argentea, aurea, eburnea, & marmorea. Deinde etiam uerborum delectũ adhibet: res graues afferunt secum grauia uerba, & graues sententias: uerba significantia afferunt significantes sententias. Deinde etiam ornamenta uerborum, est enim hoc loco ἐπαναφορὰ ποικίλη, uerbum unum est sæpe repetitum, & uaria uerba sunt repetita, & resumpta. Nego in Sicilia tota) prima ἐπαναφορὰ in uocabulo, TAN. Deinde tot oppidis, tot familijs, Deinde redit ad primũ uerbum. Deinde ad tertium transit, Vllum Corinthũ, ullum Deliacum. Aut quicquam) Ibi imminuit rem. Quinta ἐπαναφορά. Neq; in tabulis, &c. sic tractatione uerborum, deinde etiam προσλήψει, assumptione rerum scilicet, prædicamentorum qualitatis, & quantitatis rem exaggerauit. Deinde, hic est grauis perspicuitas. Qui uult Ciceronianus esse, debebit obseruare, quæ perspicuitas sit adhibenda in subtilitate, quæ in mediocritate, quæ sit illuminanda in grauitate, atq; dignitate. Quemadmodum Deus, in fabricando mundo, creauit

initio

initio lucem: ut esset clarum cœlum. Sed non satis fuit diuinæ maiestati, mundum esse perspicuum, uoluit igitur perspicuitatem esse ornatam, Sole, & Luna, syderibus cõiunctis, stellis etiam singulis, fixis, et errantibus, certis spacijs distinctis: quæ omnia fecerunt perspicuitatem conuenientem diuinæ maiestati. Idem orator affectat, & usurpat aliquando clarum in tenebris, & in imperitate: aliquando illustrat orationem sole, & luna, prestantissimis luminibus, aliquando mediocritate est contentus, tanquam lumine ipsius Hesperi, Orionis, & reliquarum stellarum. Sic istud exemplum habet perspicuitatem ornatam, distinctam, uariam, uario lumine, & ornatu.

Scholæ, in

CAPVT. VI.

HAE duæ uirtutes de quibus hactenus, sunt perpetuæ orationis, ἀρεταὶ necessariæ: sed tertia uirtus est propria oratorum. Varro est scriptor purus, & perspicuus, Cato etiam suo tempore erat perspicuus, genere sententiarum, non est autem in eo ornatus oratorius magnus. Hæc igitur tertia uirtus est bonoris, & dignitatis. Hac uirtute orator cæteros scriptores, superat, hic ornatus adhibetur in rebus magnis, non in rebus quotidianis, non loquimur hoc loco de ornatu puerorum, de toga prætexta adolescentum, non de stola mulierum, non de crepundijs infantium: sed

est παρακίνησις Isocratis, ad Nicoclem, & Demonicum: ubi est uerborum munda supellex, & quasi flos quidam uerborum. Sed de hoc ornatu non in hoc loco: hunc relinquimus Panegyricis scriptoribus. Sed loquimur hoc in loco de ornatu oratorio: qui cernitur in argumentando, qui est conueniens probationibus, in rebus scilicet paruis, et subtilibus. In rebus magnis, aptus ad flectendum, ad perturbandũ, ad inflammandũ: in rebus mediocribus, ad conciliandum, & delectandum. Res enim paruæ requirunt acumen, res magnæ motum: res mediocres, motum requirunt mediocrem. De isto ornatu hoc in loco loquimur, & hic est inuestigandus oratoribus: qui in paruis rebus sit subtilis, in magnis grauis, in intermedijs, mediocris, qui ornatus assequitur laudem oratorij officij. Is enim orator est, qui potest docere argumentando, & potest delectare conciliando, & mouere, scilicet permouendo, inflammando, sedando, & impellendo. Sed hic ornatus requirit hominem prudentem, qui multa ipse per se inuestigauit, in partibus scilicet Philosophiæ, studio scilicet sapientiæ, quæ per se inuestigare non potuit, illa ex alijs rogauit, ex doctioribus, ut peritis Dialectices, Mathematices, Physices, cõsuluit etiam orator alios, etiam consulot mutos magistros. Oportet oratorem multa legisse, & eundem etiam multa disceptasse. quemadmodum eloquentia requirit aliorum argumentorum refutationem. Vtile etiam est oratorem interfuisse oratorijs disceptationibus & Philosophorum sermonibus. Et hæc ita uestigata, rogata, lecta, disceptata oportet animo habere cognita,

tu, agitata, id est, meditata, cogitata, memoriæ mandata. Deinde oportet hæc ipsa habere applicata ad usum, & exercitationem, multa scripsisse, multum declamitasse, causas etiam aliquot egisse. Et si quis requirit methodum discendi, illa est posita in his partibus, inuestigatione, interrogatione lectione, disceptatione, meditatione, uel commentatione, non opus est longe potere modū studendi. Qui hæc sex sequitur: is tenet studiendi modū. Sed qui hoc modo instructus, hac sex partium exercitatione, accedente etiam diligentia & industria: illū oportet etiam secum adferat uirtutem. Orator enim est uir bonus dicendi peritus, ut rectè Quintili: definit. Sed uirtus oratoria est duplex. Vna uirtus est uera, posita in ueritate, cum orator est uir bonus, hæc uirtus est bonorum omnium, orator non solum debet uideri uir bonus, sed esse etiam, μὴ μόνον δοκεῖν ἀγαθὸς, ἀλλὰ εἶναι, illa est uirtus omnium bonorum, est uirtus ueri officij, cuiusmodi fuit in Catone, in Fabio Maximo, in Fabricio, in Curtio, in Decijs, qui sese deuouerunt, pro republ. Altera uirtus est oratorum, non posita, ἐν τῇ ἕξει, in habitu, non est, τῆς ἕξεως ἀρετὴ, sed est τῦ λόγυ, est orationis. Orator non solum uirtutē debet comparare, ut uideatur uir bonus esse, hoc est, existimatione, & opinione uirtutis, sed etiam oratione. Oportet ut oratio habeat expressos mores oratoris, & personarum, & significationem uirtutum omnium, & morum suauissimorum, ac dulcissimorum. In quo autem oratore uirtus illa communis, seu uera non est, in illo est ipsa eloquentia furor. Furiosa eloquētia est, quæ clauo caret

uir-

uirtutis & gubernaculis, & hæc euertit ciuitatem. Orator igitur debet esse uir bonus, & illam bonitatem oratione exprimere, atq; explicare. Inprimis autem uirtutem Iusticiæ & sapientiæ, ut orator uideatur esse uir iustissimus, & sapientissimus & prudentissimus. Nemo enim credit, nisi prudenti, & sapienti. Est igitur ornatus dirigendus ad tripartitum finem oratoris: fine etiam & officio oratoris ornatus est metiendus, æstimandus, atq; iudicandus. Ornatus oratoris debet afferre tres commoditates, & utilitates, debet scilicet, docere: sicca oratio non docet: Ornatus debet esse ad docendum idoneus, & hic est φυσικὸς, quàm maximè naturalis, qui maximè accedit ad naturam omnium hominum & ad consuetudinem loquendi, melior tantum est quàm sermo quotidianus. Alius autem ornatus adhibetur ad commouendum, & concitandum, ad flectendum iratum seuerum & sæuum iudicem, ad excitandum ignauũ, ad inflammandum minus stertentem, & tacentem. Inter hos duos ornatus, est quidam intermedius, qui dirigitur ad delectandum, qui quidem mouet, sed absq; lachrymis, cum delectatione, & suauiter afficit hominem. Quemadmodum sunt tria genera rerum, paruæ scilicet & subtiles, quæ opus habent doctrina, & explicatione, & magnæ: quæ opus habent motu: mediocres, quæ opus habent uoluptate: sic etiam sunt tria genera dicendi, et tria sunt genera ornatus: unum genus dicendi est subtile, cuiusmodi est oratio Demosthenis quam habuit de lege Leptinæ, cui Cicero tribuit subtilitatem, & cui orationi similis est oratio Ciceronis pro Aulo

Cecin-

Cecinna, in qua est subtile genus: sed tamen oratorium, quod sua habet ornamenta uerborum, & sententiarum. Deinde alterum genus dicendi est huic contrarium, amplum scilicet graue, & sublime, ut: Oratio habita pro Milone, pro Sestio, pro Pub. Sylla, orationes quæ sunt habitæ, de capite, & fortuna maximorum uirorum, oratio pro Ctesiphonte, oratio de malè gesta legatione, hæ sunt grauissimæ, quædam autem sunt intermediæ, ut pro Mar. Marcello, pro Deiotaro, pro Ligario, suaues scilicet ad legendum & cognoscendum. Vtigitur tria sunt genera dicendi: sic etiam tria genera ornatus, scilicet subtilis ornatus, & exilis, atq; submissus & remissus in tertium usq; gradum: ornatus grauis & grandis, amplus & copiosus, & ornatus intermedius. Athenis, atq; etiam Romæ fuerunt homines diserti, qui in singulis floruerunt, & laudati sunt, quidam enim extiterunt oratores subtiles, & humiles. Vt Lysias apud Athenienses: quidam autem graues, & solum graues, quales nominatur ab ipso Cicerone, in libro de claris oratoribus: quidam autem intermedij erant: plus potuerunt efficere quàm subtiles, nõ tantum potuerunt adipisci mediocritate, quantũ graues grauitate, sed in medio consistebant. Solum subtilem esse non est Ciceronianũ, neq; Demosthenicũ est, solum esse intermedium, aut solum amplum, grauem & copiosum, non est Ciceronianum, & Demosthenicum. Sed hæc omnia posse efficere, & assequi: hoc est officium Demosthenici scriptoris, & oratoris, & Ciceroniani. Hanc tripartitam facultatem oportet in Cicerone obseruare, & singula

apud Ciceronem, in singulis inueniuntur seorsim. ut aliquot Olynthiacæ sunt subtiles, aliquot Philippicæ sunt graues: & uehementes, aliquot mediocres & intermediæ, sed sæpe expetuntur ista tria in eadem caussa, in uno eodemq; iudicio. Vt: pro Ctesiphonte, omnia ista tria habetis, ut in Philippica secunda contra Antonii. Hanc uarietatem posse assequi, & hanc tripartitam uim, est propriè Ciceronianum esse, & his tribus facultatibus Demosthenes, & Cicero à cæteris differebant oratoribus. Cæteri multi in singulis ualuerunt: hi autè in omnibus tribus simul. Talem ornatum oportet in Cicerone spectare, & eiusmodi nobis deinceps est indicandus.

Scholæ, in

CAPVT. VIII. & IX.

HOc constat inter omnes doctos, Ciceronẽ quemadmodum fuit instructus præceptis dicendi à magistris Græcis: sic et Græcos oratores fuisse imitatum, sed absq; controuersia, in primis Demosthene: cuius ipse Cicero omnes dicendi uirtutes uestigauit, imitatus est, & expressit. Sunt autem imitatorum, & æmulatorum duo genera, & duo sunt genera imitationis. quædam sunt apertæ, quæ sunt ἐνφανεῖς, facile possunt iudicari, quemadmodum Grammatici notarunt uersus integros à Virgilio conuersos ex Homero, & Theocrito. Sic facile est obseruare metaphoras, sine

uerbis

uerba translata, uerba mutata, uerba iterata, & gemina ta, uerba longioribus interuallis resumta, fictæ orationes, hæc sunt ἐυπρεπτα omnia, facileq; possunt obseruari. Quædam uerò sunt ἀνύσπρεπτα, difficilia ad iudicandum: ut hæc ipsa benè obseruata, benè accommodata: figuras uidere in fabula, uel in oratione, est facile, est cuiusuis: uidere autem quomodo, et quibus in rebus, & apud quos auditores, & apud qualia auditorum genera, & quibus locis atq; temporibus: hæc animaduertere, & notare, difficile est. Prima igitur difficultas est in decoro, in modo utendi: altera difficultas est in rebus diuersis, differentibus, contrarijs: uidere similitudinem duorum, Demosthenis, et Ciceronis, Ciceronis, et eius, qui Ciceronem imitatus est, illud est χαλεπὸν difficile, imò est παγχάλεπον, omnino difficiles: ut in dissimilitudine, sit similitudo, in diuersis formis, sit una eademq; forma, in diuersis coloribus, sit idem succus, idẽ temperamentum. Etenim magna dissimilitudo est, inter Demosthenem, & Ciceronem. Ciuitas enim Athenienſium, et populus Romanus differebant inter se institutis, legibus, & moribus: differebant inter se generibus iudiciorum, & formis actionum: & hac diuersitate rerum habebant etiam linguas diuersas, & sonum etiam linguarum diuersum. sic disiuncti plurimum inter se fuerunt Cicero, & Demosthenes ætatibus: habuerunt diuersos præceptores, diuersa præcepta: tamen uterq; eandem est assecutus eloquentiam, idem dicendi genus, eandem in dicendo uim. peræq; enim docet, delectat, flectit Cicero, atq; Demosthenes, peræq; Cicero copiosus est, pe-

ræq; uarius, peræque efficit, quod uult, atq; ipse Demosthenes, cum constet illum legisse, & legisse diligenter: necesse est illud effectum esse imitatione. Qui igitur potest uidere uirtutes Demosthenis: is potest animaduertere Ciceronis uirtutes. Bonus explicator Demosthenis: est bonus explicator Ciceronis: ita etiam bonus imitator Demosthenis, efficitur bonus imitator Ciceronis. Nam Cicero imitatione hanc uim est assecutus. Genus dicendi Demosthenis quale sit, ostendit Hermogenes: qui scripsit de genere dicendi Demosthenis, non scripsit de genere perfectæ eloquentiæ: sed eloquentiæ ideã ostendit in Demosthene, & tradidit præcepta, non de uniuerso genere dicendi, de uniuersa idea eloquentiæ: sed de genere dicendi Demosthenico, de Demosthenis eloquentia. Sed Hermogenes diu post Ciceronem fuit, Cicero Demosthenem expressit, antequam Hermogenes esset natus. Oportet igitur ex Cicerone primum ostendere, quid in Demosthene sit obseruandum, quid ipse Cicero in Demosthene animaduerterit, & quæ res effecerit, ut ipse Demosthenicam uim dicendi sit assecutus. Cicero igitur in Demosthene uidit triplicem uim. Primum obseruauit in Demosthene probabilitatem, & fidem, in docendo. Deinde in animis conciliandis, obseruauit uoluptatem, & delectationem: in animis autem flectendis, & perturbandis, uidit motum, et animaduertit Demosthenem esse admirabilem in docendo, in delectando, in flectendo, & perpendit docere esse necessitatis, tanquam panis quotidianus, sine quo uita hominis sustentari non potest, tanquam cibi, & potus: & conciliare

allere est uoluptatis, & delectationis, tanquam salis tanquam mellis, tanquam moderati acroris: flectere autem est honorariū, est dignitatis, est uictoriæ, est triumphi, est uirium, atq; armorum. Hanc tripartitā uim Demosthenis obseruauit, & hanc uim in dicendo est assecutus, nobisq; posteris suis reliquit. Docere requirit subtilitatem, id est, Enthymemata, & syllogismos imperfectos, breues conclusiones, argumentationes ex ipsa Dialectica, & media Philosophia petitas, et uel accommodatas, uel mutuatas. In commotione, in perturbatione, in motibus requiritur uim, robur, arma, requiritur grauitatem. Obseruauit igitur omnia ea quæ efficiunt graue dicendi genus, quod Tragicorum interprætes ἀξιωματικὸν, grandiloquum genus dicendi uocant. Sed est medium quoddam dicendi genus, est temperatum, & quasi inter duo extrema positum, est situm in conciliando. Conciliatio fit significatione uirtutum. Docemus argumentis, conciliamus uirtutibus, flectimus motibus. Sic ex tripartito officio oratoris, tria sunt inuenta dicendi genera, & fuerunt tria genera oratorum: quidam enim fuerunt toti subtiles, acuti, summissi, uel quod ad istud dicendi genus essent nati, uel esse uiderentur, uel quod ipsi sibi illud delegerint, ueluti erat Lysias subtilis orator apud Athenienses, apud Romanos Cotta: Aliqui autem erant graues, et grandes, quemamodum Seruius Sulpitius: nihil potuit dicere leniter, sed omnia grauiter: Hortensius non multa grauiter, id est, non scripsit orationes graues, quia fuit mediocris orator, mediū genus dicendi est secutus. Propter hæc tria genera orato-

rum, nominauit Cicero tres personas, Cottam, Sulpitium, & Hortensium, & propter hæc tria genera oratorum, annotauit etiam, tria genera dicendi pura. Cottæ enim oratio erat ubiq; lenis: Sulpicij oratio ubiq; grauis: Hortensij oratio plerunq; mediocris, & temperata. Et est sanè magnum, posse rem subtiliter explicare, sed est maius, posse aliquid cum quadam suauitate explicare. Quemadmodum Achilles libenter cum fortibus congrediebatur, quærebat gloriam in magnis, ut Pindarus ubiq; grauis erat: sic Achilles ubiq; stragem faciebat. Sed est laudabilius his tribus excellere, his tribus unam causſam contemperare, & hac uarietate orationem distinguere. Cicero longè ante Hermogenem uidit genera dicendi septem, ex rebus confici: obseruauit σύστασιν compositionem, uidelicet genera dicendi septem in rebus consistere. Sed hanc enumerationem incæpit à raris, et singularibus, & ostendit in oratore esse considerandum numerum, hoc est, ῥυθμόν. Non enim solùm Poeta numerosus est, sed etiam orator. Sed orator numerum habet liberum: Poeta uerò, numerum habet quasi astrictum, & seruilem. De numero oratorio suo loco. Secundum quod est obseruandum in oratore est σύνθεσις, uerborum collocatio, non Grammaticorum, quæ posita est in generibus & casibus, in temporibus, modis: sed uerborum quædam consecutio ἀκολουθία, nam uerba alijs, atq; alijs locis collocata, & posita, uariam efficiunt orationem. Sermo est purus, & Latinus, cum dico: Omnis Gallia est diuisa in tres partes: est sermo purus & apertus; sed non est sermo

bene

bene uerbis collocatus. Quare facile hoc potest obseruari ex Cæsare, qui dicit, Gallia est omnis tres in partes diuisa. Confectatus est Cæsar elegantiam hac secunda ratione, scilicet collocatione uerborum. Tertium quod obseruandum est, est genus sententiarum. Alias sententias requirunt res humiles, alias graues, alias mediocres: alie sunt sententiæ eruditorum & literatorum hominum, aliæ sunt uulgi: aliæ sunt sententiæ communes, alie sententiæ reconditæ: aliæ lætæ, aliæ tristes, aliæ blandæ: aliæ acres, atq; acerbæ. Tertium igitur quod obseruandum est apud Ciceronem, est sententia ipsa Per sententias debetis intelligere argumenta, & argumentorũ genera. Quartum quod obseruandum est, sunt uerba, genus uerborum, uerba enim sunt distincta generibus. Quemadmodu enim sunt natiuæ, προφυτὰ: ut saxum, lapis, panis: quæ omnia uocantur τετραμμένα: ut si hominem stultum, lapidem uocas, est translatum. Ita Christus uocat se panem, qui de cœlo descendit, sunt uerba conuersa. Et uerba quædam sunt peregrina, aliarum gentium, & nationum: & sunt uerba ἀρχαϊκὰ, antiquata, & propterea ἄχρηστα, inusitata: quartò igitur sunt obseruanda, τὰ ἴδια τῶν λέξεων, uerborum genera. Quintum est, uerborum ornamenta: aliud est enim uerborum genus, aliud uerborum ornamenta, id est, uerborum habitus, uerborum conformatio, ut sunt contraria contrarijs opposita, uerba iterata, & relata. Sic genera uerborum eliguntur: ornamenta uerborum tractantur. Deinde sexto loco, sunt ornamenta sententiarum, quibus ipsæ sententiæ ornantur: ut sunt ampli-

cationes, comparata, similitudines, commorationes in eadem re, ut conglobationes causarum & euentuum, ut digressiones à re proposita, et ad rem propositam reditus. Septimum est urbanitas, ut oratio sit urbana, facета, hilaris. Qui his septem uti potest, is potest se profiteri Demosthenеũ & Ciceronianum esse oportet igitur in Ciceronе, & Demosthene obseruare, quomodo his septem sint usi, quomodo his septẽ effecerint, quod ab ipsis effectum esse uidemus.

Si hæc in uerborum) Ostendimus septem partes, quibus conficitur omne dicendi genus. Atq; has partes esse notatas, & traditas ab ipso Cicerone in oratore perfecto: ubi præcepta dat ornatissimè de tribus dicendi generibus. Primum enim quod efficit genus dicendi, est ipsa sententia, quam Hermogenes uocat ἔννοιαν. Sententiam hîc non uoco sententiam de uirtutibus, de uita, qui uocant γνωμολογίαν: sed uoco sententiam quamuis propositionem, quoduis argumentum, quo fides efficitur. Secundum, quod spectatur, sunt ipsa uerba, quæ sunt signa rerum, atq; sententiarum, sunt indicia nostrarum cogitationum. Sententias uocat Hermogenes ἐννοίας, quod uerbum ego etiã retineo: uerba uocat λέξεις. Per λέξεις intelligit ὀνόματα, nomina, ῥήματα, uerba: & quicquid continetur octo partibus Grammaticorum. Tertium autem est, quod considerandum est, & dicendi genus efficit, uerborum est ornatus, uerborum ornamenta, quæ uocantur κῥήματα λέξεως: post uerborum ornamenta, quartum locum habent sententiarum insignia,

genia, atq; colores. Sed his coloribus addenda est quinto loco, urbanitas, sententiarum lepos, scilicet facetiæ, ut sermo ipse sit humanus, atq; facetus. Deinde sexto loco, consideranda est uerborum collocatio, & structura, quæ uocatur συνθήκη, atq; etiam σύνθεσις. Hermogenes συνθήκην uocat, Dionysius Halicarnassensis, σύνθεσιν uocat, & scripsit libellum περὶ τῆς συνθέσεως ὀνομάτων. Septima pars est ipse numerus, primus in periodis, extremus in periodo, medius in periodo. Hæc omnia debent esse præclara, omnia debent esse laudabilia, omnia debent esse delecta: sed tametsi sint præclara, & laudabilia: tamen sunt aliquando uitanda. In orationibus, uirtutes inter se contrariæ sunt: in moribus uirtutes contrariæ esse non possunt, sed qui unam habet uirtutem, omnes habet: qui unam amat, omnes diligit. Hoc non fit in oratione. In oratione enim, uirtutes sunt inter se contrariæ. Quemadmodum exile genus dicendi, subtilis figura dicendi est uirtus, quæ laudatur in Lysia, in Cotta, est quasi uirtus frugalis, & quasi parca. Huic uirtuti contraria est amplitudo, grauitas, grandiloquentia. Tertium genus dicendi est amicum utriusq;, sectatur medium, & uocatur dicendi genus intermedium, dicendi genus temperatum, quod subtili est grandius, grandi dicendi genere est remissius. Hæc habent propria insignia, & propria ornamenta: quæ sunt sectanda, & retinenda, & adhibenda: quædam autem sunt fugienda. Sic subtili fugienda sunt, quæ sunt grauitatis: sic graui oratori fugienda, quæ faciunt orationem exilem. Cicero ostendit, quæ uitanda sunt oratori, aut scri-

ptori exili. Ex fuga uitiorum facile potest intelligi delectio bonorum, seu uirtutum, &c. Cicero igitur ostendit quæ fugienda sunt: ego uero non solum quæ fugienda sunt, sed etiam quæ retinenda sunt, docendi causſa. Primũ igitur numerus fugiendus est accuratus: huic oratori numeri fugiendi sunt graues, id est, pœan primus, pœan postremus, Dichoræus, Creticus, Molossus, ut Spondei gemini. Illi enim numeri sunt grandes. Sed tamen numerus aliquis est retinendus, numerus scilicet Comicorũ, confectus ex Comicorũ pedibus minutissimis numeris, ut sunt Iambi, ut pyrrichij, q habent syllabas breues. Sed numeri Comici debent esse liberi, et soluti: numeri debent seruari, sed ut non appareant: debent enim occultari. Occultatur autem numerus compositione, σωνθέσει: numerus debet esse neglectus de industria: faciat uocales concurrentes, non uitabit uocalium concursum, atq; hiatum: oportet collocationem numeri dissoluere: non oportet uerba coagmentare, uerba coagmentata sunt, quæ habent cõtinuatam ἀκολουθίαν factam absq; interuallis, absq; hiatu, absq; hiulca compositione. sed debet uideri similis neglectæ scriptioni: sed ipsa negligentia debet esse munda, & nitida. Sententiæ autem in hoc genere, non debent esse graues, quæ uocantur ἔννοιαι σεμναὶ, de rebus magnis, de Deo, de operibus ipsius Dei, de beneficijs Dei tributis hominibus, de rebus cœlestibus, de conuersione Cæli, de Sole, similibusq; de rebus. Quare non debent esse hæ sententiæ in hac lenitate? quia graues sententiæ debent grauiter tractari, res graues, etiam grandem requi-

riunt

rum orationem. Debet igitur sententias deligere idoneas suis uiribus: neq; sententiæ debent esse splendidæ, de uictorijs, de triumphis, de magnificentia, μεγαλοπρεπείᾳ Imperatorum, Regum, de præclaris ædificijs, & substructionibus. Sententiæ debent esse uulgi, consuetudinis, opinionis communis, rerum scilicet minorum: nõ capiat similitudinem à Ioue, neq; à splẽdore Solis, neq; à Diademate regum, neq; à Thiara Persarum regum: sed è sonticulis, à riuulis, herbulis, à rebus minoribus, à seruis, & ancillis domesticis, et similibus rebus, quæ in urbe uersantur, quæ in supellectili sunt quotidiana omnium ciuium: ab illis sumat sententias: nõ res magnas petat: sed res paruas. Sed tamen sententiæ possunt esse acutæ. Acutæ sententiæ sunt, quæ habent distinctionem rerum, quæ sunt διακριτικὰ. Vt Cicero: Quarum alteram uereor, alteram metuo, &c. Item, Quantum in agris locisq; desertis, &c.) Est sententia acuta, qua distinguit audaciam ab impudentia. Audaciam tribuit agris. Tantum in fõro impudentia) impudentiam tribuit causidicis, Rabulis fõrensibus: qui solent esse impudentes. Et potest his sententijs minorum rerum uti, in acumine. Sed una sententia non facit dicendi genus: sed sententiæ acutæ, debent esse crebræ, & frequentes, in hac subtilitate: quales habetis sententias notatas in oratione Ciceronis pro Au: Cæcinna: item de lege Leptinæ, apud Demosthenem. Deinde dicit in uerbis faciendis non erit audax: non debet noua uerba facere temere, uerba potest noua facere, sed pudenter, cum pudore, cum uerecundia, uerba potest nouare, cum necessarium est. Dein

de

de in Metaphoris adhibendis non erit impudens. Impudens enim Metaphora est: cum est arrogans, cum sumitur à regibus, à rebus magnis, à rebus cœlestibus, cum hic subtilis orator assumit sibi uerba Imperatorum triumphantium. debet uti uerbis suæ conditionis, uerbis uti debet suæ parsimoniæ. Et deinde etiam non erit insolens in Metaphoris. Quando est insolens Metaphora? cum sumitur metaphora à rebus non solitis, à rebus inauditis, non cognitis, à rebus remotioribus: cum utimur Metaphora omnino noua. Sed est ὁμώνυμον, Insolētia. Insolens est, quod est præter solitum, præter consuetudinem, ut apud Terentium: Quid tu, Crito, Athenis tam insolens, id est, qui nunquam solitus es uenire Athenas nisi rarò. Insolens, id est, non frequens, σπάνιος. Deinde insolens dicitur etiam petulans, ἀσελγὴς. Quæ Methaphoræ sunt insolentes, petulantes? quæ rerum sunt lasciuarum, libidinum, quæ ostendunt animum insolentem, petulantem, impudentem.. Non igitur utetur Methaphoris? imò & crebris, & frequentibus, sed illis quæ usurpantur loco propriorum: quæ æque notæ sunt, atq; propria. Sunt enim Metaphoræ quædam consuetudinis. Vt: uenio iam ad tertiam partem orationis. Venio, est Metaphora sumta à proficiscentibus: sed illud est tanquam ἴδιον, καὶ πρῶτον, proprium. Cum dico: Recedam ab hac oratioue: Metaphora est usitata, crebrò usurpata. Cum dico, quid æstuas, quid inflammaris, id est, irasceris, est Metaphora cognita, crebro usurpata. Has Metaphoras quotidianas debet habere, crebras, & frequentes. Ergo subtilis hic orator uitabit uerba

bus scilicet antiquata, non usitata, uerba noua, non erit
nouator uerborum, utetur translationibus, & Hypal-
lagis quotidianæ consuetudinis, quotidiani ornatus uer
borum, & ornamenta sunt retinenda. Et hæc spectan-
tur in generibus uerborum. Deinde etiam in ornamen-
tis uerborum multa sunt uitanda & fugienda uerborũ
χήματα, uel uerborum χηματισμοὶ: uitabit enim pa-
ria paribus relata, id est, bina binis, terna ternis, qua-
terna quaternis, paria scilicet uerba paribus etiam re-
lata. Sed intelligendum est Crebrò: potest illis uti, sed ra
rò. Si quantum in agro locisq; desertis) ponit duo Dein
de, audacia, ponit tertium. Deinde, tantum in fòro, atq;
iudicio, sunt iterum duo. Tertium, impudentia. Ibi sunt
bina binis relata, paria sunt paribus, uel bina binis rela
ta, uel terna ternis, uel crebra crebris. Crebra) id est,
frequentata respondeant frequentatis. Cuiusmodi sunt
illa uerba pro Milo. Est enim hæc, iudices, non scri-
pta, sed nata lex, &c. Illud exemplum habet crebra cre
bris relata, uocantur ἴσα λέξεις, uocatur hæc figura
ἰσόκωλον. Huic adiungenda est ἰσοκωλία, paria membra
paribus relata. Similiter Cadentia, sunt ὁμοιόπτωτα, cũ
ἐκβάσεις, id est, clausulæ sententiarum habent uerba
eorundem casuum. Similiter autem cõclusa uoco ὁμοιο-
τέλευτα, ὁμοιόπτωτα sunt nominum: ὁμοιοτέλευτα sunt
uerborum. Et uerba sono consimilia uocantur à Græ-
cis παρηχήσεις, alij uocant παρανομασίας. Vt: in hac fama
tanquam flamma, est παρήχησις. Inceptio est amen-
tium, haud amantium. Vitanda sunt hæc, non in acumi-
ne retimenda, sed cum sunt acuta, quemadmodum illud

amen-

amentium, haud amantium. Sunt duo uerba, ſono ſimilia: ſimilia ſunt, quæ non ſunt eadem. Hermogenes uocat παρηχήσεις: Ariſtoteles παρυγράμματα. Vt: τράττει σε. perturbat te: θράττει σε, apud Græcos, tractat te more Thracum. Sunt παρηχημένα, uenuſta παρυγράμματα, ſuntq; retinenda, cum habent lepõrem. Nam iſtud ſubtile genus dicendi accipit uerba ſimilia, ſcommata, facetas ſententias, & uerba: ſed quæ ſunt tincta humanitate, & non feriunt, nõ uulnera faciunt, ſed quæ leniter afficiunt hominem. Deinde iterata uerba, uerba relata, uel à principio uel à poſtremis, ut Epanalepſis, ἀντιφράσεις, ἐπαναδιπλώσεις, uerba geminata continenter, uel iterata modico interuallo, in eadem ſententia: uel relata, ſcilicet in diuerſis ſententijs. Verba geminantur, ſed abſq; interpoſitione. Nos Nos Rempub. euertimus, In me me qui adſum conuertite ferrum. Eſt iteratio Patriam perdidiſti, parentem perdidiſti, amicũ perdidiſti. Sunt uerba relata. Sic geminantur abſq; interpoſitione, iterantur cum interpoſitione, referuntur in diuerſis ſententijs. Omnia ſunt uitanda, quæ habent concinnitatem illuſtrem: quæ ſunt grandia, nec ſunt uſitata, huic oratori ſunt uitanda.

Scholæ, in

CAPVT. X.

DIximus ſubtilis dicẽdi generis eſſe, docere cum lenitate: intermedij generis eſſe, delectare: grauis

ab autem & ampli generis esse commouere. Docemus intelligenter & cum fide: delectamus cum uoluptate: commouemus, cum acrimonia. Subtile genus dicendi habet sanitatem, & cibum quasi sanũ, et salubrem: Medium habet cibum suauem, ueruntamen, ut illa suauitas etiam sit salubris. Graue autem illud genus dicendi, habet quasi Medicinam morborum, stuporem tollit, tanquam Phlegma: ignauiã excitat, medicina quasi acrior. Doctrina de subtili dicendi genere, tractatur duplici methodo inter se contraria: quarum una est fugiendarũ rerum: altera autem est expetendarum et eligendarum rerum. Illa Methodus fugiendarum rerum, est ἀποφατική, tractatur per negãtia. Eligendarum autem rerũ est κατηφατική: traditur per affirmantia. Cicero in oratore perfecto, ostendit, quæ forma sit subtilis generis dicendi, primum ἀποφατικοῖς, id est, negãtibus, non debent paria paribus referri, id est, ἰσότης, & ἰσοπωλία debet uitari. Nam paria paribus relata, ostendunt ἐπιμέλειαν, id est, curam, & studium styli, ostendunt oratio rem meditatam, & domi compositam, præsertim si crebris crebris referantur, si bina binis, terna ternis, quaterna quaternis respondeant. Eandem etiam ob causssam non utetur similiter cadentibus, uitabit ἰσάκις ἰσα, ἰσόπωλα, ἀντίπτωτα, incisa æqualia, & sibi mutuo respondentia, uitabit etiam ὁμοιόπτωτα, quia habent ἐπιμέλειαν, id est, accuratam scriptionem: inseruiunt illi generi, quod dicatur ἐπιμέλεια, non adhibebit ὁμοιοτέλευτα, propter eandem caussam: inseruiunt enim magis auribus, & suauitati, quàm menti atq; fidei. Hæc enim lumina

uer-

uerborum sunt utilia intermedio oratori, modico, & temperato in rebus suauibus. Amplo etiam oratori, & graui, in rebus magnis, quæ magnas afferunt utilitates aut magna detrimenta, magnas habent uirtutes, aut magna continent uitia. Hæc igitur uitanda sunt: quia sunt ἐπιμελῆ, accurata, & sapiunt ἐπιμέλειαν accurationem, cuiusmodi sunt multa, apud Isocratem huius generis, non solùm in Panegyrico, & Panathenaico: sed etiã in παραινέσει, ad Nicoclem, et Demonicum: is scripsit, non dixit, non egit. Deinde non utetur longis periodis, sententias absoluat uel incisis, uel membris singulis: nec binis, uel ternis, uel quaternis. Τετρακωλίαν non superabit. Et hæc uitanda sunt in ornamentis uerborum, & posita sunt ab ipso Cicerone, in ornamentis & uirtutibus & insignibus sententiarum: debet uitare προσωποποιίας, non faciat Respub. loquentes, non reuocabit mortuos è sepulchris, in forum & iudicium. Hæc enim figura est grauiorum uirium, est ampli dicendi generis. Aut si utetur illis προσωποποιίαις, utetur subtiliter, attinget, non autem tractabit. Vt illud: uos coryli testes, & flumina Nymphis. Ibi est προσωποποιία. tribuit fluminibus, & corylis animam, & mentem, & personam. Extinctum Nymphæ, crudeli uulnere Daphnim, &c. Hoc est attingere, & non personas adducere. Formosam resonare doces Amaryllida syluas: est aliquid ibi προσωποποιίας, sed est pastorale, humile, & tenue. Item dicit. Verùm hæc alias inter caput extulit urbes) Tribuit urbi Romæ animũ, & mentem, tribuit fastum, & superbiam. Hæc sunt quidem προσωποποιίαι: sed non ampli

habent

bent tenuitatem, ſed paſtoralem ſimplicitatem. Aliud
ſt, cum orator introducit Rempub. loquentem: iratũ,
& inflammatum. Deinde uitabit μερισμὸς, id eſt, diſtri-
butiones, enumerationes magnas, conglobationes cauſ-
arum, effectorum, euentuum. Quia hæc faciunt oratio
nem amplam, & copioſam: copioſam, ſcilicet numero:
mplam, ſcilicet ornatum, & dignitate, & grauitate.
Non etiam utetur digreſſionibus, uel ad delectandum,
ut ſit in genere dicendi intermedio, uel ad perturban-
dum, inflammandum, & commouendum, ut ſit in gene
re dicendi graui. Digreſſionibus non utetur, delectandi
cauſſa, neq; amplificandi gratia, nõ ἀυξήσεσι, id eſt, am
plificationibus, grauioribus, & grandioribus, non
ἐπιπαραβολαῖς: quæ fiunt συγκρίσεσι, id eſt, compara-
tionibus. hæc enim ſunt ἀδρά, his utitur orator gra-
uis crebrò, & utitur acriter. Orator autem tempera-
tus, & medius utitur ijs mediocriter. Non utetur etiam
ἐξεργασίαις, id eſt, exornationibus argumentorum,
ſed parabit Enthymemata crebra, concluſiones, & argu
mentationes habebit crebras, ſed non exornatas: atq;
Enthymematis non addet exornationes: utetur ἐργασίᾳ,
id eſt, tractatione ſimplici, non ἐπεργασίᾳ, neq; ἐπεξερ-
γασίᾳ, id eſt, tractatione duplicata. Debet eſſe ἐργάτης,
ſed non ἐξεργάτης, nec ἐπεξεργάτης. Non utetur commo
rationibus in una re, quæ uocantur ἐπιμοναὶ, neq;
utetur ἐπαναλήψει, id eſt, reſumptione rerum tracta-
tarum, ornatus cauſſa & ſplendoris: ſatis eſt illi rem ſe-
mel dicere, ſed intelligenter. In omnibus partibus erit
preſſus. Illius enim oratio erit tanquam preſſus ca-

ſeus, tanquam preſſum lac, & ſalubre, ſed abſq; belle-
rijs, abſq; uoluptate artificioſa, acceſſoria, abſq; etiã
acrimonia, caſeus erit natiuus. Apophtegmatis poteſt
uti, ſcomaſi poteſt uti, ſed uſurpabit Apophtegmata nõ
acria, quæ lædunt, & inimicitias faciunt, & offendunt
magnas perſonas: utetur ioco, & ſale, non in crimi-
bus & inimicijs, id eſt, non ut accuſator acris, & inimi
cus, ſed amicus. Nam hic orator exilis, uult in tuto uer-
ſari, uult cauere reis ſuis, nihil uult promittere, quod nõ
probare poſſit: non uult ueteres opiniones euellere, &
nouas opiniones ſerere in animis audientium: non uult
inijcere nouum frenum auditori: ſed utitur ſuo freno, n
hil facit contra & præter conſuetudinem. Deniq; non
uult cadere, & labi, & propterea debet eſſe lepidus, &
facetus: ſed abſq; acrimonia: ſed cum quadam lenitate
Deniq; illius oratio debet eſſe pura, id eſt, Latina, non
barbara, debet ſonare uox illius ciuem Romanum, n
ciuem Athenienſem, debet illius oratio etiam habere l
cem, & debet eſſe perſpicua, ſed lucem natiuam, n
tiuum lumen, lucem non admiſſam magnis feneſtris, &
luminibus: ſed lux erit illa uulgarium ciuium: ut uul
gus intelligere poſſit, deinde debet etiam eſſe oratio n
tida, id eſt, debet habere puritatem aliquam etiam orn
tam, non immundam, eſt etiam frugalium, et pauperu
hominum nitida ſupellex: debet eſſe nitor, ſi non ebo
ris argenti, aut auri, at æris, at ſtagni, et querni ligni, &
humilium rerum quidam eſt nitor, cum quadam elega
tia, nam etiam habet ſuum ornatum, ſed leuidenſem, &
natus debet eſſe elegãs, ſed illa elegantia debet eſſe pro
pria:

ſpicè debet habere ſuum ornatum, & modum, id eſt, ſubtilem, proprium non alienum? illius ſcilicet, oratoris uberis, ampli, & ut ita dicam, grandiloqui. Imò nec quidem debet ad uicinum ſuum aſcendere, & illum imitari, qui locupletior eſt. Hæc omnia habet oratio pro Cecinna, habet puritatem magnam, quòd res ipſa oſtendit habet lucem & perſpicuitatem, habet nitorem, habet elegantiam: ſed ita tamen, ut maneat intra ſepta remiſſi dicendi generis. Nam Cicero ipſe in oratore perfecto dicit, illam habere dicendi genus ſubtile, & acutum, habet enim ſubtiles uerborum diſtinctiones: quid ſit uis, definit acutè. Quomodo differant, deijcere de loco, & è loco, illud diſtinguit ingenioſè. Hæc igitur uitanda ſunt in uerborum, & ſententiarum luminibus, et hæc ſunt uitanda, & hæc tradita ſunt à Cicerone: igitur ſunt uſurpanda. quæ eſt illa doctrina κατα φατικὴ: quæ ſit κατα φατικοῖς, affirmantibus præceptis. Primum igitur delligat uerba propria, cum rebus ipſis nata, id eſt, ἀκυρολογίας, πρωτοφανῆ: non utatur uerbis nouatis, ſed tamen utatur aliquando, cum poteſt uti acutè: ut ſi alter dicat: ἐγὼ μὲν οἶομαι: alter reſpondet: ἐγὼ δὲ ἀντὶ οἶομαι, id eſt, ego quidem puto: ego autem contrà puto, non uitat uerbum nouare compoſitione. Eligit igitur uerba nota, ſed in acumine, & neceſſitate: cum acutè, & ſubtiliter uti poteſt. Noua igitur acutè adhibita, & neceſſaria uſurpata non uitabit: utetur etiam uerbis translatis, ſed non à rebus ignotis: non Metaphoris inauditis, ſed quotidianis. Sermo quotidianus habet multas Metaphoras, quas Metaphoras æquè poteſt adhibere, atq; pro-

pria uerba. Sic etiam potest uti uerbis immutatis, id est ὑπαλλαγαῖς περὶ παρονομασίας, potest dicere Italiam bello æstuare: sed utetur illis ὑπαλλαγαῖς, quæ æquè notæ sunt, atq; Metaphoræ quotidianæ. Nihil igitur translatum adferet? poterit, sed sparsè, id est, non crebrò, nō frequenter: sed post interualla quædam sententiarum, & periodorum: potest etiam uti ὑπονοησμοῖς, uocare flammam, flammulam: pugionē puginunculum: gladiū gladiolum. Verbis extenuare est aliquando acuti oratoris: sed non nimiū, propterea imminuet etiā aliqua scilicet, cum necessarium est, & potest hoc fieri subtiliter. Non oportet etiam aliquando uerba geminare? geminabit, sed rarò, in lepôre, non in acrimonia, etiam utetur aliquando relatis uerbis, ἐπαναφοραῖς: sed rarò aliquando scilicet, cum sese erigit nō nihil. Huius enim proprium est, humi ingredi, & non solum humi ingredi: sed etiam aliquando recto corpore incedere, & caput eleuare, saltare autem, aut salire, & altius ascendere non licebit. Sic in affirmationibus, potest uti uerbis aliquando relatis: sed in affirmationibus acutis. Deinde utetur uerbis distinguentibus, διαιρετικοῖς. Distinctiones autem uerborum sunt propriè subtilitatis huius: uerba enim distinguentia sapiunt & redolent acumen Dialecticum. utetur etiam contrarijs: sed in conclusiunculis, in Enthymematibus, sed sobriè: potest etiam uti πολυπτώσει, traductione unius uerbi, & uerbum reperere uarijs casibus. ut, Qui in uita, nihil habet iucundi uita: is cum uita, non potest uirtutem colere. Vbi ἰσότης, & ταυτότης: quæ pertinet ad hanc subtilem

borum collocationem. Huiusmodi πολυπτωσίας, poteſt unum uerbum continuare, ſed ornatè. Non uitabit etiam προσαποδόσεις, id eſt, ſubiectis propoſitionibus rationes addet, cum duabus rebus duas ſubiungit rationes, tribus rebus tres, &c. Poteſt uti etiam correctione uerborum ἐπιδιορθώσει. Ego omni officio, uel potius pietate, &c.) Huic peccato ignoſcendum eſt, iudices: peccatum dico? errato uenia danda eſt. Eſt ἐπιδιόρθωσις, acuta. minus enim uidetur eſſe erratum, quàm peccatum. Hæc igitur ſunt eligenda, hæc uſurpanda in luminibus uerborum. Quid in luminibus ſententiarum? poteſt uti commorationibus, ſed breuibus: eandem rem bis dicere, ſed breuiter: uti quidem commoratione in re mæſta, ſed cum neceſſarium eſt: & memoriã requirit, cũ ipſa res opus habet remedio: cum ſententia opus habet pharmaco: cum nimis eſt acuta, & ab auditoribus non poteſt intelligi: tum poteſt ἐπιμένειν, ſed non aptè & ornatè. Deinde non utetur amplificationibus, ſed amplificatiunculis breuibus: non quæ adferunt uoluptatem magnam: neq; etiam quæ motum adferunt: ſed quæ fidem faciunt, & rem probant. ſed βραχυλογίας huius ſunt propriè ſententiæ inciſæ: quas non oportet dilatare, ſed conſcindere, & contrahere. Ironijs non utetur, niſi liberalibus, quæ decent liberum, & ingenuũ, urbanum, & elegantem: quæ ſunt abſq; acrimonia, & abſq; impudentia: non debet impudens eſſe in illuſionibus, & iocis: ſed elegans, atq; urbanus, & nunquam digredietur à re, nunquam faciet ἀποστάσιν, id eſt, digreſſionem à cauſſa, ſed faciet illam, in refutandis argumen

tis aliorum, aliquando interponet in confirmatione aliquas refutationes, & celeriter redibit ad confirmationem, propterea reditus debent esse subiti: partitionibus potest uti, sed docendi caussa, non amplificandi, propositionibus potest uti, item transitionibus, sed nudis. Nudae autem transitiones sunt, quae motum non habent, et solum res absq; motu. Dixide uirtute: dicam iam definitio. Amplus orator adfert amplificationem, monet iudices, & quid res sit, & quam magna res illa sit. Quae sunt non subtilis, non medij, sed illius ampli oratoris. Noster autem orator utetur etiam petitionibus: & postulationibus, orabit iudicem, sed breuiter, absq; motu aliquo magno: postulabit scilicet in fide facienda, honestè, sed cũ summa æquanimitate, & lenitate: & tamen motu non utetur magno: potest uti συγκρίσει, commendatione, & laudatione: sed modicè, & paucis uerbis hanc attingere: potest etiam se ipsum corrigere, in peccato: & potest correctionibus uti: si aliquid impedimento futurum sibi putet.

Scholæ, in

CAPVT. XI.

DIximus, qualis debeat esse Character subtilis oratoris, qualis itẽ mediocris, siue intermedij, & contemperati. Sequitur, ut de graui dicendum esse uideatur. Is debet habere ornatum: sed infinem, copiosum, & uarium, ἔυπορον, καὶ ποικίλον, quorum

rum ille in numero, hic in figuris consistit. Sed copia debet habere σεμνότητα, dignitatem, & amplitudinem: quæ spectatur in sententijs grauissimarum rerum, quæ pertinent ad Rempub. ad salutem ciuium. Tres igitur huius sunt notæ, εὐπορίκ, ποικιλίκ, καὶ ἀξίωμκ. Quarta nota est motus, scilicet uehementior, quàm illius sit intermedij oratoris. Motus qui appareat in lachrymis, in exclamationibus, in uociferationibus, in luctu & fletu, in mœrore, in terrore animi, qui ostenditur pallore uultus, qui facit & ipsum auditorem expallescere. Quinta nota, est numerus, omnia debent esse numerosa, oratio illius erit ἔυρυθμος, debet præterea esse uelox. Homerus tribuit Achilli uelocitatem pedum, ὠκὺς enim dicitur πόδκ, pedibus uelox. robur uiri, & hominis requirit celeritatem, & uelocitatem, hic orator debet uehi magno cursu, scilicet sententiarum, & uerborum, & magno sonitu, numerorum, id est, debet esse μεγαλόρυθμος, debet habere numeros magnos, ἀξιωματικὸς, ut sunt Spondei, dichoræi, pæan primus, pæan postremus, ut Molossus, pedes enim debet habere grauissimos. Sed hæc omnia debent fieri præcipuè, propter motum: Debet enim tractare animos omni ratione, id est, uarijs motibus. Omni motu dicit Cicero tractans animos, id est, omni ratione, sed tractans, id est, attrahens animos, trahens quo uult, & etiam permouet, debet permouere aliquando, debet animos perfringere, scilicet acrimonia, σφοδρότητι: debet ipsum aduersariũ frangere, & percellere: debet efficere prima actione, ut Verres in secunda actione non appareat. Debet etiã

uti motibus lenioribus: debet nonnunquam irrepere in animos. Quid est irrepere in animos? quomodo irrepunt? motu scilicet beneuolentiæ, & amoris, motu mansuetudinis, hi enim motus sunt suauiores. Summa, hic orator debet habere omnes habitus, id est, χήματα, debet esse ἔυσχημος, figuris sententiarum & uerborum, debet esse non solum pulcher, sed debet esse ποικιλόσχημος, uarijs figuris: nullum uerbum proferat: quod non habeat suam habitudinem, suum σχῆμα, nullam sententiam dicat: quæ suum σχῆμα non habeat: omnia uerbi, et omnes sententiæ debent habere suas conformationes, id est, σχηματισμούς. Cicero non habet supra sedecim, aut septemdecim ornamenta, quæ qui tenet, tenet rationem bonam ornandorum uerborum. Primum uerborum schema est ἀναδίπλωσις, duplicatio. Duplicatio est, quæ uerba duplicat, id est, geminat, iterat, sine interuallo: Nos nos consules Rempub. euertimus: aut modico interuallo, ut: in me, qui adsum, in me conuertite telum. Vtrumq; uoco anadiplosin. Aut commutata) Secundū schema est commutatio. Commutata uerba primum dicuntur, quæ uocantur παραγράμματα, uerba παραγεγραμμένα, & est quoddā genus iterationis, et repetitionis, quod fit commutatione, & quasi deprauatione. ut: in hac fama, quasi flamma. Aristoteles hanc figuram uocat παράγραμμα. Deinde uerba commutantur cum alijs, id est, μεταβάλλονται, repetendo, & commutata possunt dici μεταβεβλημένα, & μεταβολαὶ, uerborum sunt commutationes. ut: sæpe tibi scripsi: frequenter ad te misi literas, crebras ad te dedi epistolas. Repetitur sæpius

pium eandem rem, non ijsdem uerbis, sed diuersis, & commutatis. ut, Sæpe dixi, sæpenumero admonui, sæpe hortatus sum, sæpe obiurgaui, sæpe increpaui. Repetitur eadem res, sed uerbis commutatis, repetitur non idē uerbum, sed idem significans. Relatio autem, est eiusdem uerbi ab initio repetitio, ἐπαναφορά, figura notissima. Quarta figura est conuersio, id est, ἀντιστροφή, quæ repetit postremum uerbum, Matrem occidisti, fratrem occidisti. Conuersio autem respondet è regione Anaphore. Quinta figura est συμπλοκή, complexio: Quis legē tulit? Rullus, quis tribus sortitus est? Rullus. Complexio facit idem principium, & eundem finem, uerbis diuersis. Complexio est cōpositа ex relatione & conuersione. Sextum est iteratum & Adiunctum ἐπεζευγμένον, ἐπιζευξις. Ἐπίζευξιν uoco, cū postremū uerbum in priori sententia, primum ponitur in altera sententia. Occidisti patrem: patrem, à quo accepisti usuram lucis. Est διαπλωσις, facta κατὰ ἐπίζευξιν. Cicero uocat idem iteratum & adiunctum, id est, iteratū in medio utriusq; sententiæ. Septimum ornamentum est circulus, id est, κύκλος idem uerbum ad extremum relatum. Matrem occidisti, quid uis ut dicam, occidisti Matrem. Item, Multa super Priamo rogitans, super Hectore umlta. Est κύκλος, idem uerbum in principio positum, in fine repetitum. Quemadmodum enim circulus incipit à puncto uno, & recurrit ad idem punctum: sic oratio incipit ab uno eodemq; uerbo, & redit ad idem uerbum. Viditur tuam uictoriam præliorum exitu terminatam: gladium uagina uacuum non uidimus. Incipit oratio ab

uno uerbo,& desinit in idem uerbum. Octaua figura est ἑτεροσυμμασία, idem uerbum repetitum no in eadem sententia,ut sunt uerba Paronyma,Paronymiæ,cum idē sonus est dictionis,sed non eadem significatio, ut,amari iucundum est,id est, diligi iucundum est, si modo nihil insit amari,id est,acerbi. Hæc figura non mutat uerbū, sed sententiam uerbi, id est, significationem. Amari,id est,diligi,amari,id est,acerbi:alterum nomen est: alterum est uerbum. Ista figura uersatur in homonymijs, cum unum uerbum multa significans,diuersa significatione repetitur.Similiter cadentia ὁμοιόπτωτα, sunt casuum in nominibus: eripuit uitam,eripuit animam. Similiter desinentia ὁμοιοτέλευτα,sunt uerborum, figura notissima pueris. XI. figura est ἐναντίωσις, uerba ficta ex contrarijs, quæ uerba cadunt in Enthymemata oratorum. Enumeratio est contrariorum uerborum. de his trademus copiosius in Rhetoricis. XII. figura est κλιμακωτὸν, gradatio:Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam:florentem Cythisum, &c. XIII. figura est ἀσυνδετον,id est,dissolutum,enumeratio multarum rerum absq; coniunctionibus : cui contraria est πολυσυνδετον, res multæ coniunctionibus copulatæ. XIIII. figura est παράλειψις,uerbi præteritio, non præteritio rei,sed uerbi. Nolo te appellare sceleratum: scelera enim supplicia deposcunt. Nolo te parricidam dicere,certè feciſti cædem & magni ciuis. XV. figura est ἐπανόρθωσις,uerbi correctio. Ego omni officio, ac potius pietate. Correctio est præteritioni contraria,præteritio omittit significantius uerbum, & ponit

uerbum

uerbum remissius, & lenius : correctio autem inquirit uerbum grauius, corrigit positum, et ponit melius. Ego omni officio, &c. Exclamatio est etiam σχῆμα uerborum. fit enim interiectionibus, ô Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit : ô fortunatã natam me consule Romam. ô curas hominum. Vocatur hæc figura ἐκφώνησις, exclamatio, nõ quæ fit solùm pronunciatione, sed etiam quæ fit uerbo. XVII. figura, siue σχηματισμὸς, est πολυπτωσία, id est, idem uerbum casibus uariatum, uariatio unius uerbi per casus: Patris tui est, patris hic gladius tui est, patri dedi, patrem appellare debes, à patre accipere stipũ esse uelis. Respub agitur, reipub salus agitur, consulendum hoc tempere reipub, Rempub procarare debemus: absq; repub. salui esse non possumus: idem uerbum repetitur uarijs casibus, uocatur πολυπτωσία, uel πολύπτωτον, casus multiplex unius uerbi. Cicero non habuit plura ornamenta uerborum: neq; in libro tertio de oratore, neq; in libro de oratore perfecto: sed in his se exercere, est Ciceronem imitari, hisce orationem uariare, est Ciceroni uelle consimilem esse. Hæc pulchritudo sita est non in numerositate, sed in usu: oportet his adhibere memoriam, et obseruationem. uidendum est enim, quando Cicero his usus fuerit: opus est igitur & obseruatione, & annotatione exemplorum, παραφράσει. παραδειγμάτων.

Verborum & sententiarum ornamenta, & lumina communia sunt omnium trium generum dicendi. Nulla enim est oratio tam tenuis, & exilis, quæ non etiam

finitam, astrictam numero ita paucioribus figuris, Ciciero complexus est omnem ornatum) Primum igitur χῆμα διανοίας, uocatur commoratio, id est, ἐπιμονὴ, sic enim uocatur à Græcis, cum ipse orator μένει, manet, ἐν τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ, in una, eademq; sententia, cum ipse orator ἐπιμένει, id est, χρονίζει ἐν τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ. Est autem duplex ἐπιμονὴ. VNA est uerborum, cum uerba ponuntur ἰσοδυναμοῦντα, id est, idem significantia, commouisti me, sanè inflammasti me, exacerbasti: sunt ἰσοδυναμοῦντα, est commoratio non in re, sed in uerbis, nã uerba ponuntur idem significantia. Hac ἐπιμονῇ oratores utuntur. Primum propter auditores, ut res bene animaduertatur, & intelligatur. Deinde, propter memoriam, ut memoria cõfirmetur. Cum enim res una sæpius dicitur, magis in memoria hæret. Tertio, propter copiam, fit enim oratio ipsa copiosior, & numerosior, propter rythmum. Sed de hac figura non hoc in loco agimus sed de commoratione sententiarum, quæ posita est in ipsius sententiæ tractatione. Commoratio igitur ista fit primum dilatatione, τάσει: cum quod paucis potest proponi & concludi, proponis pluribus. Primum ponis propositionem πρόθεσιν: secundo λόγον, id est, rationem ipsius propositionis, siue causam: nec hoc satis, est rem confirmare: sed addis etiam approbationem, ἐπιλογον, subsidiariam rationem, nec satis est hoc, addis etiam ἐργασίαν, amplificationem, exaggerationem: illustras orationem exemplis, similitudinibus, comparationibus & his omnibus addis postremò conclusionem, συμπέρασμα, & illam conclusionem contrahis

tribus ad Enthymema. Est ἐπιμονὴ commoratio facta dilatione, τάσει, latitudine, & amplitudine. Oportet oratorem non solum προτείνειν, siue ὑποτείνειν, sed oportet etiam πλατύνειν, id est, dilatare, commorationem facere, ἐπιμένειν τῇ πλατύνσει, dilatatione. Deinde commoratio etiam fit ἐπαναλήψει, repetitione, cum rem tractatam pluribus contrahis in angustum, copiosam tractationem contrahis in unam periodum, aut contrà, cum rem periodo comprehensam explicas & dilatas, tribus, quatuor, quinq; aut sex periodis. Hoc uocat Cicero commorationem. Subtilis orator breuiter facit: mediocris, mediocriter, grauis grauissimè utitur hac figura. Commoratio autem aliquando fit solum fidei causa, ut res credatur: uerum aliquando fit etiam amplificationis causa. Orator non uult intelligi solùm, quid dicatur, sed etiam uult intelligi quantum sit quod dicitur, id est, orator ostendit πηλικίαν, καὶ τὸ πόσον, quàm magna res sit, & uocatur αὔξησις, amplificatio: qua utimur in motu, cum ostendimus sceleris magnitudinem: cum ostendimus, quanta sit pacis commoditas. Huic secundæ figuræ cõtraria est tertia, extenuatio, cum ex re magna facimus paruam, ex scelere peccatum: ex peccato, erratum: ex calamitate detrimentum: ex detrimento iacturam paruam, quod schema uocatur μείωσις, & sententiæ uocantur extenuantes rem ipsam μειωτικαί. Quarta figura est contemtio, est figura ἀνασκευαστική, qua utuntur oratores in refutando, cum contemnunt argumenta aduersariorum. Contemtio habet uim duplicatam. Primum extenuatione facit rem paruam. Deinde

habet

habet etiam motum. Exemplum contemtionis habet in oratione Rosciana: ibi ponit causſas odij paterni, & habebat illud argumentum: Quoniam pater præfecit eum operi rustico. Illud argumentum Cicero reijcit, & contemnit. Fit duobus modis contemtio, κατα φρονησις. Primus est simplex, cum simpliciter contemnis. Nam quòd de conuitijs dicis, nihil est: quòd saltationem obijcis, omnino falsum est: paruum crimen est Si promittis dilutionem aduersarij argumenti, contemtio est simplex. Altera est colorata. Vt: Nouum, & inauditum crimen: quotidianum & uulgare, uocat nouum & inauditum. Sic illa narratio apud Terent: de Passibula, de naui fracta, dicit, Fabulæ, & est contemtio simplex, & hanc contemptionem Cicero uocat, irrisionem, non intelligit ironiam Socraticam: sed ironiam quæ est in rationibus, in argumentis aduersariorum. Quinta figura est digressio: cum digrederis à re proposita, uel uoluptatis causſa, in medio dicendi genere: uel motus causſa, in graui genere: cuiusmodi est digressio de supplicio parricidarũ, in Ora: pro Sex: Roscio, & descriptio illius supplicij, & illa elementorum distinctio, & discriminatio: totum illud est digressio: quæ uocatur & potest dici ἐκβασις. Et hæc quinta figura est una ex grauibus, & amplis figuris. Ἐκβασις est prolixior: ἀπόστασις μακρὰ, ἀξιωματικὴ, declinatio à re proposita, ἀξιωματικὴ, id est, plena dignitatis. Sexta figura, est collocationis, & ordinis, res scilicet: demõstrandas proponere. Propositionem intelligit, quàm Græci uocant κατάστασιν, intelligit hoc loco sententias κατασταστικὰς, totius causſæ est

par-

...nem: intelligit etiam διατύπωσιν, id est, transfi... Nam ἔννοιαι διατυπωτικαὶ ostendunt, quid di... sit: & qua de re deinceps dicendum sit: intelli... graues κατασκάσεις, ubi ipse orator primùm ... deinde orat, ut attentè audiant, id est, adiungit ... intelligit etiam ὑποχάσεις, promissiones, cum ... se de crimine uelle dicere incredibili, de in... crudelitate: ut multa exempla habetis in Verri... Sic propositionẽ uoco eam, quã Hermogenes uocat ... Septima figura, est definitio: definire rem ... tam, res enim non solùm proponenda est, sed e... explicanda: sed more oratorio amplè, copiosè, nõ ... genere, & differentia, sed enumeratione etiam ..., conglobatione causarum, frequentatione ef... rum. hanc definitionem intelligit in hoc dicendi, ... ere: eius est pulcherrimum exemplum, pro Pub. ... Ibi definit Cicero, qui sint optimates: qui popu... quid faciant optimates? quid item efficiant? quot ... sint optimatium? locus tractatus copiosissimè, & amplissimè est. Octaua figura, est Reuocatio, qua ... post commorationes, amplificationes, & di... siones. Reuocatio est reditus ad rem propositam, ... sed fit cũ castigatione sui ipsius: fatetur se plu... dixisse, quàm fortasse dictum oportebat: habet sũ ... castigationem: habet aliquando confessionem, ... peccati: quasi deprecationem ueniæ, & fit ple... ἀποδιώξει, reiectione: dicis te non uelle am... de ea re dicere, uel disserere. Nona figura, est Re... tio: quæ dicitur ἀναπαίνωσις, cum rem tractamus

non nouam, sed facis quasi nouam, induis ei aliam ue-
stem: sic renouatio est rei tractare repetitio, id est, alijs
eam uerbis, & sententijs tractare: uel omnino alijs argu-
mentis: uel additis argumentis grauioribus. Hanc ἀνα-
καίνωσιν uocamus etiam ἐπαναλῆψιν: sed hæc uidetur
esse rei eiusdem repetitio: Ἀνακαίνωσις autē magis osten-
dit officium oratoris: ut sit, nouum schema, nouus habi-
tus rei, noua quædam uestis. Decima figura respondet
sextæ, scilicet conclusio rerum tractatarum, propositu-
rum, commoratione dilatatarum, amplificatarum, est
συμπέρασμα, & sententiæ istæ uocantur συμπερασμα-
τικὰι ἔννοιαι. Vndecima figura est interrogatio, figura no-
tissima. Interrogatio non est hoc loco simplex rogatio
Dialecticorum, sed quæ motum habet aliquem. Vt: dic
mihi Dameta: est ἐρώτησις ἁπλῆ, simplex interrogatio,
motum non habet expressum, & apertum. Item, quo
te, Meri, pedes, an qua uia ducit in urbem? est interro-
gatio simplex, simplicis ingenij, & naturæ: sed orato-
tis interrogatio est acrior, & urgens, id est, ἐξελέγχου-
σα, conuincens. Non ego te uidi? est urgens, interroga-
tio, ἐλέγχουσα, conuincit scelus, interrogatio est argu-
mentosa, & anteoccupans, seu ἀντιθετική: cum interro-
gamus de ipso argumento aduersarij.

Enumeraui hactenus ornamenta, siue lumina, siue
signia sententiarum, quæ sunt communia omnibus di-
cãdi generibus. Differunt enim nõ χρείᾳ, utendi modo
seu usurpatione, sed tractatione, & modo, id est, ἐργα-
σίᾳ. In tenui enim dicendi genere, debemus istis uti te-
nuiter,

nter, subtiliter, & parcè: in medio, & temperato dicendi genere debemus ijs uti mediocriter, & modicè, id est, modo seruato, nõ ita summisse: ut in subtilitate: non ita grauiter, ut in amplitudine: In amplo uerò dicendi genere, debemus ijs uti copioſè, fortiter, grauiter, imò grauissimè. Et sic in subtilitate, licet uti commoratione, sed subtiliter, amplificatione etiam, sed parcè, extenuatione etiam, quam uocaui μείωσιν, & ἐλάττωσιν, licet etiam contemnere, & irridere, sed decenter: licet enim uti illo ornamento quod uocatur κατα φρόνησις: licet etiam digredi, sed non magnis spacijs, non magna decursione, utetur propõnibus, & definitionibus: præterea debet se aliquando reuocare: & interdum reijcere prolixiorem tractationem: licet etiam uti aliquando ἀνακεφαλαιώσει: licet aliquando repetere, & retractare ea quæ dicta sunt, nam subtilitas obest memoriæ, & intelligentiæ. Quare potest de eadẽ re dicere bis. Enthymemata sunt propria huius subtilitatis. Subtilis etiam potest uti crebris interrogationibus, & illis interrogationibus, quæ urgent, instant, conuincunt: in subtili genere dicendi licet etiam uti sermocinatione, uti interrogatione, & responsione: imò proprium est subtilitatis, uti dissimulatione, de se nihil prædicare, de se prudenter loqui, dissimulare suam laudem: licet etiam subtiliter dubitare, ignorare quo se uertat: animi aliquam hæsitationem ostendere, quæ figura uocatur διαπόρησις: licet etiam uti præteritione, occupatione, imò proprium subtilitatis est occupare. Subtilitas habet etiam suas similitudines, & sua habet exempla, quemadmodum est uidere in o-

rationem pro Cæcinna, & de lege Leptinæ: licet etiam comparare res inter se, quemadmodum ostendi in Virgilij carmine bucolico. Subtilitatis proprium est, res acutis uerbis distinguere, quàm distinctionem uocamus διάκρισιν: quæ in grauitate etiam locum habet. Etenim quid est tam commune, &c.) est διάκρισις, certis proprietatibus facta. Sed cadit etiam in hoc genus dicendi distinctio, sed acuta. Quarum alteram uereor, alteram metuo. Licet etiam reprimere interpellantem. Repressionem uoco ἐπισχόμενον: qua territamus interpellatorem, & coercemus: & efficimus, ut taceat: ut aduersarius os aperire non audeat: & hic licet etiam uti reticentia, simulatione, quòd omittamus aliquid, quod graue est. Subtilitas habet etiam suas cõminationes: in ea licet etiam uerum dicere, id est, licet uti παῤῥησίᾳ, sed absq; acrimonia magna, & magno motu, ira breuis debet esse, irasci debet subtiliter: sic etiã leniter, & parce debet obiurgare, quæ figura dicitur ἐπιτίμησις: supplicare etiã uerbo uno: supplicationem uoco συγγνώμην & λέπσιν: debet etiam aliquando uti remedijs in peccatis, in aduersis rebus. Breues declinatiunculæ, quæ sũt una periodo, sunt propriæ huius generis dicendi. Est autem discrimen inter digressionem, & declinationem. Ἔκβασις est, quæ locum habet amplum, & copiosum: est amplitudinis: ἀπόστασις, est breuitatis, & paruispicij. Et optare licet subtili oratori: ô tantũ liceat humiles habitare casas, et figere ceruos. Familiariter etiã potest cũ iudicibus loqui, quæ figura est διοίκησις, uel ἀνθυπόνοησις. Subiectio ob oculos, uel exigua, uel nulla est, sed

ὑπο-

ἐμφασις. Exaggeratio etiam tenuis, sed, significatio illa est, ἐμφασις, conueuit huic generi: & urbanitas, ἀστεῖον, lepos est proprius huius oratoris, urbana dicta, facete responsa, acutè interrogata: personarum fictiones sunt magis propriæ ampli oratoris: sed tamen huic licet paucis, non magno motu, in personis humilioribus prodictiones facere reorum, indicationes cicatricum, complexiones infantum, quæ uocantur παραγωγαὶ παιδίων: quæ, conuenit magis amplo, & uberi oratori. Sed Ciceronianum est in his generibus dicendi, uariare ista, in eadem causa, oportet oratorem exornationibus uarijs uti: non debet uti perpetuis clamoribus, & exaggerationibus: sed debet ab his oratio demitti, ad medium illud dicendi genus: aliquando humi debet incedere. Sic oratio pro sex Roscio habet pulcherrima exempla horum trium, habet exempla subtilitatis, mediocritatis, et grauitatis. Exemplum subtilitatis est. Non quæro, quare sed quæro, quomodo, &c.) Sententia est acuta, ingeniosi et æq oratoris, utitur enim præteritione, παραλείψει, et cõcessione συγχωρήσει: est enim æquitatis de suo iure aliquid remittere. Quæro, cur occiderit) Est interrogatio. utitur etiam cõmoratione, & iteratione eius dem sententiæ. Ita quæro, &c.) Quomodo est commoratio in eadem re? Commoratio ἐπιμονή, facta una sententia, in una periodo: utitur etiam declinatiuncula ab ista interrogatione. Et sic tecum agam: ut tibi potestatẽ faciam. Est non tam ἀπόφασις, quam ἀποσόφασιον. Et quæro, quis occidit, &c. rursum repetit ἐπαναλῆψιν, sententijs non grauibus, est circumstantiarum interro-

gatio, modum quærit in ipsis circumstantijs: sed tamen est interrogatio urgens & conuincens, est ἐλεγχώδης, habet enim petitionem & postulationem testimoniorum. Ipse percussit, an alijs dedit percutiendum?) Interrogatio acuta διλημματική: est propositio dilẽmatis. Sequitur ipsum dilemma: Si ipsum arguis, Romæ non fuit.) est refutatio propõnis duarum partium in propõne. Si ipsum arguis, si ipsum occidisse dicis) breuis conclusio. Non fuit Romæ, ergo non occidit. Si per alios.) secunda pars. Quæro per quos homines) Est postulatio testimonij. Seruos ne, an liberos?) Noua διαίρεσις personarum, ipsius dilemmatis. Ex Amerià, an ex urbe Roma?) Hæc sunt omnia subtilia, habent enim acutam interrogationem: sed tamen in subtilitate est copia, copiam habet subtilem. Exemplum autem mediocritatis posuimus secundo loco.

Breuis repetitio generum dicendi. Genus dicendi optimum est Ciceronis, atq; Demosthenis. Nam omnis μίμησις, uel ζῆλος imitatio, uersatur circa dicendi formam. Hæc figura aliquando comparatur pulcherrimo, & magnificentissimo, ut regio ædificio. quàm similitudinem Aristoteles etiam uidetur secutus esse. Is enim oratorum compositionem, atq; structuram uocat οἰκοδόμησιν, id est, ædificationem: & uestibula, & atria uocat προοικοδομήσεις, coædificationes. Quam igitur diligentiam adhibet architectus, in magnifico opere, multorum sumptuum, & impensarum: eam etiam oportet adhibere oratorem in opere suo conficiendo.

Opus

Opus oratoris, ut est apud Quintilianum, est oratio. In ipso autē opere, præcipue cōsideratur forma, ut hæc extra intra, et extra appareat, atq; intus sit speciosa, digna regia excellentia. Deinde consideratur salubritas ædiū. Forma efficit, ut ipsa oratio sit εὐχρωμος, pulchris prædiis lineamentis, pulchris parietibus, ipso etiam tectorio pulchro. Secundò spectatur, ut domus sit salubris: conducat ualetudini, id est, ut ipsa oratio sit sana, atq; prudens. Tertiò autem, utilitas consideratur: ut utilis sit patrifamiliâs: ut ipse architectus conficiat patrifamiliâs utile, commodum, & fructuosum domicilium, id est, ut ipsa oratio sit utilis ipsis reis, quos orator defendit, pro quibus Reipub. quibus orator dat consilium. Hanc similitudinem alij sequuntur, & opus oratoris comparant architecti artificio, atq; opificio. ipsam ferè prætericram materiam: materies enim imprimis spectanda est: Alij comparant orationem, & dicendi genus, εἶδος, formā, cum corpore humano, cum forma hominis elegantissima, & exquisitissima: cum ipso enim homine primum spectatur forma hominis, oris, atq; uultus, pectoris, atq; Thoracis, fœmorum & tibiarum, pedum, ossium, & cornis, in quibus requiritur εὐχρωμοσύνη: salubris succus, & bene contemperatus ex calido, frigido, humido, sicco: ut eiusmodi uir sit, cui dicatur, EN pulchrum uirum. Deinde spectatur in homine mens, animus, mores. Constat enim homo ex corpore, et ex animo. Quod autem in homine, est animus: hoc in oratione est sententia: est genus sententiarum: sunt ipsa Enthymemata: conclusiones oratorum. Enthymematum autem ora-

toriorum ψυχὴ, anima est πίστις, argumentum: quod nihil aliud est, quàm ἔννοια sententia: sententia est causa αἴτιον τοῦ συμπεράσματος, cõclusionis. Sententiæ enim seu προτάσεις conclusionem efficiunt. Sic in oratione, ut oris uidentur figuræ, periodi ipsæ: breuitates periodorum metiuntur, numerantur syllabæ. Sententia autem per hæc fusa est, tanquam anima per corpus, quæ ostendit oratoris mentem, oratoris mores, indolem, quàm perfectionem natura ostendit in pulcherrimis corporibus. Hanc diligentiam in summo genere constituendæ debet etiam adhibere orator. Quàm diligentiam adhibet pictor in repræsentando Hectore, Achille: eandem etiam orator debet adhibere in opere suo conficiendo. Primum igitur est quod imitator facere debet: ut sibi genus dicendi eligat, si Ciceroni uelit esse quã simillimus: ut Ciceronem sequatur: ut eius uirtutes diligenter obseruet: & simili dictione exprimat. Genus autem dicendi Ciceronis consideratur ui, & facultate, tripartitum enim habet facultatem, docet, delectat, flectit. Docet argumentando, & docet subtiliter. Illud consistit in tribus partibus: in narratione, docet enim etiam qui narrat: in partitione, docet enim intelligenter, qui totam causam partitur. & in ipsa confirmatione & refutatione, ἀνασκεύῃ. Docet enim, qui fidem facit: qui argumentando persuadet. Hæc facultas requirit genus dicendi subtile, acutum, & exile, quasi quotidianum, id est, simile quotidiano sermoni: sed tamen oratorium: ut quisque opinetur se simile posse efficere: sed tamen, ut similitudinem non adipiscatur, subtilitas est non indocta, non mul-

gi,

gi, sed est subtilitas oratoris, subtilitas Atticorũ, subtilitas Lysiana: puris scilicet uerbis, & electis sentẽtijs, & sano colore & succo, scilicet figurarum, & ornamentorum constans. Facultas altera, quæ animaduertitur in Cicerone, est delectandi, quemadmodum docemus argumentis, sic delectamus ἤθει, morum expressione: nihil enim tam pulchrum, tam formosum: quàm animus, & uirgo pulchris moribus prædita. Hæc facultas posita est in delectando: requirit intermedium dicendi genus. Sic Cicero docet in oratione pro Aul. Cæcinna, est subtilis, habet ibi laudem in docendo: delectat in oratione Maniliana, qua ostendit, qualis sit Cne. Pompeius, qua arte militari, qua autoritate apud milites, qua felicitate, quæ apparet in bellis administrandis, quæ apparet ex uictorijs, triumphis, quæ omnia sunt pulchra, & suauia ad audiendum. Tertia facultas Ciceronis est flectere, quemadmodũ docemus πίστει, delectamus ἤθει: sic flectimus πάθει, motu, scilicet iræ, misericordiæ, uel Clementiæ uel amoris, uel odij. Huiusmodi motus sunt in oratione pro Cne. Plancio, pro Sylla. huiusmodi est oratio Corneliana. Hoc genus est nobis exprimendum, hæc tripartita facultas est apud Ciceronem & Demosthenem. Hæc autem habet aliam partitionem, nam hæc tria uel inueniuntur pura, uel mixta. Pura, id est, solitaria, & simplicia, sic quædam orationes sunt totæ subtiles, ut pro Cæcinna, quædam totæ sunt graues, ut pro Milone, quædam totæ sunt mediocres, ut, pro lege Manilia. Sed nulla oratio apud Ciceronem est tam subtilis, quæ nõ alicubi exurgat, quæ non alicubi habeat aliquã

amplificaciunculam, aliquam comparationem, aliquã illuminationem, ita etiam ut in puris etiam illis orationibus sit uarietas: nõ solum mixtæ orationes uariæ sunt: sed uarietas est etiã in subtilitate, ut apparet in oratione pro Cæcinna, & in oratione contra legem Leptinæ. Quis non uidet hanc subtilitatem? Quæ res duæ in ciuitate, &c.) Nihil ibi graue est. Et alterum quod sequitur subtilius est: Quorum alterum uereor, iudices, etc. Sed statim exurgit orator, cum dicit. Neq; hoc tanto perè & ibi sequitur comparatio, ἀντίθεσις, comparat secum Hortensium. Illa tertia pars in exordio exurgit, habet enim comparationem parium, imparium, magnarum, & paruarum rerum. Ibi est Enthymema συμπερασματικὸν, et παθητικὸν, habet motum aliquem. Sic oportet in subtilitatibus uitare ταυτότητα, oportet ut ornatus aliquando remittatur, sed pleræq; omnes orationes Ciceronis, & Demosthe: sunt uariæ, ποικίλοι λόγοι, uarijs generibus scilicet dicendi. Et Cicero ipse in oratore perfecto, dicit orationem habitam pro Sexto Roscio esse uariam: item orationem pro Aul. Cluentio. Subtilitatis illud pulcherrimum proposuimus exemplum. Cicero in oratione pro Sex. Roscio. Non quæro abs te, quare Sex. Roscius patrem occiderit.) Interrogatio est acuta: interrogatio postulans argumentum, postulans τρόπον modum, interrogatio, quæ habet æquitatẽ, quæ concedit aliquid. Non quæro abs te, etsi possem eo iure postulare. Sententia est, quæ habet acutam Concessionẽ. Quæro, quemadmodo occiderit?) Eandẽ rem rursus dicit, non amplificando, non ornatus causa:

sed

sed causſa intelligentiæ: ut quid uelit intelligat aduersarius. Sententia est breuior, quam prior: & est subtilior: sequitur deinde sententia simplex, pro sua simplicitate concedit ei, quod poterat negari. Et sic tecũ agam, etc. Vel etiam, si uoles, &c. Est subtilitas simplex, manet in eadem interrogatione, quàm repetit. Quomodo occidit? Nihil subtilius, nullus est motus ibi, est tamen ũbos ibi, interrogatio scilicet æquitatis, nam ad accusatorem acerbum, immicum, & crudelem adfert honestam interrogationem. Hæc pars est προβλημματικὴ, κατηγορικὴ, ἐνστατικὴ, proposuit argumentationem, est igitur aditus argumentationis: sequitur ipsa argumentatio, quæ est refutans. Ipse percussit, an alijs occidendum dedit? Interrogatio sumpta uidetur de uulgo: sed tamen habet acumen. Vel enim ipse occidit, uel curauit per alios occidi. Est partitio rerum differentium, & διλημματικὴ: sequitur refutatio. Si ipsum arguis, Romæ non fuit. Quid posset esse breuius? nullus hic motus est, nullum ũbos, est τεκμήριον. Altera pars dilemmatis est refutata. Signum est necessarium. Romæ non fuit, igitur non potuit occidere. Altera pars Dilemmatis refutatur petitione testium. Si per alios dicis, quæro seruos ne, an liberos? &c.! Quos homines, quales homines? Ex Ameria, Quærit de loco. Noua interrogatio sumpta ex circumstantia loci: Media interroga: est personatum. Secunda interrogatio est loci. Indidem ex Ameria, an hosce ex urbe sicarios, oportet uel externos fuisse homines, uel urbanos. Sequitur deinde copiosa interrogatio. Quomodo persuasit, &c.) Sic hæc pars tota est subtilis, eiusq;

eiusq;,exilis figura dicendi, consecta breuibus interrogaciunculis,& repetitiunculis,non periodis, sed membris minutis: cola sunt commatica: sunt interrogationes circumstantiarum. Nonne his uestigijs,&c.) Ibi est aliquis ornatus,in uerbo uestigia, uocat hic circumstantias. Caput,uocat autorem maleficij: in subtilitate est uerborum ornatus & mundicies. Et tibi in mentem ueniat) Istud genus dicendi est exile: sed illa exilitas aliquantum assurgit. In exilitate quærenda est uarietas: huic aliquando est addenda quædam grauitas: sed grauitas mediocris, quæ ascendat non ad summum genus dicendi, sed ad genus uicinum,id est, ad mediocritatem,ut illud: Itaq; cum multis ex rebus cognosci potest.) Hic locus habet grauitatẽ, & splendorẽ, confert enim Romanos cum Athenienſibus: dicit quod honorificum est populo Romano: & utitur assumptione rei generalis. Itaq; cum multis,&c.

Demonstrauimus igitur exemplo, sumpto ex oratione Rosciana, cuiusmodi esset forma generis dicendi attenuati, siue subtilis: quo oratores plerunq; utuntur in argumentando,& in narrando, sed in rebus paruis, nõ magnis. Cæpimus etiam estendere, quomodo hoc genus attenuatum nonnihil exurgat ad mediocritatem. Mediocritatis autem próprium est delectare, quemadmodum subtilitatis docere,& grauitatis commouere, perturbare, repugnantes repellere,& coercere, ille igitur locus nonnihil exurgit. Itaq; cum multis ex rebus,&c. Quod hic locus exurgat ad mediocritatem, ad medium dicendi genus: statim intelligere possumus ex principio,

pio, habet enim principium splendidum, λαμπρὸν, dicit enim quod pertinet ad decus, & laudem populi Romani, anteponit populum Romanum cæteris gentibus & nationibus consilio, & sapientia. Sententia est amplificans αὐξητική, scilicet comparatione. Igitur grauitas nonnihil est increscens, intelligitur primum splendore ipsius sententiæ: Deinde etiam προσλήψει, assumtione, rei infinitæ, τῦ ἀορίστου, ad rẽ infinitam, πρὸς τὸ ὡρισμένον. Infinitum enim est id: Multis ex rebus intelligi potest, maiores nostros, armis) id est, uirtute militari consilio & fortitudine Arte ciuili) consilio & sapientia plus potuisse: sequitur ὡρισμένον: Tum ex hac re maximè. Sic sententia est splendida, assumtio est περιβεβλημένη, circumducta longiori periodo. Tum ex hac re, quòd in impios singulare supplicium inuenerint) Rem magnam indicat una ἐπιθέσει. Quod in impios.) posuit genus loco speciei. In impios, id est, parricidas. Pietas enim est uirtus, qua parentes colimus. Cur non dicit in parricidas? quia oratio paulatim adcrescit: Genera minus sunt significantia quàm ipsæ species. In impios singulare supplicium, &c.) Singulare est, quod unicum, & solum est: cui cætera supplicia non sunt paria: singulare est, quod proprium est quarto modo, ut Dialectici loquuntur. Qua in re quantũ sapientia præstiterint) sequitur altera comparatio. Prima fuit infinita. præposuit enim Rempub. Romanam cæteris gentibus, atq; nationibus: sic hoc in loco, in re una, præponit maiores suos Athenienſibus, in supplicio parricidarũ. Principium fuit splendidum habens exemplum rei magnæ

gnæ προσδιορισμὸν, excitauit iudices, ad attentè audiendum: sequitur iam historica narraciuncula. Habetis hoc in loco exemplum χρείας: quomodo historica res, siue historiola sit tractanda: res magna requirit etiam attentionem magnam. Prudentissima ciuitas) incipit à laude, ante rem est laus: de Athenienſibus loquitur splendidè, & magnifice: tribuit ipsis summam sapientiam. Sapientissimum Solonem) scili. legislatorem, fuit enim Athenienſium νομοθέτης. Eum, qui leges scripserit) utitur Græcorum formula, νόμον τιθέναι. Ante uocauit impium, genus posuit loco speciei: nunc ponit definitionẽ loco speciei. Parricida enim est, qui necauit parentem. Hactenus narraciuncula perfecta, sequitur ἐπίκρισις adiudicatio, & sententia oratoris. Sapientissime fecisse dicuntur.) hactenus comparabile, sequitur iam quod huius loci est proprium, ipsa assumptio. Quanto maiores nostri sapient) redit ad splendorem, quem ingressus est, quod antea dixit affirmans, eloquitur iam admirans. Audacia) id est, homines audaces. Primum uocat impios: deinde qui patrem necassent: tertio uocabulum ponit significantius, scilicet speciem. Causſa supplicij, & seueritatis. Vt quos natura ipsa retinere in officio non posset, à maleficio summouerentur.) Hic locus nõ est tam argutus, quàm superior, in quo percurrit omnes circumstantias repetendo, refutando, argumentando: superior locus fuit ἐλεγχώδης: hic locus habet, quod est suaue: nihil enim tam suaue est quàm laudari: laudauit enim populum Romanum magnificè. Sequitur iam supplicium, ponitur res numerosa. Insui uoluerunt in culeum,

lum, & in flumen deijci. Rem magnam dicit una propositione: insui uoluerunt uiuos. Hactenus mediocritas, mediocris laus, magnificè locutus est, principium suaue laude, & magnificentia populi Romani: nunc transit ad aliud: quod non suaue est, sed λαμπρὸν, horribile est: & formidabile, φοβερὸν. Sequitur oratio grauis, scilicet perturbans. Hic motus qui in hoc loco excitatus erat, nondum deferbuerat oratione, causſa, peroratione. Hic locus ita inflammauit iudices, ut intenti fuerint cognitioni huius totius causſæ. Sequitur iam exclamatio admirans, ô singularem sapientiam. Cui Cœlum, id est, aer, terra, &c.) rem formidabilem facit formidabiliorem, diuisione seu distributione, ostendit quatuor res ijs eripi, qui sunt parricidæ: cælũ, mare, aerem, Solem ignem. Qui cum necasſet) rursus λόγῳ & ὀνόματος facit orationem ὀγγώδη, amplam, est sententia Physica, principia omnium rerum, sunt quatuor elementa. omnia animantia constituta sunt ex contemperatione horum quatuor. Noluerunt corpus feris subijcere) est ἐπιμονὴ, commoratio in eadem re, φοβερά. Nam huius loci præcipuus motus, est metus. Commoratio ista fit repetitione diuisionis. Quæ tantum scelus, id est, tam sceleratum facinus) Hypallige rursus. significantior: uocabulum rei est significantius, quàm uocabulum personæ.

Immanioribus) sententia exaggerans, ὑπερβολικὴ. In flumen deijcere) sententia pertinet ad superstitionẽ ueterũ. Etenim nihil) Noua propositio, in eadẽ re commoratio. Etenim quid tam commune) propositio est

rium

trium rerum magnarum: & est etiam ἀπόδοσις trium rerum magnarum. Etenim spiritus, id est, aer unde spiritum sumimus, haurimus, Terra mortuis, id est, sepulchrum. Ita uiuunt) ἀπόδοσις, redditio. Matura sunt quæ habent maturitatem, quæ non sunt acerba, quæ bene sunt cocta, ut matura poma. Cicero dicit hæc non re, sed maturitate laudata.

In Cluentiana oratione) Hunc locum Cicero dicit habere grauitatem: & quidem non minimam, res enim est magna, grauis etiam oratio. Vna mater oppugnat) post enumerationem aduocationis, id est, omnium qui fauebant Cluentio, postquam quot hominum studijs Aul. Cluentius defenderetur ostendit: ostendit se ab una matre oppugnari, à cæteris omnibus defendi. At quæ māter) Locus ille Roscianus habuit motum metus: hic autem locus habet odium. Impellit enim iudices ad odiū matris, & ad sæuitiam, scilicet pro misericordia filij. Quam cæcam) non singulis uerbis ostenditur qualis mater sit, sed singulis sententijs, sed uerbis pluribus. Quam crudelitatem) est locus ἐπιθέσεως, nominis adiectiui. Scelus enim est contra omnem charitatem. Cuius cupiditatem nulla unquam turpitudo) id est, dedecus, ignominia flagitiorum. Secunda sententia ostendit eam libidinosissimam, & impudentissimam esse. Tertia sententia comprehendit generale. Duo priora specialia erant, ἰδικά. Cuius & stultitia) est in hoc loco exaggeratio uerborum, & inuestigatio uerbi proprij, est inquisitio ἰδίου ὀνόματος. Eam uis) id est, crudelitas. Vt ne-

mo

feminam: ea crudelitas, ut nemo matrē) sunt omnia vitia ἀνωφελῆ, mutauit non solum nomen naturæ (Naturæ nomen est pater, mater, filius) uerum etiam necessitudinum nomina, ut propinquitatis, affinitatis. Vxor generi) id est, mariti filiæ suæ. Nouerca filij) Contra omnem necessitudinem, honestatem, propinquitatem.

Filiæ pellex) Quod inter uiros est riualitas: hoc inter mulieres est pellicatus. Hactenus odium, τὸ μῖσος, grauissimis sententijs: Res dixit inuisas, & inauditas: matrem esse pellicem filiæ, sunt sententiæ inauditæ, sequuntur quæ mouent misericordiam, qui motus est contrarius odio. Quare iudices, si scelus odistis) perturbat. Non facit filiæ mentionem. Date parenti, id est, matri crudelissimæ. salutem. et uictoriam, id est, absolutionem.

Et hæc Cicero in peroratione) Singula dicendi genera duo accipiunt, & incrementa, & remissiones: quemadmodum etiam uulnera quæ grauia sunt, sunt diuersa, alia aliis sunt maiora, & horribiliora, quemadmodum etiam uerbera grauia, etiam inter se differunt, fuerunt graues Manus Aiacis: sed non eædem uerberationes & uulnerationes: sic etiam dicendi genera remittuntur & extolluntur. In peroratione pro Aul. Cluentio, Cicero grauissimè uociferatus est, de. Sassiæ matris incestu. Quem locum sibi elegit in Oratore perfecto, exempli gratia: sed non solùm in peroratione loquitur de incestu: sed etiam in ipsa narratione, statim ubi exordium Narrationis incipit, grauiter orator loquitur de

matris incestu. Narratio illa sumit principium à dele-
ctatione, & à uoluptate. Aulus Cluentius Habitus fuit
sententiæ suaues, sunt enim moratæ ἠθικὰι, nihil est pul-
chrius uirtute, autoritate, excellentia, nobilitate. Sta-
tim post uitam, transit ad mortem, post rem tristem, id
est, mortem, liberi boni, εὐτεκνία, liberi multi, πολυτε-
κνία. Est aliquid πολυτεκνία, patrem esse multorum li-
berorum, sed εὐτεκνία magis laudatur, sic in hoc loco,
bonus filius, bona filia. Deinde nuptiæ lætæ, hilares, sa-
ctæ. Incepit orator suauiter, delectauit in principio ora-
tionis: sequitur conuersio, transit à rebus lætis ad res tri-
stes. Cum essent hæ nuptiæ plenæ, &c.) sequitur conuer-
sio, περιπέτεια, statim post uoluptatem sequitur tristitia
id est, post mediocre genus dicendi, sequitur graue: in
mediocri enim est uoluptas: in graui motus. Loquitur
de ipsa muliere odiosè, id est, inflammat, & prouocat in
dices ad iram. Importunæ) id est, infestæ, intollerabiles.
Scelere) id est, incestu, incipit orator narrationem sce-
leris magni, sed ubi uenit ad nomen matris, facit ἀνάγνω-
σιν: manet in tractatione uerbi. Habetis hic exemplum
quomodo uerbum grauiter sit interpretandum, & ex-
plicandum. In uerbo graui, asperitas, est seuera, & a-
cris, & iracunda tractatio, in lætitia, dolor. Habetis hoc
in loco exemplum incisionis oratoriæ, est iracunda in-
cisio, διάκοψις. Incipit propositionem, sed non perfi-
cit: antequam peruenit ad prædicatum: transit ad aliam
tractationem. orator non proponit dialecticorum mo-
re, sed separat prædicatum à subiecto. Sequitur iam de-
clinatio. Mater, inquam, nominis caussa) id est, solum

nomine,

nomine, Mater est inane nomen. Est ira, est indignatio, ante scelus expositum, & commemoratum. Neq; unquam) reprehendetur, uituperabitur. Vt naturæ nomen omittat) est nomen natiuum μήτηρ, mater. Suaue nomẽ est mater, quemadmodum enim infantibus suaue est nomen pomum, mel, & simile: sic in pietate mater. Amantius) passiue accipitur, id est, amabilius. Indulgentius) id est, humanius. Matrum est magna indulgentia: improbos adolescentes efficit indulgentia matrum. Hactenus facta interciſio, est genus reticentiæ ἀποσιωπήσεως, infregit sententiam: iam perficit eandem, est reditus ad rem. Ea mater) iam inchoatio incestus, est capta ab amore incesto Melij generi sui. Sequitur iam ira: Deinde ita flagrare cæpit) metaphora significantissima: non utitur uocabulo Poetico, sed metaphora Poetica. Ardet amans Dido. pudor est uultus, faciei. Pudicitia) .i. æstimatio castitatis. Pietas) scilicet filij erga se. Pietus) id est filius pius. Parentum est Charitas: Pietas filiorum. Macula, id est, dedecus familiæ. Fama hominum) id est, sermo, uoculæ, et uoces. Non filij dolor, non filiæ mæror) est enumeratio causſarum efficientium. Cupiditate) id est, ab amore libidinoso. Sententia est grauissima, quæ est referenda ad graue dicendi genus, ἀδρόν. multa grauia enumerata sunt, quæ non potuerunt numerari remissius. Sequitur summissum dicẽdi genus: illa sententia, quam recitaui habet elationem: hæc remissionem. Animum adolescentis) rursus elatio, extollit, & dicit deceptum esse, filiam ostendit lachrymabilem esse, ostendit filiæ mærorem, patris dolorem. Ecce autem)

iam sequitur scelus matris, ostendit amore factum esse, quòd filia à marito diuerit. Diuortium) id est, libellus repudij à filia Cluentia, à Cluentia Sorore. Facinus triste, post nuptias diuortium. Dum uero illa egregia) Ironia in dolore, sequitur istius narrationis grauissimus locus, qui fere par est exordio. Non dicit matrimonium coijsse, non nuptias celebrasse cum genero suo, non adfert nuptiale conuiuium, non diem nuptiarum, sed noctem accipit, & lectum genialem. Genialem) id est, cuius presses est genius bonus nuptiarum, genius, qui est in patrocinio boni genij, Thalassius. Nubit genero) id est, filiæ marito. Socrus, id est, filij mater. Funestis ominibus) sententia est rei grauissimæ: de nuptijs, de saltationibus nihil dixit, nihil de carmine Epithalamio, sed accipit ipsum lectum, rem turpem occultat.

Hoc modo deligendæ sunt sententiæ. ô Muliris) ira, interrupta narratio. Illa sunt magna, quæ sunt singularia, inaudita, non uisa. ô Audaciam singularem) sequentibus exaggerat rem propositã ac: rebus quæ sensibus nullis præditæ sunt, tribuit sensum. Tribuit nocti quasi animaduersionem, ultionem, seueritatem: mutis rebus tribuit cupiditatem ultionis, & uindictæ. Non limen cubili) cubile est filiæ, cubile continet & lectum & culcitram, & omnia. Est quasi Poetica amplificatio, ultimeri orator, quæ non sunt timenda (Perfregit, ac prostrauit) definit in contrarijs, in caussarum contentione. Vt, uicit pudorem libido, &c. sed ille locus pondere est uehementior.

Scholæ.

Scholæ, in

CAPVT. XII.

Cicero orationem perfectam æstimauit quatuor dicendi modis, quos Græci uocant τρόπους: quorum unus est puritatis, qui modus spectatur sermone Latino, & formulis sententiarum Latinis. Alter est perspicuitatis, qui est diligentiæ, facilitatis in intelligendo. Tertius, est ornatus, non enim oratione solum oportet esse puram, sed etiam ornatam. Quartus est decori. Oportet enim ornatum non solum concinnum, sed etiam aptum, & conuenientem esse. Et quatuor sunt considerandæ in primis dicendi generibus, in subtili, in graui, & mediocri. Nam ipsa subtilitas suam requirit & puritatem, & mundiciem, & claritatem, atq; lumen, & ornatum, atq; elegantiam, & conuenientiam, atq; decorum. Hermogenes, qui post Ciceronem scripsit, hæc tradidit enucleatius, & inuenit in Demosthene septem dicendi figuras, siue modos, qui cadunt in illa tria dicendi genera. Sicut autem subijcio quatuor modos illis generibus dicendi: sic etiam has septem formas Hermogenis subijcio ijsdem. Primum enim in Demosthene apparet illa perpetua uirtus orationis, quàm solam agnoscit Aristoteles, scilicet σαφήνειαν: uult orationem esse claram, non obscuram. Quemadmodum homo formosus habet uultum non obscurum, non pallidum, non liuidum, sed bene coloratum, colore lucido,

oportet ipsum uultum esse εὐχρωμον, & εὐχημον: ut apparcat bonus succus. Ergo prima uirtus in Demosthene, est perspicuitas. Sed forma paruorum hominum non ita allicit: ut forma magnorum uirorum: sic oportet ut ipsa dicendi forma iustam habeat magnitudinem, requirit enim aliquid amplum. Propterea oratio oratoris dicitur esse ampla, non angusta, contracta, breuis, concisa: neq; satis est colorem esse lucidum, in homine corporis procerum: sed requiritur etiam pulchritudo, & elegantia, non incuruiceruicum, aut distortum. Corpus debet esse εὐχημον, pulchrum, benè figuratum, & propterea necessaria est tertia uirtus pulchritudo, κάλλος, id est, elegantia. Sed hæc tria non oportet esse ignaua, inertia, requiritur enim in uiro, uelocitas, & celeritas. Homerus tribuit Aiaci magnitudinem corporis: dicit illum habere manus ualidas. Sed Achilli tribuit plus celeritatis: celerius potuit procurrere: & propterea petitiones Aiacis erant graues, sed tardiores. Achillis autem celeriores: & propterea oportet eloquentiam fluere, oratio quæda dicitur monte decurrens uelut imber. Pindarus laudatur, propter celeritatem. Sed hæc celeritas non debet esse tripudiorum, & Chori, comparata ad pompam, sed debet esse uirilis, & formidabilis. Vegetius ostendit hostes maximos territari impetu militum. Et propterea hanc Hermogenes uocat γοργότητα. Sed quid si in his quatuor in perspicuitate, in colore bono, in celeritate, &c. sit improbitas, uir malus, & improbus, dux exercitus nefarius? oportet & oratorem, & imperatorem esse uirum bonum, furiosa est eloquen-

sententia, si furiosum hominem nanciscatur. Orator est vir bonus dicendi peritus: & propterea debet esse probitas in ipso oratore, genus orationis debet esse probũ, id est, probi uiri. Hermogenes uocat ἦθος, id est, genus moratum, in quo elucent probi oratoris mores, in quo orator uideatur iustissimus, modestissimus, & temperatissimus. Et quid si hi mores essent simulati, & ficti, si conqueri uideatur in doloribus: & tamen non doleat, misericordia perturbari, & tamen nulla sit animi in eo lenitas, & misericordia? Requiritur igitur sexta uirtus, ueritas: oportet motus oratoris esse ueros, non fictos: oportet Deos attestari, iusiurandum adferre. Sed mihi uel tellus, &c. est ueritas, promissio castitatis quod pudorem perpetuum uelit seruare. ô Mælibœe Deus, &c. Videtur hic uersus habere adulationem: sed ipse affirmat magis. Erit ille mihi semper Deus, &c. Hunc uerum λόγον. Hermogenes uocat ἔμψυχον: quod sit quasi uitus in animo, quod oratio uideatur profecta, ex animi sententia. Sexta igitur uirtus est ἀλήθεια: non solùm ut uox hominis audiatur, sed etiam quasi cogitata hominis uideatur cõspici. Post hæc sex, sequitur decorũ, scilicet efficax, decorum uocant Poetæ τὸ πρέπον. Sed Hermogenes uocat δεινότητα. δεινότης est decorum perficiens officium oratoris, decorum tripartitum debet habere finem. Debet enim esse applicatum ad docendum, delectandum, & flectendum. Propterea uocatur πρέπον δεινὸν: quemadmodum celeritas est quasi formidabilis, sic δεινότης est τὸ πρέπον, & δεινὸν uehemens, efficiens quod uult: quod finem assequitur tripartitum dicendi.

Hæc ſunt ſeptem ideæ generales. Sed in his ſeptem, tria ſunt πολυειδεῖς: quæ habent multas alias ſpecies, non ſunt μονοειδεῖς, unius formæ: ſed formæ multiplicis: & Hermogenes diuidit perſpicuitatem in puritatem, quam uocat καθαρότητα, illa puritas ſpectatur in caſtitate quaſi, atq; pudicitia linguæ Latinæ, & in Latinis formulis. Alteram ſpeciem perſpicuitatis facit ἐνάργειαν, id eſt, intelligentiam, cum intelligitur diſtinctè, enucleatè, cum ipſæ ſententiæ inter ſe ſunt partitæ, atq; diſtinctæ. Et hæ duæ ſunt formæ minores, quarum prima puritas eſt, altera facilis dijudicatio. Magnitudinem uoco amplitudinem orationis, efficiens corpus orationis magnum. Huius ſiue magnitudinis, ſiue amplitudinis ponit Hermogenes ſex partes, & primam formam uocat σεμνότητα, dignitatem, grauitatem. Dignitas eſt quæ oratorem facit, quaſi diuinum qui loquitur de Deo, de rebus diuinis, qui uirtutem facit quandam quaſi ἀπροβιοσίαν. Secundã ἰδέαν facit τραχύτητα, aſperitatem. In dignitate, eſt Dei laudatio. Deus laudari uult: admiramur res diuinas: ſunt ibi ſententiæ, quibus Deum beatum et, felicem celebramus. Omnia ſunt ἐγκωμιαστικὰ, μακαριστικά. Sed in rebus humanis ſunt errata, ſunt peccata, ſunt ſcelera. Sic orator in rebus diuinis eſt laudator, admirator: in rebus humanis eſt iudex, monitor, caſtigator. Caſtigatio autem duplex eſt, una amicorum, magiſtratuum, aliquando enim aures magiſtratuum ſunt quaſi uellicandæ. Hac aſperitate utitur Demoſthenes in prima Olynthiaca, ubi reprehendit Athenienſium negligentiam. Et hæc dicendi figura uocatur aſperitas,

τραχύτης.

τραχύτης. mordet nonnihil, uitans adulationem. Vel illa castigatio adhibetur improbis & sceleratis, perduellionibus, seditiosis, peculatoribus, & uocatur σφοδρότης, uehementia, acrimonia, facit enim uulnera, deijcit improbos de statu, eijcit in exilia. Hæc oratio uim habet hostilem. Post res diuinas, benè cultas, & honoratas, post sedata & salutaria consilia, post uictum Vatinium, post strangulatum Lentulum, post eiectum Catilinam, sequitur splendor, glorioſa quasi oratio. Hæc figura uocatur λαμπρότης, & λόγος λαμπρὸς: qua Cicero ferè nimium utitur. Ciceronem Demosthenes superat uerecundia, & modestia. Cicero quasi glorioſè disserit, & se se iactat. Sed Demosthenes de sua Politia splendidè quidem, sed paululum uerecundius. Sed hæc omnia debent habere suam maturitatem, debent esse uegeta: ut oratio non sit imbecilla seniliter: in oratore enim oportet esse senilem sapientiam, sed non seniles uires. Oportet oratorem habere spiritus, & latera, ἀκμαίους: oportet λόγον esse ἀκμαῖον, uegetem, non senilem. Sed quoniam oratoris debent esse magni spiritus: oportet orationem esse condensatam, & illa ἀκμὴ spectatur non solum in minoribus periodis, sed etiã in longioribus. Et in Demosthene apparet, quod sæpe uno spiritu potuerit pronunciare prolixas periodos. Περιβολὴ non singulos proijcit lapides, sed plures. Moratam orationem putat fieri quatuor potissimum uirtutibus. Primum simplicitate: ut animus sit simplex non duplex, ut oratio non uideatur callida, & astuta: oratio uerò oratoris, sed hominis. Deinde non solum simplices, sed etiam suaues de-

bent esse mores. Simplicitatem uocat ἀφέλειαν, ab auferendo: quod omnis calliditas, et astutia, omnis πανουργία sit ablata. Sed sunt homines simplices, etiam iracundi, moribus fastidiosi, propterea orationē oportet esse simplicem, & suauem. Christus requirit in Apostolis simplicitatem columbarum: sed requirit etiam prudentiam serpentum: ut suauitas sit lepida, & facета, ingeniosa, & prudens. Tertiò requiritur in moribus æquitas, ἐπιείκεια, non opertet summum ius tueri, oportet aliquid remittere, concedere.

Scholæ, in

CAPVT. XIII.

DIximus, septem esse, ex quibus Hermogenes putat ideam Demosthenis constitui, hoc est genus, ἰδέαν, dicendi Demosthenicum. In hoc autem primo loco putat considerandas esse sententias, sententia enim est quasi anima, ψυχὴ τοῦ ἐνθυμήματος: ex sententia hominis, cognoscitur eius uirtus, prudentia, & sapientia, usus rerum, simplicitas etiam, stultitia, atq; stoliditas: sententiæ ostendunt mentem ipsius hominis. Sic totius orationis mens est sententia. Sententiam non uoco solum τὰς γνώμας, id est, sententias θετικὰς, uniuersales, de uirtutibus, de rebus faciendis, de rebus dicendis: quæ efficiunt γνωμολογίας, & harum magna est autoritas: sed has non solum uoco sententias: tametsi sint primariæ (sunt enim sententiæ propositionum

positionũ maiorum syllogismi) de moribus, de uirtutibus, de pœnis, atq; supplicijs. Sententias enim uoco etiam propositiones minores, & quæstionum finitarum, de actionibus hominum singulorum, de singulorum factis, & dictis: deniq; sententiam nomino quamuis πίστιν, id est, quoduis argumentum. Sed sententiæ, quemadmodum anima uult uestiri corpore, & corpus uult uestiri suo ornamento: sic etiam ipsa sententia requirit suũ quasi uestitum, quasi ornamentum, quasi indumentum: & hoc uocatur ab Hermogenes Methodos, id est, sententia ratione tractata, sententiæ tractatio: & propterea secundo loco sunt obseruandæ sententiarum Methodi, id est, ἐργασίαι, tractationes, id est, τάξεις, collocationes, indumenta, uestitus, ornatus, ornamenta. Nam Hermogenes uocat Methodos, quas Grãmatici uocant figuras sententiarum. Vt est, proponere, probare, rem concludere, rem diuidere, immorari in eadem re, rem uariè amplificare, rem sub oculos subijcere. Hæc enim omnia pertinent ad tractandum. Sed hæc non possunt fieri absq; nominibus, & uerbis: quæ constituunt propositionum subiecta: & earundem prædicata. In uerbis consideratur proprietas, id est, propria significatio, δύναμις, id est, potestas, ut rem significent grauiter: & propterea tertio loco, spectanda sunt uerba: quarto loco uerborum ornamenta, id est, σχήματα λέξεως: ut sunt uerborum relatio, iteratio, geminatio, casus similes, fines similes, uerborum commoratio, uerborum uarietas. Hæc ornamenta consideranda sunt quarto loco in Demosthenes, & Ciceronc, quanta, & qualia,

lia, & quomodo confecta sunt. Quinto loco, considerãda sunt membra: sententiæ enim sua habent ueluti membra, quæ uocantur κῶλα, & κόμματα, id est, membra & incisa. Nam oratio cadit in prædicamentũ quantitatis, habet enim oratio suam mensuram, alia enim periodus alijs est longior, alia bruior: alij scriptores utuntur breuioribus, & curtioribus, alij uerò longioribus membris. Sexto loco, uerborum in ipsis membris obseruabitur collocatio, id est, συνθήκη, uerborum quasi acies, & structura. Verba enim debent habere suam quasi παράταξιν, id est, aciem. Sed uerba quædam sunt extrema in membris, id est, terminant orationem: & propterea septimo loco, considerandæ sunt clausulæ periodorum, & membrorum: quæ uocantur ἀναπαύσεις cum spiritus oratorum refocillatur. Ex compositione uerborum, & ex clausulis, efficitur ῥυθμὸς, id est, numerus oratorius: qui octauo loco est considerandus, oportet oratorem esse ἐυρυθμον, benè oportet esse compositum: oratio requirit ἐναρμονίαν, numerum bonũ, & conuenientem: sed tantum numerum oratorium. Hæc sunt octo, quæ efficiunt, & constituunt dicendi figuras: quæ uocantur ab Hermogene ideæ: & his octo ideæ inter se differunt, sunt que inter se discriminatæ. Sententijs igitur ad hunc modum differunt. In perspicuitate, & puritate, siue in puro, & perspicuo dicendi genere, debent sententiæ esse rerum quotidianarum, sententiæ rerum notarum: non autem rerum, quæ ignotæ, et remotæ sunt à nostris sensibus: quas non uidimus, de quibus rebus nihil audiuimus, &c. Nec solùm de-

bent

bent esse rerum notarum sententiæ, in puro, & perspicuo dicendi genere: sed debent esse etiam probabiles, debent habere fidem. Hæ sententiæ sunt puritatis, & perspicuitatis: hæ sunt duæ ideæ orationis apertæ quæ uocatur σαφήνεια, quæ tenet principem locũ, orationis scilicet claritas, perspicuitas, lumen. Secunda idea est μέγεθος, id est, magnitudo, id est, ut oratio sit magna. Magnitudinem Aristoteles uocat ὄγκον, quasi oratorium tumorem, Hermogenes uocabulo meliore ἀξίωμα nominat. oportet orationem habere grauitatem, & dignitatem, & autoritatem. In dignitate, primum locum tenet grauitas, id est, σεμνότης, λόγος σεμνὸς, oratio grauis. sententiæ in grauitate, sunt rerum magnarum, item maximarum: de Deo, de Dei actionibus, de Dei beneficijs, de Dei potestate, & potentia, & maiestate: aut de rebus quasi diuinis, de cælo, de constitutione elementorum, de fulminibus, de tonitru, de eiusmodi rebus. Hæ sententiæ orationem faciunt grauem, uirtus est grauiter ornata, cũ ipsi uirtuti diuinus tribuitur honos. Sententiæ huiusmodi graues efficiunt hanc σεμνότητα. Prima igitur idea est σεμνότης: secunda est Asperitas, τραχύτης. Oratoris enim est ciues hortari ad pietatem, ad cultum Deorum, docere uirtutem, esse magistrum morum. Deinde oratoris est, corrigere uitia magistratuum: oportet oratorem non solùm esse grauem, sed etiam asperum: oratio illa de Deo & rebus diuinis est lenis, & suauis. Sed oratorem non solùm oportet esse σεμνόν, sed etiam τραχὺ, castigare populi negligentiam, & desidiam: propterea, in asperitate requiruntur sententiæ ἐπιτιμητικαὶ,

κοὶ, quæ habent obiurgationes paternas: non oportet oratorem esse adulatorem, nec oportet orationem esse adulantem: sed reprehendentẽ uitia. Tertia uirtus erat acrimonia, quæ uocatur σφοδρότης. Oportet oratorem esse asperum, erga magistratum: oportet esse acrem contra sceleratos. Primum est de Deo docere: secundũ magistratum corrigere: tertium pœnas, & multas imponere sceleribus, & propterea oportet oratorem esse σφοδρόν. Sic sentẽtiæ sunt in hoc genere ἐπιτιμητικαὶ: quæ uituperant, plenæq; sunt querimonijs: quæ ipsa scelera exaggerant, uocare peccatum, facinus, scelus, parricidium. Non ego te uidi Damonis, &c.) est sententia ἐπιτιμητική. Quarta uirtus erat λαμπρότης, splendor, qui est positus in laudationibus, oportet non solùm uitia oratorem corrigere, sed etiam præmijs afficere uiros fortes, magistratus: & sic oportet oratorem λόγον habere λαμπρὸν, de rebus præclare gestis, neq; solùm sententiæ ἐγκωμιαστικαὶ sint, sed etiam μαχαιρικαὶ. Hæc omnia requirunt maturitatem, robur, & uigorẽ: debent esse uegeta, & propterea quinta uirtus, est ἀκμὴ: id est, uigor, habet, & recipit omnes sententias superiores, quæ plenæ sunt admirationis, de Dijs immortalibus, de sceleribus: sententiarum etiam splendoris, est cãpax λόγος ἀκμαῖος. Oratio debet matureſcere: sed non debet conſeneſcere. Philippicæ orationes habent maturitatem ἀκμαίαν: non autem habent senium: in maturitate oratio debet cõsistere, nõ debet langueſcere uiribus: & propterea usus hìc est omnibus superioribus sententijs. In circumductione non sunt sententiæ singulæ, & solitariæ,

tale, sed geminatæ, replicatæ, triplicatæ, cõdensatæ, omnia in περιβολῇ debent cõstipari. Nullus miles solus debet stare: sed constipatos esse milites. Prima uirtus est perspicuitas: secunda magnitudo: cuius partes sex, de quibus iam dixi. Tertia uirtus est γοργότης, id est, uelocitas, uelocitatis sunt sententiæ breuiter absolutæ, non circumductæ: sed Celeres, tanquam tela crebro uibrata, atq; coniecta. Vade, uale, caue ne titubes, mandataq; frangas. Vnus uersus complectitur multas sententias. Circumductio condensat, cum mora, & tarditate: ἐπιτάσει, Celeritas, διανοήσει, commatibus absoluit sententias suas. Hæc igitur quarta uirtus γοργότης est: sed hæc omnia morata esse oportet: moratum etiam oportet esse oratorem: & uirum bonum.

Accuratæ orationis nulla propria.) Requiritur itaq; τὸ ἦθος, quod genus sententias habet moratas, ἠθικὰς. In Ethicis autem sententijs, figura prima est simplicitas id est, ἀφέλεια. Ἀφέλεια est oratio, qua efficitur, ut ipse orator uideatur non callidus, & astutus, non ueterator, non calumniator, non subdolus, & insidiosus sed innocens, & integer, & recta uia ingrediens. Et propterea in hoc simplici dicendi genere, sunt accersendæ sententiæ, dicta, cogitata, facta hominum non callidorum: eiusmodi est illa sententia pro Sex: Roscio, in principio narrationis C. Quintius cæterarum rerum paterfamilias, sat diligens, una in re non satis prudens, &c. Illa narratio habet exemplum simplicitatis, ἀφελείας. Illud autem genus est duplex: Aliquando est uerum, ab

animo

animo profectum uero, estq; uera simplicitas: non ficta & simulata, non fucosa, & cerussata: cuiusmodi est Sinonis oratio, in prima scena, apud Terentiam. Sic cogitans, huius mortem tam fert familiariter paruæ consuetudinis caussa, quid faciet mihi patri? &c. Tota illa oratio habet pulcrum exemplum simplicitatis. Sic Didonis oratio, libro quarto AEneidos. Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichæi, &c. est oratio simplex. est enim hominis simplicis fateri uitium, quasi suum dedecus: statim post simplicitatem, sequitur ueritas: sed mihi prius terra debiscat, &c. Alterum genus simplicitatis, est simulatum, artificiosum, ab arte profectum, non ab animo: cuiusmodi est oratio ipsius Sinonis: qui specie simplicitatis efficit, ut equus Troianus sit admissus in Vrbem Troiam. Vtrunq; genus cadit aliquando in oratorem bonum. Aliquando enim oratores uerè sunt simplices, aliquando etiam fictè, & simulatè. In oratione, oratorem uerè bonum esse non est artis, sed naturæ, uirtus in oratore uera, non est artis, sed naturæ beneficiū. Sed ita loqui, ut simplex esse uideatur & integer, hoc artis est. Primum igitur genus est naturæ, & ueritatis, Alterum autem genus simplicitatis, est artis. Ita orator debet loqui, ut (etiam si non sit) tamen uideatur bonus, & simplex. Sententiæ igitur debent esse eiusmodi: quæ habent dicta, cogita, facta hominum integrorum, & innocentium. Secundum genus in morata oratione, est suauitas, nihil pulchrius est simplici uirtute: speciosissima est forma simplicis ueritatis, & propterea suauitas secundum locum occupat, ut mores uideantur suaues.

Igitur

igitur sententiæ debent esse rerum suauium. Suauitas ita inuenitur partim in homine: partim extra hominẽ. Duplex est suauitas: una rerum, quæ in homine sunt. ut, iustitia, tẽperantia, etc. Quàm suaue fuit legere epistolam illam Lentulo? Ego enim officio, ac potius pietate ergate, &c. Oratio ualde suauis, & grata fuit P. Lentulo. Suaue exordium est Demosthenis. Primũ ego Deos, Deasq; oro, &c. habet enim significationem pietatis, pulcherrimæ & excellentissimæ uirtutis. Etsi uereor-nulli.) Suauis oratio, principium accommodatum ad benenolentiam: ostendit enim se uerecundari, & tanta uerecundia rem tractare: ut inde efficiatur timor & metus. ô Melibœe, Deus nobis hæc) oratio suauis, & delectans, rursus est significatio gratitudinis, ex homine Deum facere, pro beneficio facit sacrificium. Ibi suauis est oratio: sic ipsa simplicitas, habet suauitatem, nam simplicitas est quasi indicium uirtutis. Stultus ego huic nostræ similem quo sæpe solemus, &c. Illa oratio Tityi habet ἁπλότητα, simplicitatem. Sic canibus Catulus) fatetur suam stultitiam, & adfert rusticam similitudinem. Et Hermogenes recte facit, quòd coniungit simplicitatem, & suauitatem, nam simplicitatem sequitur suauitas. Fortunate senex.) Gratulari, beatum aliquem facere, suauissimum est genus, & gratissimum. Alterũ genus est suauitatis est extra hominem: ut sententia de fructibus, de rebus amœnis, lætis. Sic illa munera ipsius Coridonis, in secunda Ecloga, ubi numerat castaneas, & copiam pressi lactis: tota illa oratio habet suauitatem, est extra hominem. Malo me Galatea petit) Ma-

lum, & Galatea erant extra pastorem. Hoc genus sententiarum orationem facit suauem. omnia quæ delectant sensus, sunt suauia. Vt Musica afficit aures: Colores oculos, ab his rebus sententiæ sunt sumendæ. In descriptione Syracusarum est suauis narratio, & est extra hominem: quæ urbs diuisa erat in multas alias urbes. Huius generis sunt sales, & facetiæ, de quibus libro secundo de oratore. In morato dicendi genere, tenet primum locum simplicitas, ἀφέλεια: secundum γλυκύτης, id est, suauitas, & luptas, & suauitas. Sed tertium locum occupat æquitas & iustitia, ut orator iudeatur æquus esse, ne uideatur sua minuum amplificare, exaggerare, summo iure contentere: sententiæ enim, debent esse mites. AEquitas habet significationem misericordiæ, clementiæ, lenitatis, bonitatis, sententiæ igitur, quæ significationem habent humanitatis paternæ, doloris, sunt huius generis, scilicet AEqui, τῆς ἐπιεικείας. Sed hæc non debent esse fictæ, id est, non debent uideri simulata: oportet oratoris orationem esse ἐμψυχον, ab animo profectam: oportet oratoris orationem esse ueram, oportet flere, sed probabiliter gaudere, sed ut credatur. Veritas efficit ut in genere dicendi παθητικῷ, quod inflammat, motus uideatur esse uerus Propterea sententiæ debent esse rerum probabilium: debet orator lachrymare: sed ostendere causssam lachrymarum. Lacrymauit Cicero pro Milone, pro Plancio, pro Sylla, sed ostendit causssas. Lacrymauit enim in periculo & discrimine, in miseria eorum, à quibus ipse salutem accepit. In celeritate, quæ uocatur γοργότης, debent sententiæ esse breues, non prolixæ

Et

Tribus generibus ſententiarum dicendi genera ſunt inter ſe diſcriminata. In decoro, debent ſententiæ eſſe pares rebus, ut oratio & ſententiæ non ſint maiores, quã res ipſa ſit. Sententias ſequitur Methodus: quæ nihil aliud eſt, niſi ratio tractandi ipſam ſententiam, quædam ſententiæ proponi uolunt, proponere igitur eſt Methodi, & quæ propoſita ſunt uolunt probari, res probata uult concludi. Ergo concluſio eſt methodus. Sed res quæ multiplex eſt, uult diuidi. Ergo διαίρεσις eſt methodus. Res, multiplices, & diuiſæ uolunt collocari, & in ordinem digeri. Ergo collocatio, & digeſtio ſunt Methodi: Res quæ non uidentur ſatis magnæ, cum ſint maximæ, uolunt amplificari. Amplificatio igitur eſt Methodus. Quædam ſententiæ poſtulant mandari memoriæ, perpetuo retineri. Requiritur igitur Methodus quæ uocatur ἐπιμονή, commoratio. Res magnæ debent eſſe illuſtres: & propterea res poſtulant aliquando deſcribi, & ob oculos poni. Ergo ἐνδιατυπωσις eſt Methodus. Oportet igitur iam uidere quomodo dicendi genera differant Methodis, id eſt, ornamentis ſententiarum, ſententiarum tractationibus. Quomodo igitur in puritate ſunt ſententiæ tractandæ, ἐν λόγῳ καθαρῷ, & in perſpicuitate, in intelligentia, ἐνφανείᾳ? ſententiæ debent habere ἀφηγήσεις ψιλὰς, expoſitiones nudas, & tenues. Ἀφήγησιν uocat propoſitiones, uocat etiam narratiunculas, uocat diuiſiones, etiam partitiones, & expoſitiones. Illæ debent eſſe ψιλαὶ, id eſt, nudæ, exiles. Exiles expoſitiones ſunt, quæ non habent aſſumtiones, προσλήψεις, id eſt, alias res aſſumtas, quæ ad ſpeciẽ non

assumunt genus, &c. Cum omnis uirtus amanda, tum inprimis iustitia, est assumptio. Cum instituis laudare uirtutem, assumis genus. Cum omnis uita turpis fuit, tum in primis senectus. Sic illud principium apud Ciceronẽ Quanquam te, Marce fili, annum audientem Cratippum, idq; Athenis.) Ibi assumit Vrbem, omnia habentem πρόσληψιν. Est autem duplex assumtio: Vel est generum cum ad speciem assumitur genus, aut ad individuum assumuntur species: Vel assumptio est circumstantiarum cum ad rem præsentem assumis reliquas circumstantias: & puritatis est, ponere sententias nudas absq; assumtionibus. Huiusmodi sententiæ conueniunt etiam perspicuitati. Sed perspicuitas efficitur propositionibus solitarijs, propositionibus, quæ absoluuntur membratim, cum sententia proponitur non periodis: sed singulis quasi membris. A Ioue principium, &c.) quatuor res duobus uersibus Poeta complexus est. Rem igitur oportet proponere breuiter, & nudè: sic nudæ debent esse partitiones. Quæ res duæ in ciuitate) perspicua est perspicuitas, diuisione sententia est illustrata: Digestio uocatur διαίρεσις, partitio, Sic digestionis est dividere, nam partitio ostendit numerum eiusq; ordinẽ quid primo, quid secundo loco, quid tertio, uelis dicere. Deinde ordo naturæ seruatur, quemadmodum natura requirit: sic enim sententiæ debent collocari: ut res primæ, primo loco, secundæ secundo loco, &c. ordine instituto tractentur.

Συνέχεια, continuatio superiorum, cum insequentibus. In omni figura, id est, in omni idea, octo sunt spectanda,

ſunda, ut dixi. Primum ſcilicet, conſyderandæ ſunt ſen
tentiæ ipſæ: quæ ſunt tanquam mens, & anima totius
orationis: in quibus maximus & diligentiſſimus haben
dus eſt delectus. Sententiæ uocantur ab Hermogene,
ἰδέαι, ab Ariſtotele σχήματα. Secundo loco, ſententia-
rum tractationes: quas uocat Hermogenes Methodos:
nam omnis ſententia requirit tractandi Methodum, &
ratiom. Nulla autem exprimi poteſt abſq; uerbis: ideò
tertio loco notanda ſunt uerba, λέξεις, id eſt, ὀνόματα,
ῥήματα, μόρια, id eſt, particulæ, ut: aduerbia, coniun-
ctiones, præpoſitiones, &c. Quarto loco χήματα, id
eſt, figuræ uerborum. Nam figuræ ſententiarum, com-
prehenduntur ſub methodis. Sententiæ autem habent
ſuam longitudinem, & breuitatem. Ergo quinto loco,
conſyderanda ſunt membra. Quemadmodum enim in
corpore humano, digiti ſuam requirunt longitudinem
certam, & in cæteris membris iuſta debet eſſe propor-
tio: ſic etiam in oratione. Nam ſua habet κῶλα, & ſua
habet commata, id eſt, inciſa, tanquam articulos. In mē-
bris requiritur compoſitio. Nam uel ponuntur ſepara-
tim, & ſingulatim membra, unde Latini dicunt mem-
bratim dicere, uel interciduntur, unde commata. Inde
inciſim dicere κομματικῶς λέγειν, Vel membra ſuam
habent continudtionem, & efficiunt periodum, inde di
citur περιοδικῶς λέγειν, id eſt, periodis ſententias ab-
ſoluere, & in his membris, requiritur uerborum cer-
ta ſtructura: quæ ſexta pars eſt ſpectanda, in ſingulis
uocibus: & quanquam aures ſentiunt principia periodo-
rum, atq; etiam delectantur medio curſu periodorum:

tamen maximè delectantur fine, & uariè, afficiuntur clauſulis, id eſt, extremis uerbis, extremis ſyllabis periodorum, quæ proprio nomine uocantur τέλη, fines: ſed uerbo Metaphorico, ſeu translato uocantur ἀναπαύσεις: quod aures ibi maximè quieſcant, id eſt, extrema animi intelligentia. Hermogenes non uocat uerbo proprio τέλη, fines, ſed ἀναπαύσεις: propterea quòd fines periodorum maximè delectent: & quicunq; ſcriptor bonus eſt, is maximè debet fines periodorum conſiderare: aliquando Iambis, aliquando ſpondæis, aliquando dichoræo, aliquando etiam Moloſſo, aliquando ditrochæo, aliquando Cretico, Amphimacro, aut Amphibracho claudere orationẽ. Hæc enim uarietas, clauſularum maximè delectat. Ex periodis, & clauſulis, ſit aliquod compoſitum, efficitur octauum, quod uocatur ῥυθμὸς numerus, qui eſt idem, quod in homine pulcher ingreſſus: animi alacritas: & mores maximè in inceſſu intelliguntur. Sic oratoris oratio debet eſſe numeroſa: numeroſa ſpacijs, & quaſi cum numero debet ingredi certis ſpacijs, certis ingreſſibus. Quomodo uerò ſingula genera ſententijs differant, dixi proxime. Quemadmodum autem ſententijs differunt: ſic etiam tractationibus, id eſt, ἐργασίαις, quas ut dixi Hermogenes uocat μεθόδους: propterea quòd ipſi Rhetores habent certam rationem, & uiam, eamq; uariam, tractandi ipſas ſententias: & ſententiarum, ut dixi ornamenta, χρώματα διανοίας. Nam quas Hermogenes uocat ἐννοίας, alij uocant διανοίας. Differunt illa duo compoſitione, non ſignificatione. In oratione aperta, & perſpicua ſenten-

tiæ

ponendæ sunt solitariæ, uel singulæ. Vos isthæc intro auferte, &c. Sunt sententiæ μονοειδεῖς solæ, seorsim collocatæ, quemadmodum fit in oratione, quæ absoluitur incisim, membratim: aut absoluuntur breuibus periodis: Nos quotidie uestros tabellarios expectamus) Periodus est tricolus, trium membrorum, breuiter absoluta: ut et illa, Terentij: Gaudeo, si tibi quid feci, quod placet, Simo, &c. Aliæ autem tractationes habent assumptionem, πρόσληψιν: assummunt ad ipsam speciem genus, ad indiuidiuum speciem. Cum omnes libri Philosophiæ utiles sunt mortalibus: tum imprimis, qui de moribus traditi sunt. Libri Ethices) est species. Omnes libri) est totum. προσλήψεις igitur sunt contrariæ huic generi solitario: deinde obliquationes. ut: Etsi forte iudices, &c. Participia orationem faciunt obliquam. Quanquam te, Marce fili, &c. est oratio circumducta. Deinde sententiæ προτακτικαὶ, uolunt breuiter proponere, quod uelis dicere: faciuntq; orationem perspicuã, item διαιρέσεις, diuisiones. Animaduerti duas in partes, &c. Omnis διαίρεσις orationem facit illustrem, & perspicuam: item digestiones, id est, διατυπώσεις. Vt: Primum dicam de genere belli: Deinde de magnitudine: tum de imperatore deligendo, &c. Deinde sententiæ μεταβατικαὶ, id est, transitiones. Hactenus de uirtute imperatoris: nunc de fortuna, Nam transitio indicat quid dictum sit: & præsignificat, quid porrò dicendum sit Deinde collocationes rerum, secundum rerum ordinem, φυσικαὶ τάξεις, obseruare collocationem dierum, horarum, mensium ordinem, incipere à radice arboris,

transire ad truncum, hinc ad ramos, inde ad surculos, demùm ad fructus. Itẽ ἀντιθέσεις, obiectiones, breuesq; responsiones. Nã animus dubitans, cœcutit, animus hæsitans non uidet quod uerum est. In tenebris uersamur, quàm diu propter hæsitationem non credimus. Et propterea oportet ἀντιτιθέναι. Αντίθεσις cõstat duab partibus, primum πρόσληψει, assumptione, quæ est ἀντεισαγωγὴ inductio, cõtra aduersarij rationes. Deinde λύσει refutatione, id est, nostra argumentatione contraria, nostra quasi solutione: & hoc est lucem afferre rebus, falsum refutare: uerũ confirmare, præsertim, si fiat breuiter, absq; obliquatione, absq; longo, & prolixo ambitu uerborum. In grauitate, quam uocauimus σεμνότητα, quæ pars est prima magnitudinis, sententiæ debent esse ἀποφαντικαὶ, id est, debent habere affirmationes, absq; dubitationibus. Vir grauis, pietate, nihil debet de Deo, de Dei potentia, misericordia, hæsitare: affirmando & negando debet autoritatem comparare. Oportet in grauitate fidenter loqui. Sic sententiæ debent esse ἀποφαντικαὶ: quæ significent uel uerum, uel falsum. In grauitate debemus uera affirmare, falsa negare. ut: Bene dicta tu, inter mulieres: est ἀπόφανσις. Nego uos filios meos esse: est negatio uehemens. Deinde sententiæ in grauitate debent esse allegoricæ, debent habere allegorias rerum magnarum, quæ laudantur hoc in loco. Verbum domini gladius cedens est, in utramq; partem: paries dealbate: allegoria grauis est. Item admirationes, sententiæ afferentes aliquid admirabile. Et hæ sunt tractationes: ἀποφαίνειν, ἀλληγορεῖσθαι, θαυμάζειν, μακρί-

ωρίσεων, &c. In asperitate, quæ pars est in magnitudine libera, debet esse in dicẽdo uox libera, sententiæ debent esse liberæ, nullum metum, nullum timorem debent habere in reprehendendis uitijs. Non oportet in asperitate παρακαλύπτειν, παρακαλύπτως λέγειν: tegere enim est uitium, unde contrarium ἀπαρακαλύπτως, non occultè dicere, nulla circuitione uti. Illa ἀπαρακαλυψία territat, percellit, castigat, reuocat errantem. Asperitas debet etiam carere lenitione, non debet habere extenuationes, & quasi consolationes. Orator asper nihil debet mollire. Si adulatio est uitanda in pecatis magistratuũ, consulum, dictatorum: magis est uitanda in acrimonia: quæ habet ista omnia uchementiora, & grauiora: debet esse maior παρρησία in acrimonia: quàm in asperitate: debent esse amplificationes, sentẽtiæ ὑπερβολικαὶ, exaggerantes rem supra modum, supra naturam ferè rerum. In splendore, quem uocamus λαμπρότητα, debent esse narrationes apertæ, non solùm debent esse affirmationes: sed etiam asseuerationes, probabilia dicere probabilius, nihil dubitare: nihil hæsitare: sed apertè, uel affirmare, uel aliquid negare. Splendor non debet habere sententias interiectas, κατὰ διανοήσεις. Nam omnis iniectio uerborum longior, omnis incisio, siue ἐπεμβολὴ, est in oratione quod in sole est nubecula. In splendore debent esse testificationes, ὅρκοι, sacræ affirmationes, oportet hic Deum testem facere suorũ studiorum: suorum officiorum, & laborum: ut sæpe facit Demosthenes, Cicero, & D. Paulus. Hæ tres figuræ habent ferè eandem tractationem: sequitur oratio περιβολικὴ

oratio circumducta. Circumducta oratio est, quæ est coagmentata sententijs: quæ sententijs longè est diducta. Oratio coagmentata habet προσλήψεις, assumptiones. Ego omni officio, &c. Omnia si perdas, &c. Item πεχυιχμσνὺς. Item participijs continuatas sententias. Quanquam te M. fili annum iam audientem Cratippum, &c. Inter ἐπεμβολὴν, & διάκοψιν, hoc est discrimen: quòd ἐπεμβολὴ, non secat sententias: sed injicit sententias, alijs integris. At διάκοψις separat subiectum à prædicato & integram sententiam interponit. Item ἐπιπλοκάς sunt: cum sententiæ continuantur: cum uno spiritu, duæ periodi exponuntur. Vt. Quæ res duæ, in ciuitate, &c. Item ἐπιμερίσεις, adiectum iudicium oratoris, cum orator adiungit suam sententiam. Item κατάρξαι, incipere à secundo, & annectere primum, etc.

Scholæ, in

CAPVT. XIIII.

OStendimus primum, quomodo sententijs differant dicendi figuræ septem apud Hermogenẽ: item quomodo uerbis, quomodo item tractatione, id est, ornamentis sententiarum: sequitur uti am de uerborum dicamus ornamentis. Nam sunt quædam dicendi formæ, quæ requirunt propria ornamenta: quædam etiam habent communia hæc ornamenta, quemadmodum ostendimus. In puritate illud debet esse χάρις, ornamentum, & lumen uerborum: quod uocatur

τὴν ὀρθότητα, rectitudo: oratio quæ fit casibus nominandi, quæ fit ἐπ' ἐνθείας. Caius Quintius Publij huius Quintij pater) Incipit à casu recto, à nominatiuo casu: huic ornamento, contrariu est πλαγιασμὸς, obliquatio: cum utimur (ut Grammatici loquuntur) Ablatiuis absolutè positis. Participia faciunt orationem circumductam & longiorem, sæpenumero etiam obscuram. Vt moto bello Phocensi, πολέμου μὲν συστάντος: Sic Plagiasmus factus est in principio orationis pro Milone. Etsi uereor, iudices, incipientẽ, &c.) Item, In officijs: Quanquã te M: fili, annum iam audientem Cratippum, Athenis. Participia igitur & genitiui absoluti absolutè sumpti faciunt πλαγιασμούς. Primum igitur præceptũ est affirmatiuum, in hac parte. Oratione utendum esse directa, id est, casibus rectis. Secundum est negatiuum: inflexiones, seu obliquationes sunt uitandæ Tertium autem non apparet: sed pertinet ad stylum, & ad emendationem. Est enim uerborum quædam, quæ facit orationem magis puram, πρόσθεσις τῶν λέξεων, additio uerborum, scilicet in sententia obscura, uerba superflua obscurant orationes: onerant aures, & mentes: & propterea adhibetur ablatio, ipsius uerbi ἀφαίρεσις. Deinde uerba non debẽt nimis longè continuari: ergo sententiæ sunt uerbis separandæ, sunt interuallendæ, & uocantur χωρισμοὶ ἐννοιῶν, separationes sententiarum. Hæ non apparent in oratoribus. nam hæ stylo emendantur, scilicet, Defectionem, stylus emendat, additione, longitudinem uerborum emendat intercisio, id est, separatio sententiarum. Nullæ etiam debent

esse

esse παρένθέσεις, ἢ ἐπεμβολάς, nulla hyperbata: quæ omnia sunt superflua, & supervacanea: & hæc propria sunt puritatis ornamenta. In perspicuitate etiam illa superiora sunt: sed habet alia quædam communia. Primum habet τὸ κατ' ἄθροισιν ὡρισμένον. ὁρίζειν τὰ ἀθροισμένα, est, quæ numerosa sunt, distinguere, digerere partiendo. Quæ res in ciuitate plurimum possunt) Ex numero rerum, duas deligit, ἀθροισμῷ, accumulatione finita ὡρισμένῃ. Animaduerti, iudices, omnem accusatoris orationē duabus niti partibus) est ὁρισμὸς ἀθρόισεως: oratio est, quæ habet cumulum, rei cumulatæ est numerus terminatus: animus intelligit, & fit attentus: cum diuisione res fit illustris. Primum σχῆμα proprium est huius figuræ: secundum est ἀναρίθμησις, id est, distinctio ordinum: Primum ego Deos, Deasq; oro. Et deinde est schema scilicet ordinis numerorum, hoc uocat Aristoteles ἀναρίθμησιν. ut: primò, secundò: tertiò, quartò, &c. est ordinis, quasi decursio, atq; enumeratio. III. est μερισμὸς, id est, distinctio, quæ fit particulis. Non equidem inuideo, miror magis) μερισμὸς, non est hic diuisionis, non distributionis, non congerici: sed particularum. Nam distributio oratoria pertinet ad χύματα ἐννοιῶν, sententiarum: sed hic est μερισμὸς: qui fit particulis. Etsi uereor, iudices, tamen, &c. μερισμὸς fit apud Græcos μὲν, & δὲ particulis illis: πρῶτον μὲν: ἔπειτα δὲ. Etsi, tametsi, quanquam, & similes, sunt particulæ aduersatiuæ: τὸ φθονῶ μὲν, θαυμάζω δὲ. Etsi turpe sit: tamen necessarium. Latini omittunt μὲν, & δὲ. in illo Terentiano est omissum μὲν. Gaudeo, si tibi

quid

quid feci, aut facio, quod placet, Simo. Sed ista commemoratio, &c. μὲν est omissum : aduersatiua autem est posita SED. μὲν facit principium periodi, πρότασιν: δὲ periodi reddition em, ἀπόδοσιν περιόδου. Illæ duæ particulæ faciunt res differentes inter se illustres, et perspicuas. Quartum ornamentum est interrogatio, ἐρώτησις: quæ scilicet fit uerbo. ut: Quid ita? ergo ne omnia officiosissimus? Quare? quamobrem? Breues interrogationes, & breues responsiones faciunt orationem perspicuam : interrogationes præparant animum ad intelligendum. ut: Quamobrem ista dico? ipsa responsio deponit, ac aufert dubitationem. Non ut bonos deterream) perspicua fit oratio in rebus dubijs, interrogatione, ἄνευ μακρῶν διαστάσεων, breui interuallo. Quintum ornamentum est παραμυθία, est remedium, aliquando cogimur uti hyperbatis, aliquando Epembolis, & parenthesibus, uerborum interpositionibus. Oportet igitur in his adhibere remedium, contra obscuritatem: eo ornamento, quod uocatur ἐπανάληψις, resumtio uerbi, uel uerborum positorum, in principio periodi, ἐν πνεύματι. Oratio fit sæpe obscura, obliuiscimur primorum uerborum : nisi reuocentur in fine, & propterea solent dicere: Cum Athenas profectus essem, & te obuium habuissem, declinassemq; in uillam, profectus inquam Athenas, de te cogitaui. Huic perspicuitati contraria est ἀσάφεια, obscuritas: quæ fit συγχύσει, confusione uerborum. Nam, nec uerba nec sententias oportet confundere. Sed sunt duo genera perspicuitatis. Vnum genus est simplex, purum, merum, in

quo

quo unum genus & una forma dicendi, id est, sola perspicuitas. Vos isthæc intrò auferte, &c. Est sola perspicuitas. Quid igitur faciam, &c. Est oratio perspicua, id est, ubi perspicuitas principem habet locum. Alterum genus adhibetur in obscuritate, captatum in oratione circumducta: περιφραστικόν: & succurrit alijs figuris. Nam hæc figura dicendi aperta, sæpenumero est ancilla, adiutrix, & defensatrix cæterarum figurarum. Omne dicendi genus debet esse perspicuum, sive sit grauitas, σεμνότης: sive asperitas, τραχύτης: sive σφοδρότης, acrimonia, atq; uehementia. oportet oratorem uel accusatorem uehementem apertè loqui: sive deniq; sit circumducta, & exaggerata: oportet illum aggerem esse luminosum, hoc sit præceptis perspicuitatis. Sequuntur lumina grauis orationis. Hanc uocauimus σεμνὸν λόγον, σεμνολογίαν. ut de Deo, de Dei operibus, de rebus necessarijs, atq; salutaribus Rebus Pub. de uirtute, &c. Grauitas debet esse pura, & perspicua. Virtus uult esse speciosa, clara, perspicua, & aperta. Propterea quæ ornamenta conueniunt superioribus puritati, scilicet, & perspicuitati, illa etiam huic conueniunt, id est, sunt etiam grauitatis. De Deo oportet apertè loqui: hæreticorum oratio est obscura. Oportet omnia esse ἀτεχνοτεχνικὰ μετὰ τέχνης φαινόμενα: nõ oportet habere ἐνθύμημα. dubitationem. Proprium autem huius figuræ est ἐπίκρισις, id est, adiudicatio. Et recte quidem mea sententia: honesta ratio est. Facere enim adolescens fortiter quàm turpiter pati uoluit. Θεολογίαι sunt huius loci, & de rebus magnis, grauia iudicia. Orator Theologus

debet

debet cauſſas exponere, iuſtas ἐπιφύσεις, id eſt, ἀπλᾶς λογίας, ſed ἐπιφύσεις huiuſmodi, quæ non ſolum ſit nomologijs: ſed quæ ſit etiam uerbis. Facimus dignum uiro graui, ſi facinus mea ſententia non improbabile. Vitanda eſt omnis dubitatio, in grauitate: non dicere debemus, Fortaſſis: aut, ut ego quidem arbitror: non debemus hic ἐνθλιπτικῶς φράσεσι, uti: niſi cum damus conſilium. Vt Paulus dicit: conſilium do uobis ibi eſt ἐνθλίπτεις. Sed in pura grauitate, omnia ſunt ἀποφαντικά: non debemus facere ἀποστροφὰς ab uno auditore, ad alium, non debemus commouere perſonis, non debemus deflectere à re, ſed in ea inhærere, aſſeuerare, concludere affirmatione.

Accuratæ orationis omnia orna) Quæ eſſent propriæ notæ puritatis, & perſpicuitatis, heſterna ſchola expoſuimus. Cæpimus etiam indicare ornamenta τῆς σεμνότητος, grauitatis, atq; dignitatis. Diximus in puritate eſſe debere Schemata ἀποφαντικὰ, oportet pronunciata eſſe, ſiue ſint καταφατικὰ, ſiue ἀποφατικὰ, affirmantia, uel negantia. Qui de rebus magnis, & grauibus diſſerit, non debet dubitare. Ipſa etiam grauitas, & dignitas requirit perſpicuitatis ornamenta. Orator grauis debet docere, & rationes reddere, ſententiam ſuam de rebus dicere: debet oſtendere naturam rei, id eſt, qualitatem, rei genus, & conditiones. Quod χῆμα uocatur ἐπιφύσεις, oratoris adiecta ſententia, oratoris oppoſitum iudicium. Fecit hoc, & recte fecit: triumphum tribuit, honeſtiſſimum factum eſſe iudico. In aſperitate autem non ſunt ἀποφαντικὰ χήματα ſemper,

ſed

ſed quædam propria, quæ uocantur προστατικὰ, id eſt, imperatiua, debemus aliquando imperare iudicibus: oſtendere quid faciendum ſit: magis eſt imperandum, quàm optandum, & interrogationes debent eſſe reprehendentes, interrogationes debent eſſe ἐλεγκτικαὶ. Iam ne uides bellua? uituperatio eſt, interrogatio refutans. In acrimonia debent eſſe ἀποστροφαὶ, ſermones auerſi à iudice in ipſum aduerſarium: eiuſq; προσφώνησις oratio aliquando eſt flectenda contra aduerſarium, accuſationes ſunt acres, & graues. quando tela criminum, quaſi conijciuntur non in iudices, ſed in improbos, & ſceleratos. Aliud χῆμα eſt λεπτιῶν, ab Hermogene uocatum. Hic eſt, qui patriam perdidit, &c. Quod fit pronominibus demonſtratiuis. At pulchrum eſt, digitis monſtrari, et dicier, hic eſt. Hæc eſt illa dies. Hic locus. En ipſe capellas: Ecce hominem. In ſplendore dicimus eſſe ἀναιρέσεις, remotiones, ſeu negationes, cum ſuis contrarijs, quæ ſunt θέσεις affirmationes. ut: nõ lapidibus ciuitatem muniuit: ſed rectis conſilijs, ſed rebus præclarè geſtis, ſed liberalitate, Repub bene adminiſtrata, dicitur eſſe ἄρσις, καὶ θέσις, item ἀποστάσεις, χήματα ἀποστατικὰ, id eſt, noua exordia, ſermo interpoſitus, poſt factam narrationem, poſt rem explicatam: quæ efficit diſtinctionem locorum, & temporũ. Vt cum orator oſtendit, qualis fuerit Reſpub. ante ſe conſulem. Omnia erant plena periculis: nemo tutus in ciuitate. Nunc uerò conſtituta ſunt iudicia, nunc eſt nullus metus. Illa eſt ἀπόστασις, poſt rem expoſitam rerum diſtinctio. Cum Cicero glorioſè expoſuit cuiuſmodi, rempu

acceperit,

acceperit, & cuiusmodi reliquerit. Item χήμικτα κομματικά, uerba nullis coniunctionibus connexa: ut. Veni, uidi, uici. Est oratio splendida. Singula uerba, singulas habent sententias, celeritatem belli confecti, ostendit celeritate uerborum: Veni, uidi, uici. Sed non solum breuitas habet λαμπρότητα, uerum etiam membra longiora, membra circumducta pluribus circumstantijs. Maturitas, ἡ ἀκμή, etiam est una, ex amplis figuris: quæ pertinet ad μέγεθος, ad ἀξίωμα, ad ὄγκον. Maturum uoco, non quod senile est, sed quod ætate robustum est, nõ precox, sed quod robur habet, quod habet lacertos. oratio autem matura est: quæ est aspera, in castigandis uitijs, & erroribus imperatorum, consulum, populi: item oratio acris contra improbos. Quæ igitur ornamenta propria sunt acrimoniæ & asperitatis? ea etiam sunt cõmunia cũ maturitate. Proxima figura est περιβολή, id est, circumductio amplitudinis: quæ est oratio longioribus facta membris, & periodis, ut illa circumductio, quæ est apud Cicero: Etsi uercor. &c.) est λόγος περιβεβλημένος, circumducta pluribus mẽbris, & longioribus oratio: quæ nõ perficitur incisis, non mẽbris, nõ periodis dicolis, non tricolis: sed quæ circumducitur pluribus membris, & longioribus continuationibus, uocatur λόγος ἐμπεριόβολος. In circumductione, ponit Hermogenes primam figuram ἀπαρίθμησιν, id est, distinctionem ordinis in rebus numerosis. Vt Demosthenes: πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι: ἔπειτα δέ. Particulæ πρῶτον ἔπειτα, faciunt ἀπαρίθμησιν. Quidem, et uero, μέν, & δέ, faciunt μερισμὸν diuisionem, quæ fit par-

ticulis, ἀναριθμησις fit aduerbijs ordinis, primũ, deinde, tertio, &c. sed in eadem periodo, in eodem cursu. Demosthenes tantum ualuit anima, & spiritu: ut uno spiritu duas istas periodos absoluerit & pronunciârit: ita ut non animaduerteretur ab ipsis iudicibus spiritus. Μερισμὸς diuisio est non rerum, sed uerborum. Non equidẽ inuideo, &c.) Quidem, uerò, faciunt μερισμὸν. Tertia figura est προτίμησις, id est, electio, in rebus diuersis, sed melioris. Cum omnes literæ suaues sunt: tum inprimis historia. Maximè uellem, iudices, &c.) est προτίμησις, primas partes tribuit historiæ, sed in eadem periodo, in eadem conuersione: cum res inferior confertur cum re meliore: in eadem oratione. Item, χῆμα ὑποθετικὸν facit orationem circumductam. Si quantum in agro, locisq; desertis, &c.) est oratio περιβολὴ, facta χήματι τῷ κατ' ὑπόθεσιν, quomodo? sententijs hypotheticis. Hermogenes uocat ὑποθετικὸν χῆμα. Si de tua fide dubitarem: pluribus tecum agerem, &c. Item πλαγιασμοὶ faciunt orationem circumductam, id est, Participia, & ablatiui absolutè sumti, uel positi. Contraria est ὀρθότης, casibus recta oratio, uerbis indicatiui modi. Incipientem) facit orationem circumductam. Audientem) domum reuersus, liberos lachrymans expectantes. Sic Participia faciunt orationẽ circumductã, & longiorem. item sententiæ cotinuatæ, condensatæ, εἱρομαὶ: cum in ipsa periodo quasi concurrunt. Quanquam te Mar: fili. Ibi est εἱρομή. Quarum altera, &c.) uocatur εἱρομὴ sententiarum, cum uerbis sententiæ continuantur, uerborũ figura est: fit enim

certis

certis uocabulis. ut sunt, idq;, propter, &c. Ἐπιλῆρωμὰ sit absq; hyperbatis, Item ἀνάμνησις ὑποστατικὸν, id est, uerba redditiua, redditiones uerborum. ut: Si quantum in egris, &c.) Tantum, quantum, faciunt ὑποστ. σύ: quæ est subiectio particulæ, sibi mutuò respondentis, est particularum redditio. Non minus nunc in iudicio, quam tum, hoc uocat Hermogenes ὑπόστασιν: & propriè nō est figura sententiarum, sed uerborum. Ille ego, qui, etc. Quæres duæ, in ciuitate, plurimum possunt: hæ contra, &c. Hæ, & quæ, faciunt circumductionem. Item συμπλοκὴ, complexio, complicatio, quæ est oratio, quæ sit illis particulis. Non, solum, uerū etiā, ut: non solum tua causa sumptus facerem: uerum etiam uitam, & sanguinem profunderem. Vocatur συμπλοκὴ, quia est complexio duarum rerum magnarum. Item concursiones uerborum comparatorum ἀναφορικῶν. Qui quæ uult dici: quæ non uult audiet. Qui quæ: ea, quæ. Hæc enim cum componuntur, in periodis: faciunt orationē circumductam. Item διαιρέσεις, incisiones sententiarū, παρενθέσεις, interpositiones, sententia nondum absoluta. Parenthesis, est sententiæ inter aliam sententiam interpositio, id est, oratio uerbis longius traiecta. Ἐπεμβολὴν, est ornamentum siue fiat incisione, siue παρενθέσει, siue ὑπερβάτῳ, facit orationem circumductam. Sequitur accurata oratio, quæ uocatur λόγος ἐπιμελὴς, & ἐπιμέλεια, id est, diligentia, est oratio quæ facta est cura, & summo studio concinnitatis, pulchritudinis, elegantiæ. Duo sunt genera ἐπιμελείας, id est, orationis accuratæ, accurata oratio est, quæ sectatur κῶμον ὑπε

ρέχοντα, insignem, & egregium. Sed sunt duo genera concinnitatis. Vnum est, quod uocatur ἀνθηρὸν, floridum, quod dicitur etiam σοφιστικὸν, cuius exempla habetis plurima apud Isocratem: & præcepta ad Demonicum, & ad Nicoclem, habent ἐπιμέλειαν, habent paria paribus reddita, uerba consonantia. Sic illius Helena, est exemplum huius orationis, sic etiam Panegyricæ orationes habent genus dicendi ἀνθηρόν. Secundum genus ἐπιμελείας, est Demosthenicum, est oratorium, habet grauitatem: & ornatum, sed uirilem: illud floridum est quasi diadema regium, oratoria concinnitas est quasi togata oratio, toga pura, & pulchra tanquam boni, & pretiosi panni, absq; pictura, absq; gemmis, absq; bulla: cuiusmodi est Demosthenis, & Ciceronis ornatus. In hoc genere, est usus frequens ornamentorum insignium. In graui oratore, est usus modicus. Primum igitur ornamentũ est παρήχησις, uerba similia: fama flamma, sunt quasi similia, una litera differunt. Amens, amans: modus, motus. Item ὁμοιοτέλευτα similiter desinentia, cum uerba desinunt eodem modo, & cum nomina similiter cadunt, ὁμοιόπτωτα dicuntur. Item uerba prima reuocata, id est, ἐπαναφορὰ. Item uerba eadem in fine posita: & uocatur ἀντιστροφὴ. Αντιστρέφειν, est idem uerbum in fine repetere. Item ἐπαναστροφὰ, cum uerba sese mutuo excipiunt, occidisti matrem, matrem inquam occidisti. Hanc uocant ἐπαναστροφὴν, quod sententia desinat in eodem uerbo, & altera ab eodem incipiat. In me (qui adsum) in me conuertite telum: occultauit ἐπαναστροφὴν, interposita παρενθέσει. In me (qui adsum)

alium) Item comparationes rerum οἱ κατὰ συζυγίαν μερισμοὶ, diuisiones, quæ fiunt particulis per comparationem contrariorum, factam particulis μεν, & δὲ, præsertim in mẽbris paribus. Hermogenes ponit illud exẽplum, ἐν τοῦ πρὸς Λεπτίνην, παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν διαπάνας: μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς λαμβάνουσι γίνεται: παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας: πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία τῇ πόλει. Duo enim membra duobus comparata alijs, quæ annexa sunt, ut in Lyricorum στροφῇ, & ἀντιστροφῇ, reditum ἀνταπόδοσιν efficiunt. Paria membra, ἡ παρίσωσις, augent uenustatem.

Hæc præterea accurata figura, utitur parentheſibus, quæ non impediunt ſenſus aurium, quæ habent interiectiones uerborum, inciſiones ſententiarum expeditas, id eſt, faciles, εὐμαθήτους, intelligibiles. Hanc etiam uix Tityre duco, ſpe gregis, eſt ἐνωέν θεσις facta κατὰ ὑπέρθεσιν. Huius loci etiam eſt καινοπρέπεια, id eſt, noua elegantia, rara, & ſingularis, uerbum non quotidianũ, modus loquendi nõ quotidianus, ſed modus loquendi eruditorum, literatorum hominum. Non poſſum non dolere) Sunt duæ negationes poſitæ, pro una affirmatione. Sic loquebantur gratioſi homines, τὸ καινοπρεπὲς igitur, eſt noua forma loquendi, noua ſententiarum formula, & erudita. Hæc figura etiam & paria paribus relata, Paria, id eſt, bina binis, Imparia, id eſt, terna ternis, Paribus, id eſt, binis, & ternis. Si quantum in agris, locisq; deſertis) eſt periodus, quæ habet compoſitionem parium. Item contraria contrarijs oppoſita. Perſuaſi

non coegi: rogaui non iussi. Item crebris & similia similibus reddita atq; relata. Crebra, id est, plura, quàm bina, uel terna, cuiusmodi exemplum habetis in oratione Miloniana, de lege naturæ. Est enim iudices, non scripta, sed nata lex, &c. Et hæc ornamenta sunt accuratæ orationis: quæ uult esse ἐνχνμος, uult habere uestitum pulchrum.

Scholæ, in

CAPVT. XV.

PVlchritudinis ornamẽta, sequitur celeritas. nõ enim satis est, corpus esse pulchrum, si sit iners, pigrum, ignauum, si claudum. Hanc celeritatẽ uocat Hermogenes γοργότητα, id est, quæ decet Achillem, quæ requirit membra breuia, paria incisis, non membra producta in modum chordæ longæ. Quicquid enim longum est, tardum est: requirit membra κομματικὰ, & commata, singulis ferè uerbis absoluta. ut: Veni, uidi, uici. Lusisti satis, edisti satis, atq; bibisti) in uno uersu, tria membra oratoria, contra cõtinuata longius membra, faciunt orationem tardam. Horatius uolens ostendere tarditatem rei, eam ostendit connexione periodi πνευματικῆς, ostendit tarditatem expectantis. Sic etiam celeritas requirit interiectiones uerborũ breues, & breues reuersiones. Ἐπεμβολαὶ, & ὑποστροφαὶ sunt relatiua. Ἐπεμβολὴ est interciso uerborũ et sententiæ. ὑποστροφὴ est reditus ad uerba intercisa. ut in isto

exemplo

exemplo Virg: Hic inter denſas Corylos,&c. Spem gregis,etc.ſequitur reuerſio.Ah ſilice in nuda reliquit. Sepe malum) ibi eſt ἐπιστροφή.Hoc uocamus ὑποστροφὴν,reditum ad ſententiam perficiendam. Sic etiam in diuiſionibus,in ſeparationibus,breues ſunt redditiones, ut:Turpe quidem:at neceſſarium.Pauper quidem:at nõ miſer.Corpore captus:animo uero liber. Viribus parus,animus autem ingens.Amarum,uerùm utile. Periculoſum,at honorificum.Deinde uerborum commutationes,ἐξαλλαγὰς,ut ſunt particulæ in frequentationibus oratorum,item in conglobationibus, & diſtributionibus oratorijs.ut τὸ πρῶτον,deinde,μετὰ ταῦτα,πάλιν, rurſum ἄνωθις,ἔπειτα. Ἐξαλλαγὴ fit particulis, quæ ordinem ſignificant.Sed fit non ſolum particulis,id eſt,partibus orationis quæ non declinantur, ſed fit etiam uerbis.huius exemplũ habetis apud Virgilium. Hunc ades, ô formoſe puer,Tibi lilia plenis,Ecce ferunt Nymphæ Calathis.) Incipit enumerationem à pronomine. Tibi lilia plenis,&c. Tibi,candida Nais.Deinde, Atq; alia intexens.Deinde,rurſus ipſe ego,&c. Et deinde Apoſtrophe.Et uos,ô Lauri,carpam,&c. Enumerat uaria dona,quæ uult afferre,& donare Alexi,& enumerat eleganter,idq; facit pronominibus λεπτομοῖς. Hoc uocat Hermogenes uerborum mutationes ἐξαλλαγάς. Et hoc genus, orationem non ſolùm facit celerem, ſed etiam elegantem. Ad formoſum puerum adfert Poeta,pulchra promiſſa munera,&c.

De ſimplicitate,&c.) Simplicitatem uocat Hermo-

genes ἀφέλειαν, estque dicendi genus, à quo omnis fucus est ablatus, simplex enim est ueritatis oratio. Hæc figura prima est in morato dicendi genere, ἐν τῷ ἠθικῷ λόγῳ. Nam celeritas est una ex formis generalibus. Velocitas igitur est idea una ex generalibus. Simplicitas uerò est idea ex specialibus, est enim comprehensa sub genere dicendi quod uocatur ἠθικὸν, moratum. Prudens laudatur simplicitas, uirtus est simplex, non simulata. Prima igitur in genere dicendi est oratio aperta, non fucata, non simulata, simplicitas quasi puerorum, quasi uirginum, quasi hominum rusticanorum, & propterea eadem requirit simplicitas schemata, id est, uerborũ ornamenta, quæ habet puritas, & perspicuitas, id est, ἐρθότητα, non πλαγιασμὸν, sententias rectas, non uerbis obliquatas, sed breuiter absolutas, non circumductas longioribus uerbis. Huius enim ideæ præceptio, continetur præceptis negatiuis. Non enim debet habere πλαγιασμὸς, nõ διανόψεις, incisiones sententiarum præsertim longas, ut sunt παρενθέσεις, ἢ ἐπεμβολὰς longiores, nec debet habere ἀποστροφάς. Animus enim simplex non debet esse pugnax. Secunda idea moratæ orationis est suauitas, γλυκύτης, mores simplices: sed tamen non insuaues, simplex quidem est prudentia, & simplicitas debet esse prudens, quæ laudatur: non barbara, nõ rustica: simplicitas non agrestis, non stulta: sed prudens, uirtutem colens, & propterea etiam requirit suauitatẽ, debet tamen simplicitas esse solicita, debet placere: propterea etiam ornamenta accuratæ orationis admittit. Tertia idea moratæ orationis est acumen, id est, uirtus

quæ

que habet significationem prudentiæ, ut iam dixi. Simplicitas autem minimè est iniqua, iniusta, propterea tertia idea est ἡ ἐπιείκεια, huiusmodi oratio debet esse æquitatis: non suum ius persequentis. Hæc æquitas etiam habet puritatis schemata, omnia quæ aperta sunt: sed oratio debet proficisci ex animo uero, à uero motu mentis, uerus debet esse dolor, uera ira, uerus amor, uera clementia, & misericordia, & propterea inter ideas ἠθικὰς est etiam ea, quæ uocatur ἀληθεια, id est, λόγος ἀληθὴς, oratio uera, ex uero animo profecta. Ἀληθὴς dicitur de ueris sententijs: Ἀληθινὸς dicitur de sensu animi. Pronunciata dicuntur uel ἀληθῆ uera, uel ψευδῆ falsa. Animus autem Philosophi dicitur ἀληθινός, est hominis ex animo sentientis, & propterea ἀληθινὸς λόγος dicitur ἐνδιάθετος, propterea quod affectionem, & mentẽ ipsius hominis indicat, διάθεσιν affectionem: eadem oratio dicitur λόγος ἔμψυχος, id est, oratio in animo infixa. Hæc debet habere ἐπιφοράς, id est, schemata conclusionum, debet concludere rationibus ipsum argumentum, debet oratio esse motum ipsum probans, σχήματα συμπερασματικὰ idcirco sunt, quæ fiunt istis particulis, Quare, idcirco, ideò, quamobrem, quocirca. Propterea ἐπιφοραὶ, est ornamentum uerborum, quod efficitur particulis συμπερασματικῆς. Veritatem animi etiam ostendunt ἐπιφοραὶ, προσφωνήσεις, id est, appellationes aduersarij. Προσφώνησις est schema uerborum, quoniam fit uerbo, aut casu uocandi. Apostrophe dicitur, quoniã orator declinat à iudice, ad aduersariũ, appellans ipsum aduersarium: & propterea declinatio ostendit motum

animi, contra improbum & sceleratum. Sic interrogationes proficiscuntur ab animi sensu, ab animi dolore, interrogationes autem debent esse ἐλεγκτικαὶ, quæ refutant aduersarium. Quid ni lugerem, spoliatus usu talis, & tanti amici? Hei mihi qualis erat, &c: Clamans, & flens loquitur. Huius etiam ideæ est χῦμα λεπτικὸν, ἢ λέξις indicatio. ut: Hic est qui Thebanorum calamitates, quas prodidit, deflet. Sic ἐνδοιάσεις, dubitationes, ostendunt uerum animi sensum. Quid igitur faciã? non eam? &c. Illa interrogatio sui ipsius, & aliorum, ostendit uerum affectum. Heu, quæ me tellus, quæ terra dehiscat. Optando hæsitat, dubitat. Dubitationem uoco διχῶρησιν, propterea quod plerunq; fit particulis, Heu, &c. etiam aduerbio ô. ô. Quo te appellem nomine, ô Aeschines, quanquam ibi est reticentia, sed tamen etiam ostendit animi motum. Præcisiones uoco ἀποσιωπήσεις, quas alij Latini uocant reticentias. Quos ego, sed motos præstat componere fluctus, &c. Huc pertinent adiudicationes, ἐπιπλήξεις: quæ ostendunt etiam animi motum. πρόπλησις dicitur, quando qualitas rei ostenditur, in principio: ἐπίπλησις, quando rei qualitas subijcitur. Quis leget hæc? Nemo, uel duo: deinde sequitur. Turpe, & miserabile, &c. ibi est ἐπίπλησις. Deinde addit. Quare? interrogatur ratio illius ἐπιπλήξεως. Sic Demosthenes, expositio scelere Aeschinis dicit. Miserandares est, ô terra, ô Dij. Sed in hoc loco, est ἐπίπληξις facta cum indignatione, δεινὸν πρᾶγμα ὦ γῆ, καὶ ὦ θεοί. Sic πρόπλησις est apud Aristophanem. Tam misera res est, seruũ fieri insipiẽtis heri. Deinde addit rationes. Si

corre-

correctiones ἐπιδιορθώσεις uerborum, ostendunt animi motum. Tristis eram tristis, imò iratus. Doleo doleo, imò interij. Sentio me perijsse, imô nullus sum. Hæ ἐπιδιορθώσεις sunt uerborum. Illo ipso die, imò hora, ut maiorem rei indignitatem ostendat.

De uerbis singularum figurarum) Octo esse diximus, quæ consyderanda sunt in omni idea, quorum primum est ipsa sententia, quæ est tanquam anima ipsius orationis, & Enthymematis. Sed sententiæ suam requirunt tractationem, sententiæ sunt confirmandæ, & tractandæ: & ab Hermogene μέθοδοι uocantur. Hæ uero tractationes consistunt in luminibus sententiarum, uti est, proponere rem, distinguere rem, à re una accedere ad rem proximam, extenuare, amplificare, subijcere rem oculis, rei mutæ sermones tribuere, Rebus non sentientibus sensus tribuere, commorari in eadem re intelligentiæ, & memoriæ caussa: & propter eandem intelligentiam & memoriam, ad rem redire, rem repetere. Hæc omnia sunt necessaria in sententia tractanda. Deinde consideranda sunt ornamenta uerborum, uerba similiter sonantia, uerba similiter desinentia, uerba relata, iterata, & geminata, paria paribus, contraria contrarijs reddita, hæc enim faciunt orationem ornatam, atq; concinnam, non sententijs: sed genere uerborum, & tractatione, quarto deinde loco, ipsa uerba considerari debent. De tribus hactenus diximus: de quarto dicendũ est. post uerba consideranda sunt, quemadmodũ dixi, in initio, membra periodi, incisa, genera omnia periodorum,

riodorum, omnis harum uarietas, atq; commutatio, tũ ipsa compositio uerborum, uerborum compositio, & quasi structura: tum numerus, atq; clausulæ, id est, extremi fines ipsarum periodorum: & ex his tribus existit ipse, ῥυθμὸς numerus oratorius. In puritate igitur et perspicuitate uerba requiruntur apud Romanos Latina, apud Græcos Attica, apud Latinos requiritur Latinitas, apud Græcos hellinismus, id est, Græcitas (ut ita loquar) Illa igitur uerba debent esse natiua, id est, cum rebus ipsis nata, & debent esse propriè significantia, quæ rem sua proprietate nominant, nõ debent esse peregrina, id est, τῶν ἐθνῶν, id est, barbararum gentium, non Sicula, non Hispanica, non Arabica, etiam illa debent esse rarissima, & pauciſſima, illa sunt uitanda, primum propter obscuritatem. Res peregrinas ignoramus, & propterea etiam uerba peregrina nos latent. Vt barbari mores inquinant hominem: sic etiam barbara uox, barbara oratio, barbara uerba, ut quæ irrepserunt in artes, & disciplinas, in medicinam, in iurisprudentiam, in scholas Dialecticorum, in scholas Philosophorum. Hæc omnia uerba in puritate, & perspicuitate sunt uitanda. Sed non solum natiua deligenda sunt uerba, uerũ etiã translata, quæ æq; nota atq; natiua sunt: ut sunt translationes sermonis quotidiani. Nemo enim est qui non intelligit, quid sit accedere ad dicendum, digredi à re proposita, tametsi hæc non sunt uerba motus corporis translata ad orationem: sic nemo est qui non intelligat. Inflammari ira, est enim translatio æquè nota, ac uerbum quotidianum, & proprium.

prium. Hæ translationes non sunt reijciendæ ab hoc genere. Sed est duplex perspicuitas, & duplex puritas. Vna est simplex, in genere dicendi exili, & genere subtili, cum nuda, & simplex exponitur rei ueritas. Alterum genus perspicuitatis est in cæteris ideis: nimirũ in amplitudine, & hæc perspicuitas est adiutrix, & auxiliatrix. nam ut oratio circumducta obnubilat ingenium & intelligentiam, obfuscat sententias constipatione, ita in circumducto dicendi genere, oportet adhibere remedium puritatis, in re obscura adhibere uerba propria, & quotidiana. Hæc propria uerba primum sunt deligenda ex Cicerone: & qui Ciceronis uult esse imitator, & qui uult primum stylum exercere: nullum debet uerbum ponere, nisi sciat positum esse in Cicerone. Quanquam non omnia persecutus est, non omnia tractauit: quæ desunt igitur petenda sunt ab alijs scriptoribus. Si morborum nomina non extant apud Ciceronem oportet quærere apud Cornelium Celsum: qui scriptor est Latinus, purus, & Romanus: si nomen est rusticum, oportet petere à Catone, à Varrone, aut à Columella. Si uocabulum est de rebus naturæ, de metallis, de motibus cœlestibus, de herbis, oportet cõfugere ad Plinium. ille enim supellectilem uerborum suppeditat, atq; amplificat. Sed primus labor debet consumi in Cicerone, secundus labor in alijs scriptoribus: aliquando necessitas cogit nos ad Poetas confugere. Catullus purus scriptor est, uerba habet Latina, Romana. Tibullus optimus est scriptor, auget etiam copiam orationis oratoriæ. Plautus ubi uetustissimus non est, ibi est togatus, uerè ciuis

Romanus,

Romanus,uerba habet,quibus utebatur Ennius, quibus Craſſius,quibus Antonius , quibus ueteres illi oratores utebantur. His inſtructi , liberius poſſumus nos poſtra uerba facere,res nouas,res noſtri ſæculi , non ſuperiorum ſæculorum, oratione exprimere. Non habemus enim eadem tormenta , non eaſdem machinas bellicas, quas habuerunt Romani,quas Cæ. Cæſar, quas Romulus,quas cæteri Reges,imperatores,dictatores:alia ruſticorum habemus inſtrumenta, quam habuerunt ſuperioris ætatis:aliud genus habemus ueſtium,aliud genus armorum. Hic oportet oratorem eſſe literatum & peritum, & ex uetuſtis nomina inueſtigare : ſi uetuſti deficiunt,nomina facere,uerba aliquando nouare , ſed parcè, ſed ſobriè,ſed intelligenter,ſed prudenter , ſed eruditè,& literatè. In grauitate tria ſunt conſyderanda in uerbis. Primum ipſa ſignificatio, id eſt, uerbi λόγος, & poteſtas:ut uerbum ipſum ſit ſignificans. Eſt aliquid dicere, hominem uirtute præditum eſſe:ſed aliquid eſt amplius , dicere hominem eſſe ſapientem , ſpecies illa eſt , uerba ſpecierum, uerba formarum ſunt ſignificantiora,quàm uerba generum , quædam enim ſpecies ſeſe præbent quaſi ſpeciendas: ſic ſpecierum & formarum uerba,exponunt oculis ipſas ſpecies ſpeciendas & ſpectandas. Eſt turpe uocare ſacinus,turpius ſacrilegium, turpiſſimum proditorem. Sic primum poteſtas uerbi eſt conſideranda : deinde uerba oportet deligere ſonantia,ſcelcratum eſt ſignificantius , & ſonantius,quàm malus,uel improbus. Tertio loco ſpectari debet plenitudo. Illa ſunt optima quæ ſunt plena,id eſt,ſonantia,&

ſigni-

ſignificantia. Hæc uerba ſunt deligenda in hoc genere, & propterea uerba in quibus eſt. A, in quibus eſt. O, faciunt ſonum grauem, in quibus eſt. V. ſonum faciunt magnum. Arma, uirumq; Cano, Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus Lauinaq; uenit Littora. uerſus eſt maximè conſtans ex A, ex O, ex V. Imitantur ſæpe Poetæ ſonum rerum ipſo ſono uerborum. Et ſecum ſola ſicca ſpaciatur arena. Illud efficit quaſi ſonitum ipſius arenæ, arenæ pulſum. Verba etiam huius generis ſunt translata: Vocare hominem ornatum à ſenatu, lumen curiæ, decus ipſius patriæ, ſunt translata uerba. Sed grauitas debet eſſe læta: grauitas non debet eſſe aſpera, non acris: non decet hominem grauem iraſci: nõ decet hominem grauem exclamare: non decet hominẽ grauem inuehi in aduerſarium. Sed homo grauis de uirtute loquitur, Virtutem defendit conſtanter, & uitia eodem modo inſectatur: ſed cum grauitate.

O fortunatos nimium, ſua ſi bona norint Agricolas) Eſt grauis ſententia, grauis eſt oratio. Sic oportet illas translationes deligere, quæ ſunt ἀξιωματικὰς, dignitatẽ habent. Dicendi genus emendans, & caſtigans mores hominum uocatur τραχύτης, id eſt, aſperitas, admittit Metaphoras, translationes duriores. Poſſumus negligentiã populi uocare diuturnum ſomnum, quod uerbũ, eſt nimis aſperum uocare ignauiam, oportet remiſſio nem nominare, ocium facilitatem appellare. In Acrimo ni Verrem ſolet in iudicium aducere Cicero, in fo- ueniens: illorum ſcelera igitur acerrimis uerbis perſe-

perſequitur, & exaggerat. Facinus eſt uincire ciuem Romanum, ſcelus uerbare, parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Illa nominantur aſpera, hic requiruntur ὑπερβολαὶ, ſed tamen in hac ipſa acrimonia opus eſt æquitate, opus eſt iuſtitia. Eſt quoddam genus noſtri temporis ſcriptorum hyperbolicum, quod ex Muſca facit elephantem, ex errato facit peccatum, ex peccato facit ſcelus, ex ſcelere flagitium, ex cæde parricidium. Hæc acrimonia nimis eſt acris: oportet manere intra terminos ueritatis, nõ ulterius progredi quam ueritas & iuſtitia requirunt. In quibuſdam rebus nos nimis acres ſumus in aduerſarios, & propterea etiam parum proficimus: omnis caſtigatio debet manere intra metas, debet manere intra terminos Iuſtitiæ. In hac igitur figura acri, deliguntur & conquiruntur uerba conuerſa: uerba conuerſa uocat Hermogenes λέξεις τετραμμένας, hoc eſt modos τρόπους. Hoc genus orationis recipit metaphoras, Metonymias, μεταλλάξεις, κατάχρήσεις, περιφράσεις, allegorias. Et ſi in alia idea eſt illud retinendũ, NE quid nimis: in hac certè retinendũ eſt acrimonia. Splendor requirit commorationem rerum magnarum, præclarè geſtarum, ipſe ſplendor eſt quaſi hominum ἀποθέωσις & facta hominum quaſi diuina facit. Hic ſplendor debet captari uerbis ueritatis, laus debet eſſe uera, non debet eſſe falſa: & propterea in ſplendore requiruntur uerba pura, & uerba perſpicua: obſcuras translationes, immutationes, id eſt, allegoras, fugere oportet in hoc dicendi genere. In oratione pro lege Manilia, ornatur Cne: Pompeius: ille ornatus

natur constat solum ex uerbis quotidianis, & proprijs. Sic ex quotidiana oratione, posse facere orationẽ splendidam est artis. Sed asperitas, & uehementia requirunt robur iuuenile, uires iuueniles, & uiriles, ut sit λόγος ἰσχνός, oratio matura (debet esse lacertosa, debet esse constans, debet esse firma) propterea in maturitate etiam requiruntur uerba asperitatis, & uerba acrimoniæ.

Scholæ, in

CAPVT XVI.

DE membris singularum formarum. Percurrimus quatuor partes, quæ spectandæ sunt in singulis figuris, restant membra, compositio, clausulæ, & numeri oratorij. Membra uocantur ab omnibus scriptoribus Grammaticis, & Rhetoribus κῶλα. Membrum quidem est relatiuum. Membrum enim est integri membrum, id est, membrum est periodi membrum. Periodus enim est oratio composita ex pluribus membris, atq; sententijs. Et sic membrum est periodi membrum, quemadmodum brachium est corporis humani brachium, & brachium est pars corporis humani. Sic incisum est relatiuum: incisum enim est membri incisum. Incisum Hermogenes κόμμα uocat παρὰ τὸ κόπτειν, ab incidendo: Grammatici uocant μέλος, articulum. Nam articuli sunt partes minores. Nam digitus habet suos articulos. Quanquam membra non possunt consistere in corpore humano, absq; suo

integro: tamen in oratione, sunt membra ἀνθυπόστατα, per se consistunt, id est, suam propriam habent ὑπόστασιν, tanquam essentiam: & faciunt aliquid ὁλόκληρον integrum: atq; incisa per se subsistunt, & efficiunt etiã aliquid ὁλόκληρον, id est, integram sententiam. ut: Vos isthæc intrò auferte) Est integra sententia, & uocatur membrum: propter dimetionem syllabarum, est enim septem syllabarum, habet enim integrum mandatum, ὁλόκληρον πρόσταξιν. Membrum enim est, quod extenditur usq; ad decimam octauam syllabam. Abite.) Vno uerbo absoluit integram sententiam. Et deinde alterum quod sequitur membrum commaticum, inciso par. Adesdum) est κῶλον. Paucis te uolo) rursus integra sententia. Alter etiam scilicet Sosia breuiter respondet Dictum puta, nempe ut curentur rectè hæc) Hactenus incisim & membratim, & singula membra, & incisa sunt per se absoluta. quod per se subsistant. Sequens habet periodum, sed breuissimam. Imò aliud est. reditio. Quod te uolo) ipse seruus respondet eadem forma periodi. Quid est, quod tibi) Periodus δίκωλος duorum membrorum. Simo eodem modo. Nihil opus est arte) Habetis exemplum breuitatis, & celeritatis. In iussis enim requiritur celeritas, uelocitas, in mandatis dandis, & perficiendis. Plautus dicitur superari à Terentio arte. Ars quidem uaria est apud Terentium: Terentius habet omnia præcepta decori. Sed decorum spectatur etiam in ipsis formis incisorum, & membrorum. In petendo, etiã celeritas poscitur. Aeole, namq; tibi, etc.) Cita oratio, concitata, perfecta ex ore Iunonis iracunda,

festinantis se ulciſci, tametſi Hermogenes faciat mentionem ſolùm membrorum: tamen etiam comprehendit hoc nomine inciſa, & ipſas periodos: & omnia genera periodorum. periodus μονόκωλος eſt unius membri: cum duæ ſententiæ uno membro abſoluuntur. Apud Virgiliũ habetis duos uerſus, in principio ſtatim bucolicorum. Tityre, tu patulæ.) ſunt ibi duæ ſententiæ. Tityre tu recubas ſub tegmine: Tityre tu meditaris aue na. Duas ſententias complectitur uno ambitu uerborũ: ſunt quidem duo uerſus, ut ſunt duæ ſententiæ: ſed duæ ſententiæ comprehenduntur una periodo, περιόδῳ μονοκώλῳ. Græciam ego profectus, iam dudum tabellarios expecto. Illa uocatur periodus μονοκώλος: cum duæ ſententiæ uno membro comprehenduntur: non quod ſingula membra faciant periodum: ſed dicitur, cũ duæ ſententiæ efficiunt ſolum ſubiectum & prædicatũ. Tityre) eſt ſubiectum. Sylueſtrem tenui muſa meditaris, &c.) eſt prædicatum. Subiectum habet ſententiam unam: prædicatum, etiam ſententiam unam. Dicolos periodus eſt duorum membrorum. Qui in uita nihil dulcius habet uita, &c.) eſt periodus duorum membrorũ. Tricolus periodus, eſt trium membrorum. Quæ res in ciuitate duæ plurimum) Eſt τρίκωλος περίοδος. Si quantum in agro, &c.) Illud principium pro Aulo Cecinna habet periodum quatuor membrorum. Et hæ ſunt quatuor formæ iuſtarum periodorum, & uocantur periodi propriæ: quicquid ultra quatuor membra extenditur, eſt periodica circumductio. Quanquam te, Marce fili, annum, &c. tamen, &c.) Hactenus multa

membra. Tamen.) est περιοδικὴ περιβολή, idest, περιβολῶς, genus quo solemus in oratione circumducta, & grauitate uti. Etsi uereor, iudices) Tria membra, in ipso principio. Tamen) est reddituo. Nõ igitur est periodus, sed περιβολὴ περιοδικὴ. Ille qui quondã gracili modulatus, &c.) Quid ibi est? oratio non absoluitur κομματικῶς, & κωλικῶς, non etiam periodo: sed genus est aliud, quod uocatur Περιβολή. sæpe enim, ultra octo membra, sæpe ad trigesimum membrum extenditur: & uocatur oratio πνευματικὴ, quia requirit longum spiritum. sic totum illud est comprehensum uno pneumate. Propterea Grammatici putauerunt inflatũ esse hoc principium. Ille ego qui quondam.) Et sustulerunt honoris caussa, non concesserunt hanc dignitatem et, grauitatẽ Virgilio. Virgilius autem incepit uerecundè, instituit ἀφέλειαν, simplicitatem, incipit ut pastor. Ille ego, &c mutat uestem pastoriceam, in togam patrisfamilias. Gratum opus agricolis.) Hactenus ut pastor, ut agricola: ab aratro uenit ad sagum militare. At nunc horrentia Martis, &c.) ascendit ad summam grauitatẽ. Oratio est uarianda periodis, membris, atq; incisis. In his tribus omnis uarietas consistit. Ergo puritas sua propria habet membra, est colenda incisis, quibus delectatur etiam perspicuitas. Oculi ueri melius uident cominus, quam eminus. Quicquid longius apparet, cognosci non potest: id quod in locorum spacijs fit, id fit etiam in oratione. Orationis prolixitas obscura est: propterea breue est. Vos isthæc intrò auferte) omnia sunt breuiter absoluta: talem orationem

requirit

requirit puritas, est autem duplex forma perspicuitatis. Vna est, qua utimur in sermone quotidiano, oratione exili, subtili, tenui: cum sola est perspicuitas, nulla ei in est amplitudo, nulla magnitudo excellens, quemadmodum hic sola perspicuitas est. Vos isthæc, &c.) Alterũ genus puritatis est, quod adhibetur in amplificatione, quod applicatur in circumductione, in oratione coagmentata, quod succurrit acrimoniæ, quæ tollit obscuritatem cæterarum figurarum, quod ipsa hyperbata facit luminosa. Simplici puritate debemus uti in rebus parum humilibus, in his est ipsa breuitas, & ipsa perspicuitas adhibenda. Nam in magnis rebus eiusmodi breuitatem, & perspicuitatem solam explicare non est utile, non est etiam literatum. Altero genere perspicuitatis debemus uti in omnibus generibus dicendi: siue uelis dicere grauiter, de dijs, in quibus requiritur σεμνότης: siue de iudices, ubi requiritur asperitas: siue acriter in improbos, in quibus requiritur σφοδρότης: siue splendidè, quæ iam est ipsa λαμπρότης: siue uelis denso agmine ipsum aduersarium aggredi, siue aggerem ipsi aduersario obijcere, sicuti περιβολή. Deniq; in axiomate debetis semper hanc puritatem habere adiunctam, ut omnis grauitas, apparatus, ornatus, uoluptas, uideatur luminosa, ut nusquam in tenebris uersari oratio uideatur. Quid igitur? semper inciſim in hoc genere, semper membratim? non, sed etiam periodicè, possumus etiam uti breuibus periodis. Nihil opus est arte, &c.) est periodus λίκωλος. Gaudeo, si tibi quid feci.) periodus trium membrorum, apud eundem Comicum.

Scholæ, in

CAPVT. XVII.

DE compoſitione, & clauſulis, & numeris ſingularum figurarum) Hactenus de membris oratorijs. Omnis oratoris oratio conficitur uel inciſim: uel membratim: uel periodicè, id eſt, ambitu quodam. Inciſa autem uel fiunt ſingulis uerbis: ut, Euaſit, erupit, exceſſit: Vel uerbis pluribus, ſeptimam tamen & octauam ſyllabam non ſuperantibus: ut Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atq; bibiſti: Tempus abire tibi eſt.) uerſus confectus ille eſt, & alterum hemiſtichium ex paris inciſis. Quod uerò ſuperat octauam ſyllabam, & aſcēdit uſq; ad duodecimā ſyllabam, et quartā decimā, uocatur κῶλον. Duo autem ſunt genera membrorum. Primum eſt quod ἀποφαντικὸν eſt, quod certam habet ſententiam. ut: ὁ Melibœe Deus, &c. Eſt membrum, eſt κῶλον perfectum, continens in ſe ſententiam ἀποφαντικὴν, plenam, & certam. Alterum genus membrorum eſt, quod ſententiam non abſoluit, & illud dicitur propriè membrum, eſt enim pars periodi. ut: Tityre tu patulæ, &c.) eſt membrum: ſed non eſt ἀπόφανσις, pronunciatum, ſententia nondum eſt plena, & perfecta, perficitur autem altera ſententia, quæ inſequitur altero uerſu, qui periodum abſoluit. Sylueſtrem tenui.) Et hæc membra ſunt iuſta, iuſtæ magnitudinis, ſunt membra Heroica: nō excedunt uerſum numero heroici Carminis.

minis. Quæ uero longius producta ſunt, uocantur membra κοινοτενῆ, quòd ueluti ſunt extẽtæ chordæ longius: ſunt membra dilatata, membra oblonga: quæ uerò ſunt octo, aut nouem ſyllabarum, aut decem, uocantur commatica, id eſt, membra inciſis paria. Ex membris igitur ſũt piodi, ſcilicet quæ dicuntur primũ μονόκωλοι, id eſt, unimembres, quæ unius membri ſunt, ut ſunt, quæ duabus conficiuntur ſententijs, ſed inter ſe cõtinuatis, Athenas profectus literas à te quotidie expectabam. Periodus μονόκωλος, habet initio ſententiam imperfectam. Athenas profectus &c. Literas tuas expectabam. Ibi perficitur ſententia. Si uultis ſcire, quid ſit periodus dicolus, diuidite illas duas ſententias. Cum Athenas proficiſcerer: eadem tu hora mihi promiſiſti literas quotidie. Ibi eſt aperta redditio: ibi eſt ipſarum ſententiarũ διαίρεσις, diuiſio, & ſeparatio διάστασις. Et hoc genus periodorum, uocatur periodus δίκωλος, id eſt, duorum membrorum. Deinde periodi ſunt τρίκωλοι, trium membrorum. Quæ duæ res, &c.) Tria membra unam faciunt perfectam ſententiam. Quartum genus periodi, eſt periodus quatuor membrorum. Si quantũ in agro) hæc omnia explicauimus. Omnia illa tria genera periodorum, id eſt, periodus δίκωλος, τρίκωλος, τετράκωλος, uel ſunt ἴσαι, pares membris: uel ſunt ἄνισοι, membris impares. Cum pares membris ſunt, uocatur periodus δίκωλος ἰσόκωλος, τρίκωλος ἰσοσκελὴς, τετράκωλος ἰσόκωλος. Sic illa pro Cæcinna, eſt periodus τετράκωλος ἰσόκωλος, habet quatuor membra inter ſe prope parua in periodo τρικώλῳ, ſi duo membra ſunt, & tertium

est impar, uocatur periodus ἰσοσκελὴς, habet duo quasi paria crura, & tertium impar. Quod genus uero periodi extenditur ultra quartum membrum, amittit nomen suum, & dicitur periodus περιβολικὴ, circumducta. Cum uerò membra profluunt, absq; media reditione, cum profluunt quasi flumen, & aliud ex alio derivatur, membra duodena, 14. 15. 16. 17. sententiarum, uocatur πνεῦμα, id est, spiritus productio, cum leniter incedit tanquam sedatus alueus, cum quadam suauitate, uocatur τάσις, id est, orationis explicatio, quo genere compositionis historici graues solent uti, historicum enim genus dicendi est profluens. Cum uerò impetu fertur, ut fit in acrimonia, in uehementia, in insectatione, in criminatione, in amplificatione, cum rapitur ui, atq; impetu uocatur καταφορὰ, ui quadam impulsa oratio. His rebus cognitis, facile possunt intelligi, quæ dictam hesterna schola. In oratione perspicua, & pura, id est, in καθαρότητι, & ἐνεργείᾳ, diximus puram esse orationem, quæ non habet barbara uerba, non barbaras etiam sententiarum formulas. Barbaries enim spectatur in uerbis singulis, & in uerbis compositis. est barbara λέξις, id est, barbara dictio, est etiam barbara compositio συνθήκη: Mitte uadere, quia non uult uadere sicut debet uadere, γερμανικῶς. In puritate igitur membra debent esse breuia κομματικὰ, membra scilicet in periodis, sic intelligendum illud est. Nam membra extra periodum sunt libera. In perspicuitate membra possunt esse, id est, breuia, κομματικὰ, uel pariuersui hextametro, qui constat ex puris spondæis, &

uno

no dactylo, facit solum syllabas 13. constat enim sex pedibus. Dactylus facit 13. syllabam. Spondei constant binis syllabis, & eiusmodi uersus facit membrum iustũ. Et hæc est causſa, quamobrem Quintilianus uocat medium periodum. Medium est, quod in medio est positũ horum extremorum, scilicet membrorum. Quod est primum extremum? primum, membra κομματικὰ breuia. Quod est alterum extremum? χωλοτενὲς, membrũ oblongum, quod facit uersus Heroicos, ex 5. spondeis & uno dactylo, & facit 17. syllabas. Sic membrum χωλοτενὲς est, quod superat 14. syllabas, & extenditur usq; ad 20. syllabam. Sic membra illa media, non sunt uitanda, posita extra periodum: sed in periodo membra longiora sunt uitanda, præsertim in periodo περιβολικῇ, circumducta. Ibi, si membra sunt longa: faciunt orationem obscuriorem, & grandiorem. Ergo in τετρακωλίᾳ, in τρικωλίᾳ, in pneumate, in peribole, eiusmodi membra sunt uitanda, perspicuitatis causſa. Perspicuitas, & puritas igitur requirit uel κόμματα, uel membra, membra scilicet singula, separata à periodis, membra cuiusuis generis: admittit etiam periodos, sed breues. Non equidem inuideo) est periodus, antequam uersus est absolutus, est hemistichium, & tamen est periodus plena. Talia membra admussa in periodo δικώλῳ, τρικώλῳ, τετρακώλῳ: non facunt orationem obscuram. Sic iste locus est intelligendus, περιβολῇ, & πνεύματα sunt uitanda, siue illa τατικὰ sunt, id est, æquiter profluant, more historicorum: siue ferantur impetu, id est, sint καταφορικά.

Scholæ, in

CAPVT. XVIII.

HErmogenes nostra ætate, etiam superioribus proximis ætatibus multis, iacuit in tenebris, nec eius doctrina unquam fuit uindicata. Bonfinis quidem interpretatus est eum: Matthiæ regi Vngariæ: sed barbarè, sed obscurè, ut intelligi non possit: corrigi autem potest & debet, à literatis & doctis, in Græcis literis, imò nostra ætate doctissimi uiriquidam hanc doctrinam reiecerunt, & improbarunt tanquam nimis acutam, subtiliorem, quàm utiliorem. Non autem hæc inuentio est ipsius Hermogenis, neq; doctrina: sed multis seculis est tradita ante hunc Rhetorem, ab ipso Cicerone, imò inuenta ante Theophrastum: qui etiam scripsit de partibus singularum figurarum: quemadmodum ex hoc loco Ciceronis apparet, imò ante Aristotelem: qui & ipse tradidit de sententijs, & argumentis, & de generibus uerborum, atq; nominum, & de ornamentis uerborum, atq; sententiarum, & de compositione, & de numero oratorio, ita ut hæc doctrina potius uideatur esse Aristotelis, quàm Hermogenis. Sed apparet, ex Comicis Poetis antiquarũ Comœdiarum, ut ex Isocrate constat, pluribus annis ante Aristotelem hæc duo obseruata sunt, & tradita in scholis Rhetorũ, & propterea nostra scripta nostrarum ætatum eò sunt deteriora: quod eorum authores harum rerum fuerint

ignari.

ignari. Ignari autem idcirco fuerunt: quod non intellexerunt. Hoc exemplum Ciceronis idcirco posui. Primum ut uideretis, hanc doctrinam Hermogenis esse uetustissimam: ita uetustam, ut nostris temporibus, fuerit abolita, & antiquata. Deinde apud uos constituatis, cũ Cicero harum rerum sit studiosus obseruator: nos etiã debere hanc doctrinam ad usum reuocare, accommodare, & minime negligere. Partes autem septem Ciceronis, ostendi, in subtili dicendi genere, propterea quod eius magnus est usus. Artes enim, & disciplinæ tradendæ sunt hac subtilitate, & hoc subtili dicendi genere. Hanc formam confectatus est Cato, in libro de re Rusti ca: subtiliter, acutè, exiliter, scripsit: sed cum recondita quadam elegantia, puritate, Latinitate. Postremò idcirco posui hoc Ciceronis exemplum: quòd interea dum Cicero ostendit, qualis dicendi forma sit exilis, & sumis sc ipse ponit & uerba & sententias, & membra huius figuræ: ipsa etiam oratione ostendit, qualis esse debeat subtilis oratio. Primum delineat, & acutè ostendit, qualis debeat esse orator subtilis: & dicit: Primum informandus est.) informandus, id est, forma delineandus, sua ipsius forma depingendus. Verbum sumptum de consuetudine scholarum, & ex scholis Philosophorum, Rhetorum, ac Dialecticorum. Quem solum quidam uocant Atticum) scilicet oratorem. Quidam) scilicet studiosi Atticæ elegantiæ, Attici dicendi generis. Submissus est, & humilis) sunt metaphoræ notæ, non sunt superbæ, quæ sublimi capite incedunt. Omnes irati erecto incedunt corpore, & capite. Submissus & humilis,

milis,id est,humi repens, non alta petens,consuetudinē imitans) id est,uerba,& sententias.At in disertis rebus quam opinione differens) id est, ueritate , forma & specie uera.Quam opinione) scilicet hominum,& uulgi:sequuntur effecta huius generis. Itaq; eum qui audiunt:) scilicet oratorem. Qui audiunt.) scilicet ex uulgo,& populo.Qui audiunt) scilicet imperiti,& indocti.Quam uis ipsi sint infantes)id est,indiserti, & inepti, in dicendo,Infans est,qui fari non potest. Tamen confidunt,se illo modo posse dicere) quia non sciunt rationem , non sciunt proprias notas huius figuræ. Nam oratoris subtilitas)id est,acumen,exilitas,subtilitas.Imitabilis quidem,existimanti) id est,facilis ad imitandum. Existimanti,id est,opinanti,cogitanti. Sed nihil est experienti.) id est,tentanti,periculum facienti,instituenti. Minus) scilicet facere.Etsi enim non plurimi sanguinis est.) Sanguis efficit robur corporis, est causa roboris, sanguis est caussa sanitatis , sanitatis robustæ. Sanguis efficit robur corporis , est caussa roboris. ut sanguis est caussa sanitatis : ita, robustæ sanguis etiam caussa est coloris,est caussa carnositatis,sanguis efficit carnosum corpus.Non plurimi sanguinis) id est,carnis coloris.habeat tamen succum aliquem oportet, succum scilicet maturum, salubrem succum , scilicet ἔυχυμον,etiamsi non sit multus sanguis, sit tantum ἐυχυμία,sit bonus succus. Vt etiamsi maximis illis uiribus careat: sit (ut ita loquar) integra ualetudine.) Integra ualetudo est ubi actiones omnes sunt expeditæ, ubi impeditæ non sunt actiones,ubi nullus dolor,nulla tarditas , & ignauia,

...nullus tumor, & inflatio corporis. Hæc est delinea...
...subtilis oratoris, facta uerbis delectis, pulcerrimis
...erbis, sumptis tamen ex ipsa consuetudine, sumptis à
...ebus notis, sunt metaphoræ elegantes quædem in hac
...escriptione, & uerba sunt delectantia, sed à consuetu-
...ine non remota, sed æquè nota atq; uerba natiua. Vi-
...eamus igitur, quæ sint partes, in hoc subtili dicendi ge
...ere. Subtile igitur dicendi genus est, in quo regnant pu
...itas, & claritas, seu perspicuitas. Cicero primo loco
...acit mentionem numerorum. Primum igitur inquit, eũ
...tanquam ex uinculis) id est, eximamus & liberemus
...eum) soluamus ex uinculis numerorum. Nam duplex
...est oratio. Vna scilicet libera, & soluta: altera uinculis
...astricta numerorum. sunt enim quidam, ut scitis orato-
...um numeri, scilicet liberi & soluti: ut est dichoreus,
...ispean, ut Dactylus, ut spondæus, sed non astricti gene
...ibus carminum. sunt enim quidam oratorij numeri ob
...ernandi) ratione quadam, id est, iudicio libero orato-
...is, secundum præcepta, doctrinam dicendi: sed alio in
...genere orationis) alio scilicet graui, & intermedio:
...sed alio genere, scilicet subtili, in graui & intermedio
...dicendi genere. In hoc relinquendi) scilicet numeri il-
...li sumisso oratori, numeri, grauitatis, & mediocritatis.
...Soluti quidam) aliquomodo, soluti non tamen dissoluti.
...Soluti, id est, liberi. Nec uagum) id est, non errabun-
...di, sed contenti intra septa, ut non currant quouis ue-
...lint ut ingredi libere) scilicet compositione uerborum.
...Ingredi scilicet incisis, membris, periodis, libere tantũ,
...non ut licenter uideatur errare: procurrere, quò uelit à

uia,

uia,& ratione recedere. Hactenus numerum ostendi
spectandum esse,in dicendi genere. Verba,etiam quas
coagmentata negligat) quæ uocatur συνθηκη, compo-
sitio. Compositio enim nihil aliud est, nisi uerborum
coagmentatio. Verba enim debent habere suũ agmen.
Agmen est pars exercitus. Hic enim diuiditur in agmen
primum,in agmen postremum,in agmen medium: tota
acies diuisa est in tria agmina, primum postremum &
medium agmen. Agmen constat ex ordine certo, & ar-
tificioso equitum, atq; peditum. Huiusmodi diligentia
in hoc dicendi genere subtili non requiritur,
qualis requiritur in re mĩlitari, in acie
munienda,in acie collo-
canda.

SCHOLAE IN LIBRVM TERTIVM.

IN CAPVT. I.

OPortet imitatorẽ esse ζηλεύλιπτον,
oportet κλέπτειν, furari, furem esse
ζῆλος, id est, imitationis: sed ita tamẽ
ut ipsum furtum non apparcat, nec
ipsa scilicet, Cornicula in furto de-
prehendatur, & risum moueat, &
suis notetur coloribus. Oportet nos imitatione, ex alie-
no facere proprium. Oportet igitur κλέπτειν τὸν ζῆλον
id est,

est, καλύπτειν, abscondere. Apud Græcos Poetas ha
tis πλέπειν νόον, animo imperare, cælare, animi mo-
occultare. Oportet imitatione uti moderatè, & oc-
tè, non apertè, & impudenter. Pericles dicebat σπό-
ρῳ τῷ λόγῳ, obscura oratione: sic dicimus πλέπειν
ξίλῳ. Est res permagna imitatio, sed imitatio non de
suscipi supra uires: debemus, imitari eos, quibus pos
mus esse pares, aut similes, aut propè pares, aut pro
similes: debemus diligenter obseruare, quid ua-
ant humeri, quid ferre recusent: debemus nos metiri
stro modulo, niti ad summa: si eò peruenire non pos-
mus, debemus consistere honestè in secundis: & tum
Cicero dicit) si ad summa peruenire non possumus:
n erit turpe in secundis, & tertijs consistere. Opor-
tigitur omnem ξῆλον habere rationem, & uiam cer-
m, de qua in hoc libro agemus, oportet certa habere
ecepta, certam uiam imitandi, occultandi, exprimen
ξ aliorum uirtutes. Laus est ista recte facere: sed turpe
facere ista pueriliter. Nam, puerorum est aperta imi
tio, pueri mutant formam historiæ, in formam epistо-
Ex epistola Ciceronis, ijsdem utuntur uerbis, ijsdem
tentijs, paucis immutatis. Huiusmodi imitatio non est
atorum. Sed sunt quædam communia, quæ cælari nõ
ssunt: quemadmodum enim Demosthenes habet sua
ncipia & exordia causarum: habet deinde Narra-
nes, expositiones causſæ, narrationes factorum, rerũ
petuntur, rerum quæ recusantur, habet totius accu
onis, defensionis partitiones, confirmationes, refu-
nes, perorationes: sic Cicero, sic Pericles, sic Ly-

sias,

fias, ſic Hyperides, ſic Rhetores omnes tam Græci, q
Latini. Hæc cælari non poſſunt Circumſtantiæ locor
perſonarũ, cauſſarum, nõ poſſunt occultari: argume
ta ſumpta ex locis Dialecticis occultari non poſſu
non definitiones, non partitiones, non genera, non fo
mæ, non differentiæ, non coniugata, non antecedenti
non conſequentia, non cauſſæ, non effectus, non ſimili
non diſſimilia cælari poſſunt: omnes mediocriter do
iſta uident. Quis poteſt celare uerbum ſæpe iteratu
ſæpe repetitum, in eodem loco geminatum, aut modic
interuallo repetitum? quis poteſt occulere ſimiliter c
dentia, paria paribus relata, contraria contrarijs opp
ſita? omnes Grammatici poſſunt huiuſmodi figuras a
notare: pueri, duorum menſium ſpacio, poſſunt talia
notare, in oratoribus, & alijs in autoribus. Hæc cõm
nia ſunt omnibus, uerba omnia communia ſunt om
bus, occultari non poſſunt & propria, & natiua ue
ba, non ſolum ſunt Oratorum, & Poetarum: ſed etia
magiſtratuum, neq; magiſtratuum ſolum: ſed ſutor
& piſtorum, aratorum, militum, imperatorũ, Centu
num, plebis Tribunorum. Hæc quidem ſunt commu
ſed tamen habent quædam propria: non oportet
commune eſſe, ut Demoſthenis exordium ſit meum,
Ciceronis: Demoſthenis, aut Aeſchinis ſit Lyſiæ,
Lyſiæ ſit Aeſchinis: oportet aliquid facere quod p
prie tuum ſit. Homeri eſt Ἀνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα, Ο
Vergilij eſt. Arma uirumq; Cano, & c. Eſt eadem ra
quemadmodum ipſe Homerus proponit perſonã ip
Vlyſſis: ſic Virgilius Aeneæ. Quemadmodum Ho

de Vlysse redeunte in patriam: sic Virgilius de Aeneā fugiente ex patria: quemadmodum Vlysses redit ad proprias sedes: sic Aeneas quærit nouas sedes. In hac similitudine, est dissimilitudo: in hac consensione est dissensio: in re eadem est etiam res diuersa & differens.

Nam tametsi uulgus imperitorum Imitatio latet) In imitatione, uitandum est illud uitium uel maximè, de quo Horatius, ô imitatores, seruum pecus. Omnis imitatio constat duabus ex rebus: quarum VNA est παράδειγμα, exemplum propositum, quod imitari uelis. Alterum autem est exempli imago expressa ab imitatore. Exemplum est primi scriptoris. expressa autem imago est scriptoris secundarij, siue orator is sit, siue Poeta. Et apud pictores quidē laus est, si quis pictor posset Apellis imaginem Veneris, rursus exorientis ex mari, exprimere, ijsdem lineamentis, coloribus, luminibus ijsdem etiam umbris, eadem magnitudine totius corporis, singulorum membrorum. Et est magna laus pictoris, ut omnibus Apelli sit par, & similis, ita ut ipse pictor absoluere officium suum, si faceret ταυτὸ, idem, rem eandem. Sic apud oratores, & apud Poetas in similitudine, oportet esse dissimilitudinem, ut similia sint dissimilia: ut quæ uidentur eadem, sint diuersa: ut ipsa imitatio habet aliquid proprium, singulare, peculiare. Hæc duo sunt diligenter considerāda. Deinde sunt considerāda tempora imitatorum duo. Vnum imperfectum, studij, obseruationis, & exercitationis, istud tempus est quasi discipuli, hunc discipulum oportet quidem prin-

cipio ſeruire, oportet aliquid ſeruile facere: ut in illo apud Eraſmum, in illo Dialogo, qui inſcribitur Ciceronianus. Volumus imitationem eſſe, tempore diſciplinæ, eſſe diligentem, & acuratam, & aſſiduam: uolumus etiam eſſe anxiam & ſolicitam & quodammodo ſeruilem: uolumus imitatorem hoc tempore eſſe non liberum, non ſolutum, ſed uinculis aſtrictum imitationis, ratione tamen bona, & modo bono, quem oſtendemus in inſequentibus ſcholis. Alterum tempus eſt facultatis, poſtaquam obſeruauit, concepit ueras, & certas formas Exordiorum, Narrationum, confirmationum, partitionum, perorationum, item argumentationum, amplificationum, digreſſionum, ſimilitudinum, comparationum, conglobationum, commorationum. Poſtaquam in his ſe exercuit, facultas comparata eſt: non requiritur facultas biennij, triennij, aut quatriennij, aut decennij, quemadmodum ille Noſopulus in Ciceroniano Eraſmi: ſed exercitatione unius anni, aut amplius, poteſt comparari mediocris facultas: ubi illa imitatio eſt, ibi eſt imitatio libera, & ſoluta, & ipſe imitator in omnibus poteſt afferre aliquid ſuum, proprium, non alienum: quod ſuæ ſit facultatis, & ſuæ poteſtatis, perpetuò eſſe, & teneri in uinculis, atq; in ergaſtulis, hoc miſerum eſt. Hæc ratio non fuit Ciceronis, qui conatus eſt ſe parem efficere Demoſtheni. Imitatio conſiſtit in facultate, & eadem facilitate, non in depictione, non in pictura: facultas non inſequitur alienas lineas: ſed ipſa facit ſuas lineas. Hic igitur liber eò dirigitur: ut poſſimus hanc facultatem aſſequi: ut poſſimus ad ſum-

mam

nam facultatem, & libertatem peruenire: ut, ne simus
serui primi scriptoris, tanquam domini, nec etiam liber
ti, tanquam patroni: sed ut simus pares ingenuis, qui in-
genui nati sunt. Eò dirigenda est hæc facultas: imitatio
magis consistit in dissimilitudine, quàm similitudine: o-
portet ut ipsa similitudo non appareat: sed ut uideatur
esse par, & similis: unde autem comparata sit illa fa-
cultas, non nisi doctis, nisi literatis, nisi præceptis insti-
tutis, & uersatis in primis scriptoribus apparet. Sed ut
cepi dicere, quædam occultari non posse. Ars quidem
occultanda est, sed non omnia artis possunt occultari,
ma hebdomade Rhetoricus adolescens potest distingue
re omnes partes, omnium oratorum, quisq; enim ora-
torum sua habet Exordia, Narrationes, diuisiones, pe-
rorationes: hæc occultari non possunt, hæc laudabiliter
apparent, & extant: & debent apparere, ut ipse audi-
tor sciat, qua parte concilietur, qua parte confirmando
fides ei fiat: quomodo refutando ab errore liberetur:
in qua parte ipsius causæ finis instet. Hæc debent appa
rere: sic argumenta non debent occultari, debent ur-
geri, debemus commorationem facere, in eodem argu-
mento: ista abscondi nõ possunt, sed ista debent elucere.
Deinde ornamenta uerborum, & sententiarum, ne-
cesse est, ut sint luminosa, sint illustria: cælum pulchrũ
noctu est, cum omnia sydera apparent, cum Pleiades,
Hyades, orion, Taurus, circulus ille lacteus: deinde o-
mnia uerba Ciceronis propè omnia, debent apparere,
& ostentari: ut in omnibus orationibus Ciceronis, in
Epistolis, in Dialogis, in libris omnibus pauca uerba ha

bet propria à se inuenta, uel à se facta, uel à se modificata. Reliqua sunt omnia uulgi, sunt consuetudinis: ut pane utimur publico populi: sic etiam uerbis debemus uti populi, sed nos debemus uti moderatius, magis sobrie, elegantius. uerba igitur cælari non possunt: oportet ut ea appareant. Sed si uerbum est aliquod proprium Ciceronis, à Cicerone factum, illud sæpius usurpare, est ineptum, & scruile. Clausulas easdem facere, quas Cicero fecit ijsdem uerbis, ineptum est. Ideo non immerito reprehenditur Longolius. Deinde particulæ nõ possunt abscondi, cum, tum, non modo, uerum etiam, non solum, sed etiam. Item, primum, deinde, item, ut uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Et Romæ fui, & Cæsarem uidi. Enimuero Pamphile. Illa extant, & communia sunt omnium. Non quia Plautus dixit ædepol, & Ecastor, idcirco Terentius nõ poterat dicere Aedepol, Ecastor, sunt enim propria hæc uocabula apud Comicos, ut Mulierculariũ ὀρνίθων. Apud Historicos est Medius fidius. Si scriberet Historias Liuius, cur non liceret ei facere, quod Salustio? Quæ omnium sunt, ijs possumus uti, ut omnes docti fecerunt. Quæ propria sunt unius cuiusq;: illis moderatè debemus uti. Illa, ut dixi, uelle abscondere, est uelle abscondere solem meridianum: si uolumus lucidum diem esse: oportet ut sol appareat. Sed hisce uti quemadmodum Cornicula Aesopica: hoc ineptum est, & furtum est, si nihil sit immutatum, non propria est possessio. Principium huius libri facio ab exemplis Poetarum, si enim obseruauerimus in Poetis, quæ obseruanda sunt: facile etiam in oratoribus possumus

ob-

obſeruare, quæ ſunt obſeruanda: & notare, quæ ſunt notanda. Principia Poetarum ſunt communia, ſunt in medio propoſita omnibus. Quomodo incipit Homerus ſuam Odyſſeam? Ἀνδρα μοι ἔννεπε, etc. Dic mihi, Muſa, virum captæ poſt tempora Troiæ. Sic enim ipſe ad uerbum interpretatus eſt Horatius. Hoc non eſt furtum, interpretari, teſtimonia adferre, non eſt furari: ſed aliena ponere, tanquam ſua, hoc eſt furtum facere. Habere librum Ciceronis nunquam editum, & ex illo libro aliquid detrahere, & in lucem edere: hoc eſt furtum, eſt peculatus: ſupprimit enim publicum librum, & publicum facit ſuum: alienis debemus duci, alienis non debemus uti ut noſtris. Quis non uideat, etiam eſſe propoſitionem, apud Virgilium: Arma Virumq; Cano, Troiæ qui primus ab oris Italiam fato profugus, &c. Eſt principium. quemadmodum Homerus deſcribit Vlyſſem, non nominat Vlyſſem, ſed περιφράσει indicat Vlyſſem: ita deſcribit ut Vlyſſes non ſit nominatus. Sic in περιφράσει Virgilius, nõ nominat Aeneam, ſed ponit τὰ ἰδια τῆ Αἰνείᾳ, Aeneæ propria. Ipſe Pindarus concedit aquã eſſe rem præſtantiſſimam, etiam aurum ipſum præſtantiſſimum: ignem uerò prælucere omnibus diuitijs, omni argento, & auro. Hæc magna ſunt, & concedit cuiq; ſuum pulchrum: ſed ſibi ipſi reſeruat ſtudium Lyricũ, quod omnibus ſtudijs præponit. Et Poeta, Nauita de Ventis, de tauris narrat arator, concedit nautis, & militibus ſuæ uitæ genus, ſua gaudia, & paſtoribus ſuas uoluptates: modò ſibi etiam concedatur ſua Cynthia. Horatius ille cõcedit, in prima Oda, uictoribus Olympicis,

certamina curulea, suas pugnas, suas luctas: relinquit Agricolis suos surculos, relinquit mercatoribus suum Mirthoum Mare, concedit militibus permixtum Tibiæ lituo sonitum: modo ille possit assequi illud, quod dicet, sublimi feriam sydera uertice, &c. Videte hæc quatuor sunt similia, hæc extant, nõ uulgo, sed literatis. Hi enim soli uident illam imitationem: uident similia principia Pindari, Horatij, Tibulli. Pallas, quas cõdidit arces, etc. Ipsa habeat, &c. concedit Paladi suas arces: ipse sibi syluas seruat, non possunt hæc cælari, imò habent magnã suauitatem cum apparent. Sed quemadmodum ciues in una repub: in una ciuitate, habent loca publica, & communia, quæ nullius sunt, habent enim communem amnem, communem campum Martium, commune forum, communem senatum, communes plateas. Fines enim in Repub. neq; reguntur, neq; aqua ab urbe arcetur: sic etiam oratores & Poetæ, habent, communia principia. Quemadmodum enim in templo Iouis, uni cuiq; licitum erat precari, & suas preces lachrymis claudere: sic etiam oratori licet, in Exordio conciliare beneuolentiam, lachrymari, perorare, & iudices precari non secus, atq; supplices Deum precantur, licet conuenire in compitis, in angulis platearum, licet congredi cum ciuibus: conqueri inter se, contrahere, emere, Vendere: sic etiam licet oratoribus, proprium locũ tribuere Narrationibus, quemadmodum contractus priuati, sua habent locá: sic etiam narrationes sua habent loca: & quemadmodum homines contrahentes in plateis, uidentur, tanguntur: sic etiam Narrationes, confir-

mationes,

nationes, aut etiam refutationes sunt tanquam forum, tanquam curia, et senatus: in quibus nostra defendimus, confirmamus, aduersarij refutamus. Hæc quidem communia sunt: sed ex communibus facienda sunt propria, ut proprium est in quo quis excellit. Sic Hortensius dicebatur rex fori, quoniam omnium erat disertissimus, patronus omnium optimus, ante Ciceronem, antequam Cicero ad Rempub. accessisset, sic illius erat forum, quasi proprium, propter excellentiam in dicendo. Qui: Hortensius habebat summam facultatem in partitionibus: omnes causas poterat partiri, totius partitionis bene meminisse, totam explicationem expedire. Propterea habebatur Hortensius optimus causæ diuisor: ita ut facultas causæ diuidendæ uideretur illius propria esse. Cicero etiam hanc Hortensij facultatem habuit in partitionibus: sed maiorem habuit in perorationibus. Cicero erat perorator, in perorationibus ipse regnabat, regnum occupabat, iudicibus uim faciebat. Caius ipse Cæsar confessus est, sibi uim fieri à Cicerone in defensione ipsius Ligarij. In quo quis præstat: id illius dicitur esse proprium: syluæ, saltus, campi sunt communia omnibus loca. Neq; segni pede uinctus) erat uelox, πόδας ὠκὺς, non habebat pedes uinctos: sed agiles, & celeres: habebat etiam agiles manus, id est, celeres petitiones, & celeres uitationes. Simul uinctos) Hic Liparcus fecit sibi proprium campum, regnabat in Campo Martio, nullum habebat parem, alij natarunt: alij etiam digladiabantur, alij quadrigis, etiam decertabant, currebant: sed hic melius quam cæteri, habuit quasdam sin

gulares petitiones, singulares habuit deflexiones, singulares habuit gradus in inuadendo, singulares etiam recessus, in deflectendo, singulares habuit status στρίγματα: cum toto corpore consistebat, & excipiebat aduersarium: in quo superabat, nemini cedebat: sed ipse uim habuit quandam excellentem, neq; pugnas habuit solum in pugilatu, sed etiam in uenationibus.

Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum) Hæc igitur publica, & communia debemus facere propria. Quomodo igitur fiunt propria? propria fiunt dissimilitudine, uitatione ταυτότητος, ne appareat ipsa ταυτότης, ne uideatur opus esse diuersum, ne uideatur opus esse alterius artificis: sed opus uideatur esse meum, non alienum. Grammatici ostendunt discrimen inter Exordia Græcorum Poetarum, & Latinorum: & dicunt Poetas Græcos incipere ἀπὸ προσφωνήσεως, ab inuocatione Ανδρα μοι ἔννεπε &c. Statim inuocat ipsam Musam: & dicunt, Latinos incipere à propositione, ἀπὸ τῆς προτάσεως, & desinere in inuocatione, ἐν τῇ προσφωνήσει. Musa mihi causas memora, quo numine læso, Insigně pietate uirum tot adire labores Compulerit. Hoc discrimen solum, & unum obseruauerunt Grammatici, & nullum aliud. In noua fert animus, &c.) Ouidius statim incipit poema, à propositione transit ad inuocationem. Istud non semper est uerum, non semper proprium. Sicelides Musæ, Paulò maiora canamus) Incipit Virgilius statim ab inuocatione, Sicelides Musæ, &c. Item Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem:

le laborem: Pauca meo Gallo, ſed quæ legat ipſa Lycoris, Carmina ſunt dicenda. Neget quis carmina Gallo?) Incipit ἀπὸ τῆς προσφωνήσεως, ab inuocatione. Hoc igitur diſcrimen Grammaticorum non eſt idem. Imitator conſiderat alterum diſcrimen. Imitator habet quidem μετάθεσιν, tranſpoſitionem partium, occultat imitationem σιωθησιν, & μεταθέσει: uerumtamen habet longè alia: habet contractionem συντομίαν: contrahit ſepe quæ ab altero ſunt tractata copioſè. Habet deinde ἐπιφορίαν, id eſt, copiam, & dilatationem, dilatat fuſius, habet πρόσθεσιν, additionem, addit aliquid exemplo propoſito, habet ἀφαίρεσιν: habet immutationem, addit aliquid, quod in altero non fuit. Sic eſt Virgilij Exordium Eneidos. ipſe occultat imitationem apertam, occultat προσθέσει, additione: πρόθέσει, præpoſitione. Præpoſuit enim διηκτύπωσιν, dicit enim, Ille ego, qui quondam gracili modulatus, &c. Carmen.) oſtendit ſe ſcripſiſſe carmina bucolica. Et egreſſus ſyluis uicina coegi: ut quamuis auido parerent arua colono: Gratum opus Agricolis, &c.) Oſtendit ſe etiam carmine tractaſſe Georgica. Deinde, At nunc horrentia Martis Arma, uirumq; cano, etc. Hoc fuit uerum principium Virgilij, & Virgilius ita compoſuit: Grammatici autem & amici abſtulerunt honoris cauſſa. Virgilius uerecundè propoſuit primum id quod erat exile, & exiguum: Ille ego qui quondam, &c. Deinde quod erat medium: Vt quamuis auido parerent arua colono.) Deinde uenit ad propoſitionem, omiſſa inuocatione, uſus eſt inuocationis μεταθέσει, id eſt, tranſpoſitione, ſeparauit inuo-

cationem, à propositione, & utitur eadem Methodo: qua usus est Homerus, utitur dilatatione uerbi, ut uocat Aristoteles, ponit λόγον orationem, ἀντὶ ὀνόματος, loco nominis. Quod erat nomen? Aeneas. Cano AEneam, pro ipso nomine, posuit λόγον, id est, plenam orationē. Orationem plenam uocant Grammatici περίφρασιν Horatius pauca dicit, de Vlysse. Dic Mihi Musa uirum, captæ post tempora Troiæ, &c. Hoc est unum. Deinde alterum: cum sibi tum socijs reditum parat. Posuit alio loco, ὅς μάλα πολλὰ πλάγχθη, &c. πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω. Homerus tribus uersibus absoluit totam propositionem. Horatius, Cedite inquit, Romani scriptores, cedite Grai, Nescio qd maius nascitur. Illiade: scribit de Virgilio, tametsi liber non erat confectus: facile tantum illud quod dixit, apparebat ex principio. Arma uirumq; cano, &c. Multum ille & terris iactatus, & alto, &c. hæc sunt grandiora, & maiora. Cur utitur hoc exordio? ut ostendat studium imitationis, se uelle aliquid proprium, & singulare, & suum uelle facere. Ouidius aliquod suum fecit συντομίᾳ breuitate, & contractione. In noua fert animus, &c. Quatuor carminibus Ouidius κατάστασιν absoluit, & fecit illud principium nouum suum, rerum uersa, & deinde noua propositione.

Scholæ.

Scholæ, in

CAPVT. II.

Poetarum, & oratorum est par studium in comparatione eloquentiæ. Quemadmodum enim Poetæ, oratione ligata, & astricta quærunt orationis laudem & gloriam: sic etiam oratores in oratione soluta, & libera. Et quoniam uetustiores sunt Poetæ primi, quàm oratores: et à Poetis est instituta imitatio: ut Poema, siue poesis, nihil sit nisi μίμησις, quemadmodum habetis apud Aristotelem, DE Arte Poetica. Arbitror ergo, si ostendamus rationem imitandi Poetarum, erit etiam demonstrata imitatio oratorũ: sunt enim eædem Methodi, id est, uiæ, & rationes, & eadem sunt amborum præcepta. Ostendimus quædam occultari non posse, ut Exordia, Narrationes, Partitiones, confirmationes, Refutationes, partes enim sunt inter se separatæ locis. Deinde etiam argumenta latere nõ possunt: argumenta enim in conclusionibus, in Enthymematibus, in syllogismis sunt quasi uiua, sunt sese agitantia, latere non possunt: quemaàmodum animæ actiones non possunt latere, anima regit oculos, gubernat spiritus, agitat ipsum corpus, quò uult corpus impellit. Hæc omnia perspicua sunt: hæc omnia apparent. Sic etiam χήματα uerborum, & rerum non possunt occulri: sunt enim tanquam candelæ, in tenebris: sunt tanquam stellæ, in cælo, omnibus extant, exceptis cæcis homini-

minibus: sic etiam lumina orationis extant omnibus, nisi imptis & stultis. Verba etiam audiuntur, leguntur, uidentur, non possunt cælari, occultari, abscondi: non possunt supprimi, & tanquam sepeliri: quæ cum ita sint: tamen oportet ἐν τοῖς αὐτοῖς, in re quasi eadem, in duobus quasi ijsdem, esse aliquid diuersum, διαφέρον, oportet esse aliquid ἀνόμοιον. Cum dico diuersum, διαφέρον, loquor de differentia. Diuersum, scilicet re, & sententia. Et aliquid dissimile, scilicet uerbis, & tractatione. Dissimilitudo enim, τὸ ἀνόμοιον, comparatur rebus, & tractatione. Res diuersæ faciunt diuersam orationem: adferunt diuersa uocabula. Differentiæ fiunt proprijs notis, proprietatibus scilicet rerum. Sic Mercurius mittitur ad Aeneam Carthaginem, apud Homerum Mercurius, mittitur ad Calypso in antrum. Ibi sunt πράγματα διαφέροντα, καὶ πρόσωπα διαφέροντα, personæ sunt differentes, inter se etiam διαφέροντα loca, regiones inter se differentes. Alter hærebat, & consistebat Carthagine, in Vrbe: alter autem, in antro: sic alia erat persona Didonis, alia ipsius Calypso. Deinde etiam illa erant διαφέροντα, diuersa: Vlysses redibat in patriam suam: Aeneas uerò erat profugus ex patria sua. Hæc sunt διαφέροντα: quia contraria erant inter se: Redire in patriam, & profugere ex patria. Sed tamen differunt inter se, quomodo? ἐργασίᾳ, tractatione. Tractatio facit ἀνόμοια, dissimilia. Res sunt tanquam οὐσίαι, substantiæ rei: ἐργασίαι, tractationes sunt tanquam συμβεβηκότα, accidentia. Accidens est autem, quod Aeneas loquitur Latinè in Italia: & quòd Vlysses, in Græcia,

&

ꝙ in mari loquitur Græcè: est accidens aliquid pluribus uerbis tractare, aliquid tractare pauciorib. uerbis. Illa uoco ἀνόμοια, dissimilia, differentia scilicet natura, ꝙ substantia, & proprietate, dissimilia scilicet tractatione. Duo autem sunt, quæ in hac doctrina sunt considranda. Primum ipsum παράδειγμα, exemplum hoc est, τὸ ἀρχέτυπον, id est, ὁ ἀρχαῖος, aliquod uetus exemplum, optimi, & perfectissimi scriptoris, qui teneat τὴν ἀρχὴν, id est, principatum, uel dignitatem, citra excetionem, comparatione facta, cum reliquis omnibus: uel principatum scilicet secundum uires nostras, comparatione facta nostrorum humerorum. Nam principatus dicitur duobus modis, κατ' ἐξοχήν, et excellentiam: qui omnes superat bonitate, & dignitate. Deinde principatus dicitur uoluntate, & iudicio: quem nos uoluntus tenere, qui in nostra uoluntate, nostro iudicio, & estimatis nostris uiribus, tenet principatum, hoc exemplum uoco ἀρχαῖον τύπον. Hoc est unum. Alterum est ζῆλος, imitatio, ἡ μίμησις, id est, ὁ ζηλωτὴς, ὁ ζηλῶν, imitator: qui similem imaginem facturus est, μιμούμενος, ipse imitator, ex utroq; efficitur tertium, ὁμοίωμα, similitudo, id est, res similis. Sed ὁμοίωμα ἀνόμοιον, simile dissimile, item similitudo, & dissimilitudo. Est autem duplex ratio imitantium & duo genera sunt imitationũ. Quandoq; enim uolunt occultare exemplum, id quod facit Cicero, in Exordio Quintiano, enumerat enim suæ causæ multa incommoda. illud tantum exordium simile est ad παράδειγμα, exemplum Demosthenis: qui ostendit incommoditatem causæ suæ, & commoditatem

ditatem cauſſæ Aeſchinis: cauſſa Aeſchinis erat iucunda ad audiendum, iucunda enim ſunt conuitia: homines audiunt libenter magnorum uirorum uituperationes: reatus parit ſuſpiciones, parit offenſiones, crimina afferunt metum, afferunt ſuſpicionem, iram, atq; odium. Hoc exordium Cicero eſt imitatus, ſed occultè: ita, ut imitatio non appareat niſi exercitatis, Horatius imitatur Pindarum, in prima Oda. Primum enim preponit ſtudium lyricum primum aquæ, ſine qua homines uiuere non poſſunt: Deinde auro, id eſt, diuitijs & facultatibus, præſtantiſſimis facultatibus. Tertio etiam igni pulcherimo, & lucidiſſimo elemento Horatius idē ſtudium lyricum anteponit uictoribus olympicis, γεωργοῖς agricolis, lituo, & tubæ ipſorum militum, nauigationibus mercatorū: eſt igitur imitatio, ſed latens, ignorata imperitis, obſeruata ab ipſis doctis Alterum genus eſt imitatorum, & æmulorum, id eſt, aperta imitatio, ἐπαγγελία μιμήσεως, profeſſio imitationis: ubi oſtendunt ipſi ſeſe quempiam imitari, ut Theocritus: Sycelides Muſæ, paulo maiora Canamus. Non inuocat Muſas Auſonias, Italicas, non Pierides: ſed dicit Sycelides Muſæ, quare hoc? ut oſtendat, ſe uelle non tantum imitari, ſed æmulari, ſe uelle fieri uel parem, uel ſuperiorē, & propterea dicit. Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu. Syracuſio uerſu) id eſt, carmine Syracuſio, id eſt Dorico. Doris amara, ſuam non intermiſceat undam. Virgilius contempſit Doridem, tanquam amaram. Noſtra Thalia dicit, ſyluas habitare, id eſt, maiora tractare, maiora tractare argumenta in ipſis Bucolicis carminibus.

bus. Magnus ab integro seculorum nascitur ordo.) Illud carmen est magnificentius, & in principio Eclogæ ostendit Virgilius, se contendere uelle cum Theocrito. Hæc ego assentior iudicio eorum, qui dicunt Virgilium esse minorem Theocrito. Theocritus scripsit quidem plura, sed ipse Virgilius ingenuosius, quàm Theocritus.

Ἄνδρα μοι.) Epici carminis, nullum est præstantius Homeri Iliade, & Odyssea: Lyrici etiam, nullum magis eximium, quam Pindari. Deinde principatus æstimatur nostris uiribus. dicimus exemplum id principem locum apud nos tenere, quod nostris uiribus est maxime idoneum. Sic bucolica placent alijs ad imitandum, fortasse quod idem præstare possint: Aeneis non, quod supra uires nostras. Alterum quod spectandum est in imitatione, est ipsa imago expressa, ὁ εἰκών, imago expressa, ex ipso exemplari. Imitator enim debet alterius imaginem, exprimere, Nam εἰκὼν est ὁμοίωμα, similitudo, res similis est, & aliquid simile τῷ παραδείγματι, ipsi exemplo. Ibi uersatur iam artificium, ut illud ὁμοίωμα, fiat nostrum, desinit enim iam Ciceronis esse, desinit esse Homeri, fit nostrum, fit Virgilij. Ergo oportet quærere quandam dissimilitudinem, oportet efficere διαφοράν, differentiam: ut aliquid proprium, & nouum fiat. Dissimile facere, est imitationem occultare: τὸ ἀνόμοιον, uel ἡ ἀναμοίωσις, est κρύψις, occultatio, non stulti studij, id est, imitationis, ut, ne opus sit ipsum scriptoris, & alterius, sed opus sit liberum, & fiat nostrum. Est est duplex ratio imitationis, & duplex uia est imitato-

tatorum. VNA est, cum scriptor ostendit se uelle hunc uel illum imitari, ibi est imitatio, quæ habet ἐπαγγελίαν id est, professionem & promissionem. Vt Virgilius in illo uersu: Sicelides Musæ, paulò maiora canamus. Virgilius scripsit Bucolica sua Mantuæ, & Cremonæ, in Italia: non inuocat Ausonias, & Italicas Musas, neq; Mantuanas: sed inuocat Siculas Musas, Musas, & Syracusanas, est ἐπαγγελία τοῦ παραδείγματος: ostendit quem uelit sequi, nempe Theocritum: sed uelle ita eum imitari: ut conetur eum superare, ita, ut ipsi Theocrito nihil uideatur uelle concedere: idq; insequens uersus facile indicat: Non omnes arbusta iuuant, humilesq; Myricæ. Reliqui qui scribunt pastoralia carmina, contenti sunt arbustis, & humilibus Myricis: se ostendit uelle in syluas penetrare (Si canimus syluis, syluæ sunt consule dignæ) se uelle carmen scribere non amplius pastorale sed consulare. Magnus ab integro nascitur ordo, etc.) Res magna sequitur, ibi non est occultata imitatio, sed quasi professa, et præsignificata. Idem facit in alia Eclo ga. Prima Syracusio dignata est ludere uersu,
Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia.)

Prima Thalia, id est, Theocriti. Prima Dea Custos & præses Bucolici carminis. Dignata est ludere uers Syracusio, id est, Dorico carmine. Imitationem etia indicat in alijs Eclogis: Incipe Mænalios mecum me tibia uersus. Est imitatio aperta Carminis Theocritici habet. Ἄρχετε βουκολικοῖς μῶσαι φίλαι, &c. Aliquid immutauit, de quo postea dicam. Theocritus dicit Bucol cum carmen, cantilenam, βουκολικὴν ἀοιδήν: Virgilius

dicit

ducit Mænalios uersus, à Mænalo monte: fecit quandam cõmutationem, μεταβολὴν nominũ, & uerbum positiũ à Virgilio est paulò suauius, γλυκύτερον, quàm positum à Theocrito. Dum usurpat illius carmen: facit carmen melius, & præstantius: sic λήγετε βουκολικοὶς, Desine Mænalios mecum mea tibia, &c. Sic principium illud Eglogæ apud Virgilium, Forte sub arguta consederat, &c. Totum illud carmen sumptum est ex principio Theocriti, solùm commutatis personis. Theocritus habet Damætam, & Daphnim: Virgilius tertium habet Corydonem, & Thyrsin: Theocritus habet descriptionem personarum duarum, illorum duorum: sic Virgilius, sed alijs uerbis, & sententijs. Ibi est ἐωαγγελία, promissio imitationis, quæ habet ζῆλον æmulationẽ. Aemulationem) id est, studium superandi, studium excellendi. Lib. Aeneid 4. habet uersus interpretatos ad uerbum Homeri, ex libro 5. Homeri, qui locus nullam habet κρύψιν, id est, occultationem, sed habet apertam, & manifestam ἐωαγγελίαν: sed ita est par in interpretatione uersuum, ut à Virgilio non superetur, nec elegantia uerborum, nec uerborum sono, nec ornamentis uerborum, uel sententiarum: addit tamen aliquid, quod est excellentius. Sed quemadmodum decet filium, parentem si potest superare uirtutibus, industria, uidelicet: sic etiã imitatorem, si potest, superare exemplo suo. Hæc omnia comparantur sola ἐργασίᾳ tractatione, quæ plurimum potest in imitando. Tractatio autem sita est in sex partibus: hæc imitandi facultas est sex partium, quarum prima uocatur πρόσθεσις, appositio alicuius, quod in exem

plo non est. Omnis autem πρόσθεσις fit uel à principio, & uocatur πρόθεσις: uel in medio, & uocatur ἐνθέσις: uel fit in fine, & uocatur ἐπένθεσις, id est, adiunctio, ad finem. Sic Virgilius cum haberet in animo Homerum imitari, ut quemadmodum ille Græcum ducem descripsit Vlyssem Ithacẽsem: sic iste describeret Troianum uirum, scilicet Aeneam. Cum igitur esset ei utendũ in principio, & inuocatione, & propositione, quemadmodum mos est omnium Poetarum inuocare & proponere: μῆνιν ἄειδε θεά, &c. Ἀνδρα μοι ἔννεπε, &c. Cum igitur esset inuocaturus, & præposituras rem magnam, & eodem modo, eodem splendore, & dignitate, facit πρόσθεσιν, præposuit uersus humiles (est ἀφέλεια, est simplicis hominis sese submittere) & usus est διαντι πώσει, transitione, ostendit quid scripserit, & quæ scripturus sit. Virgilius noluit in principio esse tumidus, si enim ita incepisset. Fortunã Priami cantabo, & nobile bellum, fuisset æque tumidum, qui uersus contemnitur ab ipso Horatio, et Persio: sed Grammatici abstulerunt, & propterea excusatur Virgilius, & hoc dicitur propriè πρόσθεσις cum præponitur aliqua sententia, aut uersus, aut aliqua periodus, aut aliquid simile. Contraria methodus, uocatur ἀφαίρεσις, ablatio, cum aliquid tollitur, uel in principio, uel medio, uel fine. Exempli gratia, apud Homerum, est duplex exordium, & duplex propositio in principio Odysseæ: apud Virgilium, unum est principium, una est descriptio: Arma, uirumq; cano) quem uirum? Troiæ qui primus ab oris. Tota descriptione, describit solum Aeneam, illius fi-

cta,

ctu, illius errores. Apud Homerum habetis duplex exordium I. Ανδρα μοι ἐννεπε μοῦσα, &c. Deinde alterum principium habetis, per occultationem. Quanquam dicit, non omnes potuit socios conseruare, qui deuorauerunt equos ipsius Solis. Virgilius abstulit alteram διήγησιν, expositionem, ipsam προκατάληψιν: nõ enim usus est exceptione, illa παραγραφῇ, sed pluribus uerbis descripsit ipsum Aeneam. Virgilius habet solum unam διήγησιν Homerus habet duas: alteram Virgilius præterijt. Deinde est transpositio, μετάθεσις, transpositio. Homerus incipit ab inuocatione, Ανδρα μοι ἐννεπε, &c. Dic mihi Musa uirum, &c. Virgilius abstulit inuocationem, de principio, sed posuit in fine. Musa mihi causas memora, &c. Sed Homerus habet elegantiam, et perspicuitatem, habet duplicem inuocationem, bis inuocat Musas Ανδρα μοι, &c. Et postea rursus inuocat: & utitur Επαναλήψει, resumtione προσφωνήσεως, inuocationis: Virgilius contentus est una inuocatione, sed copiosa, παθητικωτέρα, maiori affectu. Musa mihi causas, &c. Illa inuocatio habet significationem pietatis, habet significationem doloris, habet conciliationem beneuolentiæ. Sic ipse Homerus inseruijt claritati, bis inuocauit: Virgilius autem fuit copiosior in ipso motu.

Atq; hæc quasi copiæ.) Hæc ratio, partibus breuis est, & cogitatione non difficilis, usu uerò fructuosissima. Obseruatione autem eiusmodi opus est, in qua magis requiritur diligentia, & industria in congregandis exemplis: quàm acumen in obseruandis. Nam omnis ra-

tio occultandæ imitationis diuisa est in sex partes: in πρόσθεσιν, id est, additionem alicuius rei, quæ in ipso exemplari non est: ἀφαίρεσιν, ablationem, quando aliquid de exemplo tollitur: μετάθεσιν, transpositionem, quæ est ordinis & collocationis mutatio: in μεταβολήν, siue κατάλλαξιν, siue μεταχηματισμόν, immutationem formarum, & ipsarum rerum, et personarum, & aliarum circumstantiarum. Quintum est εὐπορία, id est, copia, cum nos exemplum superamus copia, & numero, & multitudine, sed copia rerum bonarum. Sextum est συντομία, breuitas, & contractio copiosius ab alio tractatarum rerum. Has sex partes placuit ostendere exemplis Poetarum: explanabo tamen etiam oratorum, propterea quod prius fuerint perfecti Poetæ, quam perfecti oratores. Homerus enim diu fuit ante Ciceronem, & Gorgiam Leontinum: & reliquos Sophistas: & tamẽ Poeta summus, imò Poeta consummatus: Homeri testimonia nemo unquam scriptorum improbauit: nemo hominum uersus eius potuit meliores facere. Propterea Græcos Poetas primum in medium produxi: Latini enim Poetæ sunt imitatores Græcorũ: uel enim accipiunt à Græcis accommodato: uel Græcos imitantur. In omni imitatione, oportet esse aliquid simile, sed si sunt omnia similia non est laus inuentionis, ingenij, si sunt ταυτά, sententiæ eædem, earundem rerum: uerùm oportet esse aliquid dissimile: ut in exordio Homeri est περίφρασις, est λόγος ἀντινόμαστος. Vlysses non nominatur, sed describitur. Idem fit apud Virgilũ, Aeneas non nominatur: sed quasi depingitur suis coloribus.

ribus. In utroq; est aliquid simile, scilicet ὁ τρόπος, modus dictionis, modus uerborum. Deinde illud etiam simile est, quod Vlysses errat reuertens in patriam: errat etiam Aeneas profugus ex patria: Deinde Vlysses insignis pietate laudatur uir, Aeneas etiam insignis pietate uir. Deinde apud Homerum Vlysses est exemplum uirtutis, & sapientiæ. Rursus quid uirtus, et quid sapientia possit, utile proposuit nobis exemplar Vlyssem. Hora. lib. primo Epistolarum. Sic apud Virgilium est uirtutis, & sapientiæ exemplum Aeneas. Deinde Vlysses spreuit amorẽ Calypso: Aeneas spreuit amorem ipsius Didonis. Omnia ista sunt similia: sed in similitudine est etiam dissimilitudo. Primum illa quæ ab omnibus consideratur. Alter enim Græcos uersus scripsit: alter Latinos: alter habet hominem Græcum, quem describit, quem exemplum facit. Virgilius uero Troianum. Vlysses Græciam cogitat: Aeneas uero Italiam. Differunt igitur inter se cupiditate locorum. Deinde Vlysses patriam recuperauit suo reditu: Aeneas uerò nouam patriam condidit, Deos Penates in regionem alienam intulit, fuit Romanæ conditor gentis. Ipsa mutatio igitur facit dissimile: quæ mutat formas rerum, & circumstantias. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena, etc. Est προσθεσις, additio rei laudabilis. Nam illud principium habet significationem industriæ, & diligentiæ, ingenij, profectus, quem fecit in studio Musico, & Poetico, ostendit se primò instituisse scriptionem in re uili, in exili genere orationis. Deinde progressionẽ feciſſe ad rem meliorẽ. Paulò dicit splendidius de Georgicis quã

de Bucolicis. Tertius gradus est maioris rei. At nunc horrentia Martis. Hæc res habet προθεσιν, id est, propositionem rei magnæ. Cæpi etiam conferre Horatium, cũ Pindaro. Horatius.n. ostẽdit se delectari studio Lyrico, Pindarus etiã se delectari fatetur eodẽ studio, & uictoribus Olympicis. Pindarus tractat ista methodo quæ uocatur προτιμησις. προτιμᾶν, est aliquid pluris facere, & propterea est rei melioris: inter res multas antepositio, & electio. Sic Pindarus anteponit studium Lyricum aquæ, auro, & igni tribus rebus maxime necessarijs ad uitam. Vita aufertur cui aqua, & ignis interdicitur: sunt enim duo elementa, sine quibus uiuere non possumus. Pecunia est in usum uitæ melioris, commodioris, & honestioris. Pindarus habet etiam solem, & ostendit carmen Lyricũ Olympico præstare: ut sol inter sydera cæli. Horatius hunc locum est imitatus: sed habet προσθεσιν, additionem, præponit enim προσφωνησιν appellationem, inuocationem, & propositionem: Mecænas atauis) Contendit etiam copia cum ipso Pindaro. Nam habet tres res, quibus anteponit sua carmina & suum studium Lyricũ. Horatius autem sex habet partes, & uerè contendit, & superat illum acrimine uerborum. Pindarus habet primum uerba natiua, ut χρυσὸν, ὕδωρ: habet etiam ἐπιθέσεις Poeticas, Græca Epitheta: sed æque suauia habet ista Horatius, habet enim graues sententias propositas, grauissimis, & splendissimis uerbis. Pindarus κατὰ φύσιν naturaliter incipit, μεφυπότως, ascendit deinde ad splendorem: Horatius autem splendide incæpit, sed statim deflexit ad sauitatem: ô & præsidium, &c.

dium,&c. Sunt res duæ, quæ numerantur inter res iucundissimas. Nihil est iucundius, quã habere præsidiũ, in Rebus publicis,nihil est suauius quàm bonos, laus, laudari à laudato uiro. Deinde uenit ad enumerationẽ. Sunt quos curriculo puluerem, &c. Prima illa στροφὴ, habet descriptionem uictorum Olympicorum, utitur etiam uerbis Olympicis,illius certaminis, elegit res meliores,quæ describunt & notant ratione ipsam. In illis certaminibus,primum spectabatur curriculum, id est, locus in quo certabant bigis,quadrigis, equis singularibus.spectantur deinde ipsi cursus, & horum celeritas. Et ibi apud Horatiũ,Curriculũ,est ὁμώνυμον,significat & cursum,& locum in quo currebatur. Deinde nihil magis erat conspicuum quã puluis. Et erat suaue uidere uictorem Olympicum puluerulentum,ex pulcherrimo factum esse deformem. Puluis tametsi res est uilis:tamen in hac descriptione habet suauitatem.Sed meta erat proxima,sed longe suauior erat palma,ipsum premium:& extremus exitus illius rei. Deinde facit comparationem cum candidatis,secunda στροφὴ, habet connexionẽ duorum:mercatorum, & Epicurcorum, qui uoluptatem maximi faciunt.

Est qui nec ueteris pocula Massici, &c. Pulcherrima descriptio rerum iucundarum, & suauium: suauis res est liberò potare cum amicis. Voluptatẽ habet summam uinum Massicum, optimum genus uini: sub arbuto) id est,arbore: Fonti adiacere, omnia sunt ἡδέα,iucunda. Quinta στροφὴ,habet res horridas, & militares,

sunt, qui delectantur uulneribus: quibus suauc est homines cruentatos inspicere. Venationes habent aliquid suauitatis, sed tamen habent etiam aliquid laboris. Comparationem fecit sex rerum, singulis uersibus proponit singulas res, Copia ita certauit, & artem occultauit: ut non uideatur imitatus esse Pindarum: cum tamen maxime sit imitatus. Et sic copiæ habetis exemplum Breuitatis autem est istud exemplum, & carmen Tibullianũ: qui focum perennem præponit diuitijs. Diuitias alius fuluo sibi congerat auro, &c. relinquit alijs suos quæstus, præfert focum diuitijs. Pallas quas condidit arces) Nihil esse breuius potest hoc loco.

Scholæ, in

CAPVT. IIII.

SVperioribus scholis declarauimus, paucis exemplis, esse quandam similitudinem, inter Poetas Latinos & Græcos: & apparere in illis exemplis, Latinos scriptores Græcos esse imitatos: ita ut in ipsa similitudine, sit aliqua dissimilitudo, id est, sint quædam propria ipsius imitatoris. Illam autem dissimilitudinem consistere in προσθέσει, appositione, cum aliquid addimus exemplo proposito: & in ἀφαιρέσει, ablatione, cum aliquid de ipso exemplo tollimus: in μεταθέσει, transpositione, cum partes ipsæ traijciuntur: in μεταβολῇ rerum, & circumstantiarum: in copia, ἐνωσίᾳ, cum orator conatur copia superare eum, quem emula-

mulatur: in breuitate, cũ multitudinem ad paucitatem, copiam ad inopiam contrahimus, & ad concinnam breuitatem. Illæ sex partes sunt repetendæ in imitatione oratorum, & si diligenter considerentur, Cicero plerasq; omnia secutus est in imitatione Demosthenis. Quemadmodum autem Grammatici non annotarunt eiusmodi imitationem, id est, similitudinem & dissimilitudinem in Virgilio & Homero, in Pindaro et Horatio: sic Rhetores in suis oratoribus, illud non annotarunt. Sed si fiat duorum exordiorum ἀνάλυσις, resolutio Rhetorica, & oratoria: uidebimus multa esse similia in exordio Demosthenis, pro Ctesiphonte, seu pro corona: & in exordio etiã Quintiano. Omnia exordia habent semper tria communia, & similia: εὐνοιαν, benevolentiam: εὐμάθειαν, docilitatem: & φιλοπονίαν, attentionem. Hæc tria cuiusuis oratoris sunt propria, præcepta enim sunt generalia, sunt omniũ Rhetorum, scholarum omnium, iudiciorum, & comiciorum omnium, sed oratores faciunt aliquid proprium tractatione, quæ præcipuè consistit in his sex partibus. Ficamus igitur duorum Exordiorũ ἀναλυσιν, Demosthenis scilicet & Ciceronis. Demosthenes incipit à precatione Deorum, & ἀξιώσει, postulatione, ad ipsos Athenienses, & iudices, & comparat beneuolentiam significatione pietatis, morata oratione, est enim signũ pij ingenij, Deos precari, religiosæ mentis est à Dijs bona petere: & est iudicium humilitatis, supplicem esse ipsis iudicibus. Id circo Demosthenes à precatione incipit: πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι, καὶ πά-

σεως, &c. Deinde altera pars petitionis ἔπειθ' ὅπως ἐγὼ μέλλω ὑπὲρ ὑμῶν) Totam illam primam partem Cicero initio cauſſæ Quintianæ abſtulit, prætericit, & omiſit, non incepit à poſtulatione, idq; decori cauſſa, grauior enim fuit cauſſa Aeſchinis, & Cteſiphontis, quàm Quintiana, & propterea requirebat quandam dignitatem σεμνότητα, quæ accerſita eſt inuocatione maieſtatis diuinæ: & monet iudices ſui officij in re magna, & iuſticia, & in legum iudicatione. Pars ſecunda habet enumerationem incommodorum, & beneuolentiam comparatam ſignificatione ſuæ innocentiæ, atq; incommoditatis, curæ, & ſolicitudinis Homines, & in primis iudices libenter laborantibus ſuccurrunt. πολλὰ μὲν ἐγωγ' ἐλαττ) Incipit à periodo λειπόλω bimembri, quæ habet diuiſionem duarum partium, & facta eſt partitio per aſſumptionem, πρόσληψιν τῶ ἀορίστω, infiniti, & ὡρισμένω, finiti. Dicit enim, Cum alijs ego multis de cauſſis ſuccumbo Aeſchini, etc. Deinde addit λειψιν numerum certum τῷ κατ' ἄθροισιν ὡρισμένῳ. Δύο ἀ, ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ μεγάλα, &c. duabus rebus imprimis magis. Cicero omiſit illam πρόσληψιν, aſſumptionem infinitam, & retinuit eandem diuiſionem λειψιν, ſed habet diuiſionem ſpecificatam. Dicit enim. Quæres in ciuitate duæ plurimum poſſunt. Ibi eſt diuiſio duorum, ſequitur diuiſio duarum formarum, Summa gratia, & cloquentia. Deinde in ſecunda periodo Demoſthenes ſubiungit res illas duas, & has nominare incipit, eumeratione ipſarũ ſpecierũ, ἐν μὲν ὅτι ὁ περὶ τῶν ἰσων ἀγῶνα νίσομαι, eſt propoſitio: deinde ſubiuncta eſt ratio, ὁ γὰρ

ἐστιν

ἴσον, &c. Addit tertio loco rationis approbationẽ, ἀποσιώπησιν, reticentia. Ἀλλὰ ἐμοὶ μέν, ὃ βούλομαι δι' ἀνχερὲς εἰπεῖν, &c. Mihi periculum creatur famæ, & mearum fortunarum, Hic omisit. Nolo enim dicere, quod molestum sit. Ista aposiopesis fecit consuetudo Atheniensium, erat apud Athenienses maior libertas audiendorum animorum, quàm apud reliquos Græcos. Quam pulchrè tractauit primam partem? propositionem, propositionis ratione. Deinde alteram partem διαιρετικῶς εἰσαγωγικῶς· ἕτερον δὲ ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει. Hæc species posita est pro contrarijs, contrarijs bina binis sunt opposita: deinde sequitur διαίρεσις distinctio differentium: τούτων τοίνυν ὃ μέν ἐστι πρὸς ἕλλο &c. Sic ille fecit suam diuisionem, non statim festinauit ad species, sed paulatim ad ipsas species peruenit Cicero contra, statim absoluit. Quæ res duæ) Est perfecta diuisio: deinde addit statim διαίρεσιν, distinctionẽ, est propositio distinguens res inter se differentes. Quemadmodum Demosthenes subiecit rationem propositionis: sic ipse Cicero subiecit declarationem uerborum, rei obscuræ, & infinitæ, nam est διαίρεσις infinita, nondum est definita: & propterea secundo loco facit declarationem ἔνθεσιν, Mediocriter) Est Clausula quæ terminatur uerbis elegantissimis. At hic est similitudo illa, quod Cicero habet duo incommoda: Demosthenes etiam duo incommoda, sed differunt tractatione, quemadmodum ostendimus. Tertio loco Demosthenes posuit id, quod plus habet motus, plus curæ, & solicitudinis: habet enim dubitationem ἀπορίαν. In Periculo

eulo uersari, res magna est, propè misera est: sed exitum non uidere, hærere, ignorare, in quam partem debeas t conuertere, res est miserior. Tertio loco excitat moti beneuolentiæ maiorem, sed dilemmate, scilicet παθητι κῶ. Καὶν μὲν ἐνλαβούμενος τοῦτο &c. pars altera dilemm tis, est ἀπορία, dubitatio oratoria, in deliberatione diff cillima, confecta periodo quatuor membrorum: ipsa a gumẽtatio facta dilemmate, quatuor partibus absolut Cicero etiam motum auxit, & repetit illa duo: quorum unum est uerecundiæ, alterum est timoris. Vnum re magnæ, & grauis: alterum rei periculosæ, facit comm rationem in illis duabus rebus, sed non dilemmate, no commoratione acuta: sed amplificatione πυκτὰ σύγκρ σιν, per comparationem: transit à qualitate ad qualita tem. Dicit enim, Neq; hoc tantopere querendum) Elo quentia, sed maxima. Si hæc in nobis essent saltem me diocria) est propositio, à quantitate. Verum ita se re habet) addit declarationem, quid uocet summum. Tre res sunt, quæ faciunt oratorem: Primum ἡ φύσις, nat ra, & ingenij dexteritas: ars, τέχνη: et exercitatio, ἄσκη σις: quæ posita est in imitatione, in declamatione, in d fensionibus causarum forensium, id est, in usu. Artis no meminit: sed solum ingenij, naturæ, & exercitation Non uocat eum eloquentem: tribuit tamen ei eloquen tiam, non uocat disertum, sed disertissimum. Cui tenu opes) opes sunt rerum necessariarum: facultates sunt d uitiarum. Opes sunt: quarum ope habemus opus: facu tates sunt quarum ope quiddam magnum possumu Opes enim minus significant, quam facultates. Op

sunt

nt operis: facultates facultatis sunt. Iam uerò conferamus Ciceronem cum Demosthene. In hac parte, Demosthenes usus est dilemmate, id est, arguta argumentione, eo dilemmatis. Cicero posuit comparationem rerum magnarum: Demosthenis periodus habet acumen: Ciceronis autem habet ornatum maiusculũ. Est quiddam in his duobus simile, maior scilicet beneuolentiæ comparatio. Deinde, Demosthenes non transit ad tertium, sed in his duobus contentus. Nam duabus istis partibus pertractatis, Dicit πειράσομαι) Elabitur ex ista duarum partitione pulchra moderatione quantitatis, & dicit: laborabor tamen istud modestè facere: sed culpam reijcit in aduersarium, & utitur ἀντεγκλήματι, & desijt in capite aduersarij. Ita absoluit illas duas partes. Cicero autem non contentus duobus malis, addit tertium, & usus est προσθέσει: addit tertium malum, extra ipsam partitionem. Illud quoq; nobis accedit incommodum) Istud tertium incõmodum: habet etiam significationem modestiæ, tribuit plus M. Iunio, quàm sibi, auget illius facultatem, & suam minuit: utitur de se extenuatione μειώσει: tribuit Mar. Iunio laudem, sibi uerò nullas facultates. Et loquitur de se ἠθικῶς. Ita qui mihi, &c.) Hoc Cicero extremum προσθέσει, tertij incommodi conatus est sibi æque beneuolentiam comparare: ut sibi Demosthenes comparauit. Sed noster concluſit hunc locum, maiori ornatu: Demosthenes usus est ἀντεγκλήματι, acuta relatione, & onus culpæ imposuit humeris aduersarij: Cicero utitur adhortatione ad iudices: tractat duas sententias inter se contrarias (quæ Recreetur) προτροπὴ, ad-

hor-

hortatio ad θάρσος fiduciam, estq; fortitudo in iudican-
do: aufert metum à iudicibus.

Scholæ, in

CAPVT. V.

OMnis imitatio uel est diuersorum scriptorum, cum scilicet uirtutes multorum in dicendo animaduertimus: & illorum inter se conferimus exempla, & exemplorum tractationes, quemadmodum ostendi in Poetis Græcis, & Latinis, deinde in Cicerone, atq; in Demosthene: uel ipsa obseruatio, & imitatio instituitur in uno, eodemq; authore uoluti in solo Demosthene, aut in solo Cicerone, oportet igitur obseruare uarietatem in tractando. Quemadmodum enim duorum fit comparatio in personis diuersis: sic etiam plurium rerum fit comparatio in eodem scriptore. Tractatio est relatiuum, ἐργασία enim est rerum tractandarum tractatio, ἐργασία est τῶν λεχθησομένων, id est, eorum quæ dicenda sunt. Quæ igitur sunt quæ tractantur ab oratoribus? Exordia, narrationes, confirmationes, refutationes, Perorationes. oportet igitur ipsum imitatorem omne genus Exordiorum cognoscere, quæ sunt apud Demosthenem, omnium item Narrationum, sic refutationum & perorationum. Et hæc quidem possunt considerari, & notari uno die ferè, omnia exordia Demosthenis. Narrationes plurium dierum sunt, plures requirunt dies, eodem modo confirmationes. Sed utilissimum

iſſimum eſt, in minoribus partibus ſeſe exercere, id eſt, tractationem argumentorum, ἐργασίαν τῶν πίστεων inueri, & notare confectiones, & explicationes definitionum, enumerationes partium, cauſarum, effectorum, comparatorum, antecedentium, conſequentium, diſtinctiones rerum differentium, collationes rerum ſimiliũ. bonus imitator μιμητὴς, & ζηλωτὴς his rebus debet uolumen conficere, & omnium genus exemplorum colligere, & ordinem locorum ſequi. Iſtud ſi faciet, primum in Demoſthene, deinde in Cicerone, confirmabit intelligentiam, & ſcientiam harum rerum. Deinde animaduertet mirabilem uarietatem, & diſſimilitudinem in rebus tam ſimilibus. Tertio loco magnam adipiſcetur facultatem: ut ſubitò, & ut loquuntur, ex tempore, poſſit de quauis re diſſerere copioſè, atq; ornatè. Itaq; adduxi uobis iam tria exempla ſimilitudinum, id eſt, παραβολῶν, quibus uſus eſt Demoſthenes: & duo prima exempla, ex 1. Olynthiaca, & exemplum iſtud per ſe primum ad caſtigandum populum, id eſt, habet τραχύτητα, aſperitatem. Primũ autem exemplum habet has partes: Propoſitionem, deinde propoſitionis rationem, tertio loco ipſam παραβολὴν, id eſt, ſimilitudinem: Poſtremo loco habet concluſionem. Habet iſte locus item motum aliquem, & eum duplicem, Verecundiæ ſcilicet & timoris, ſed motum modicum, ut in deliberatione: ita ut iſte locus magis ſit ἠθικὸς, id eſt, orationis moratæ, quàm παθητικὸς, inflammatæ. Demoſthenes enim de Dijs immortalibus oſtendit ſe piè ſentire, ſed populum ſentire impiè: populum ingratum eſſe erga

ga Deum pro acceptis beneficijs. Dicitigitur. Mihi quidem uidetur iudices, si æquus arbiter constituatur. Arbitrum uocat δίκαιον λογίζεσθαι, est qui omnia diligenter considerat. Nam λογίζεσθαι non solum est rationis, sed etiam numeri, omnia cõsiderare, quæ in unare sunt posita. Etsi multa) Hæc ipsa est propositio, πρότασις: secũdo loco ponit ipsius propositionis rationẽ, sumpta ex loco causſarum efficientium, ostendit malorum auctorem populum esse, bonorum autem authores ipsos esse Deos. Τὸ μὲν γὰρ, &c. Nam quod multa detrimenta accepta sunt in bello. Detrimenta sunt effectus. causſa efficiens est ἀμέλεια, id est, negligentia populi. Quod uero hæc mala possint auerti, & quod societas iam appareret, hoc diuinum beneficium est: ut societatem possimus constituere cum ipsis Olynthijs. Hoc est, exordium similitudinis, id est, res similitudini anteposita. Deinde sequitur similitudo. Sed dicit, idem fit in repub. quod fit in pecunijs priuatis. Si quantum) post similitudinem, ponit similem rei rationem. Euentu enim homines res iudicant. Ouid: Careat succeſſibus opto. Quisquis euentu facta notanda putat, homines enim æstimant res ab euentu. Si quid) Et post rationem similitudinis ſ ctæ: sequitur extrema concluſio. Quamobrem magna, &c.) ut possimus notam & maculam diluere, deterere. Translatio Græca, dedecus deterere διατρίβειν id est. diluere, effugere. Hæc una similitudo. In secunda similitudine ipse orator est paulò concitatior, atq; ea utitur προτάσει, propositione πρὸς θεῶν. Quæso enim uos, dicit.) Est propositio absq; ratione, quia non op-

est

est rationem, res enim certa est, res constat. Hæc propositio est figurata interrogatione. prima propositio uidebatur esse λύσιμος, refutabilis, propterea erat ratione confirmanda. Hæc ratio est probabilis & propterea affirmando stabilitur. Statim subiungit simile. Ac uidetur nobis idem accidere, quod fœneratoribus. Illi principio, &c. Soluit magno) scilicet unà cum fœnore, etiam amittunt uetcrem summam. Eodem modo nos, ex nostra negligentia uoluptatem magnam capimus, dum omnium magnifica instituimus, tandem omnia amittimus. Hæc similitudo est solum bipartita propositio, & similitudo, & nihil præterea. uidetis igitur dissimilitudinem inter has duas similitudines, ipsa ἀρχὴ in prima similitudine non erat αὐτόθιστος, perse probabilis: & propterea opus habebat ratione, & similitudo uidebatur indigere ratione, ideò addit rationem, & caussam concludit.

In secunda Olynthiaca.) Dixi, optimè institui imitationem in uno autore. Nam unus uarias habet tractationes earundem rerum. Sic uaria est tractatio contrariorum, differentium, consequentium, & repugnantiũ, uaria comparatorum, uaria caussarum efficientium, uaria effectorum. Quorum omnium tractationes obseruandæ sunt in confirmationibus, & refutationibus. Placuit quatuor exempla adducere ex ipso Demosthene deinde ad ipsum Ciceronem redire. ut ostendamus in magna similitudine esse aliquam dissimilitudinem, & in dissimilitudine esse quandam similitudinẽ. Illius etiam

meminisse oportet, quòd similitudines plerunq; inseruiant ἐργασίαις, id est, expolitionibus. Similitudines sequuntur post propositiones, & post argumenta, propterea oportet diligenter in oratoribus obseruare, quæ res præcedant. Hæc autem uel diriguntur ad docendũ cũ res sunt dubiæ: uel referuntur ad amplificandũ, cum res uidentur non esse satis magnæ: uel flectuntur ad perturbandum, & inflammandum, cum iudices non sunt satis affecti, cum non sunt satis excitati ad motum, quem ipsum iudicium requirit. Sic Demosthenes, in oratione quam habuit pro Ctesiphonte, pro corona, multis uerbis exposuit Aeschinem calumniari: Ante periculum nullum dare consilium, silere in prouisione malorum, & in deliberatione rerum difficilium, post detrimenta accepta, ipsum accusare, & calumniari. Hæc commoratio est inuidiosa, & odiosa ipsi Aeschini, locus scilicet σφοδρὸς, motu odij, atq; inuidiæ. Igitur hac expositione facta, orator properat ad finem, & ad conclusionem, ad motum scilicet perficiendum, ad perpoliendum, & incipit θετικῶς, id est, à sententia generali. πονηρὸν ὦ) Res, dicit, mala est, res improba est Sycophanta, id est, Calumniator, hanc sententiam generalem applicat ad personam singularem, id est, à tractatione infinita, uenit ad propositionem ὡρισμένον, id est, finitam, id est, ὑπόθεσιν: & dicit, τοῦτο δὲ καὶ φανε

Oratio est uehemens, & acris, habet uerbum σκληρὸν, habet qd nouũ & figuratũ, propterea dicit Sycophantã non πονηρὸς, est μετεσχηματισμὸς, generis commutatio, nam neutrum genus est significantius, ἐμφατικώτερον,

τερον, non dicit Sycophanta est natus ciuis, sed πονηρὸς, & acrimoniæ caussa, & asseuerationis ergò iterat uerbum, ἀπονηφάτατος: Deinde facit ὑποκορισμὸν, uerbi nouam formationem, & dicit τοῦτο τὸ ἀνθρώπιον, hic uero homuncio dicit, & κίναιδον, cinædum, impurum hominem: λέξις est σκληρὰ, hic homuncio impurus est, homo qui ab initio suæ reipu. nihil fecit, quod sit dignũ libertate, & liberalitate. Deinde utitur uerbo nouo, composito, ἀντιτραγικὸς πιθηκὸς, ipsissima tragica simia. Alludit ad hypocritas. Aeschines fit actor tragœdiarum, Simia est animal imitans hominem, & Tragicum Simium uocat Aeschinem: erat Tragœdus tertiarum partium. Quid est Tragœdus? Est Tragica simia. Est definitio oratoria, acuta, & mutuata: comparat igitur eum agresti, & fero homini. Dicit Agrestis & ferus, id est, infamis orator, orator notatus ignominia. Postremum uerbum probat ratione. Infamis orator. Quare? Ratio. Quid enim tua eloquẽtia, auxilio uenit? Nam ἐπαρήγω, est iuuo, auxilio uenio, adfero auxilium. Insequens tria, Primum θέσις, sententia Ciceronis, γνωμολογία: deinde ὀνειδισμὸς, conuitia uerborum: postremò probatio postremi cõuitij. παράσημος ῥήτωρ.) Nũc uenit ad ipsam crimen, ad ἔγκλημα. Nunc tandem nobis orationem affers de malis præteritis, id est, adfers orationem post calamitates, post detrimenta: sequitur similitudo, assimulat enim Aeschinem malo medico, & pestilenti. ὥσπερ γὰρ) Quemadmodum medicus ægrotis & decumbentibus, ad eos ingressus nihil indicauit quo malum ægroti possent effugere. ubi autem ægro-

tus diem suum obijt, & iusta ei fiunt, ei parentatur, in ipsa parentatione, sequens funus ipse unà cum funere, exiens ad monumentum. &c.) Ponit consequens loco antecedentis. Primum effertur funus: Deinde comburitur: tertio loco sepelitur, hoc est θάπτεται. Si hoc aut illud feciſſet) uidete nouum genus similitudinis, est similitudo absq; ἀποδόσει, absq; προσλήψει, assumptione, simile positum est, assumptio posita non est, Quemadmodum malus medicus cum ægroto agit, sic tu Aeschines facis in repub. ᾧ σωτηρ ἰατρος.) Est similitudo Enthymematica. Propterea consulo, ut multa similia, multas comprobationes factorum, euentorum, multa comparata comportetis in unum librum, & obseruetis tractationes oratorum, absq; his nemo bene imitabitur Ciceronem, aut Demosthenem, uel Poetam aliquem: Loco assumptionis, utitur ἀποστροφῇ. Attonite) dicitur, qui percussus est fulmine, Cadauer prostratum fulmine. Nunc tandem dicis) est ἐπεύθυνος, exprobratio, loco assumptionis: est ἀποσιώπησις, reticentia: ipse Aeschines fuit attonitus hac oratione Demosthenis, & uociferatione. πονηρὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι) Fuit hac uituperatione Aeschines perculsus, & quasi fulmine ictus, & uulneratus, propterea Demosthenes similitudinem non perficit, sed dicit, Attonite, id est, nunc uenis, & das consilium post facta. Quartum exemplum sumptum e. ex Olynthi: secunda, in eo loco Demosthenes exposuit res Philippi non esse ita firmas: quemadmodum homines putant Thraciam, & Macedoniam, & Boeotiam exhaustas esse pecunijs, propter exactiones multorum

annorum:

annorum: populum offensum, & alienatum: ipsum etiã regem Philippum inuisum ducibus melioribus: quòd non possint uenire in partem gloriæ, & prædæ: solus ipse ualuit amplificari: solus gloriari, quòd reliqua pars militum sit adulata Philippo. Deinde auara esse consilia, & crudelia Philippi. Post hanc Narrationem, ipse properat ad similitudinem, & simili uult ostendere, rem præsentem, & incipit à caussa ignorationis, quæ caussa sit, quòd Philippi uitia non animaduertantur. Apud Iuuenal: habetis: omne crimen tanto est conspectius, quantò qui peccat maior habetur. Crimina uidentur in magnis uiris esse grauiora, quàm in uiris humilioribus. Demosthenes hoc loco, contrarium sentit: & dicit fortunam belli occultare regum, & imperatorum uitia. Felicitas Ca: Cæsaris occultauit illius sacrilegia: solus Suetonius Tranquillus obseruauit Cæsarem sacrilegum fuisse. His malis quasi tenebras offundit fortuna belli, ἡ εὐτυχία, ἡ εὐπραξία. & reddit rationem sententia generali: res enim feliciter gestæ, αἱ εὐπραξίαι, ipsa κατορθώματα, magnam uim habent, ad cœlanda uitia, ad obnubilanda dedecora, ὀνείδη uocat dedecora, ἀδοξήματα, consequens rursus pro antecedente: post scelera enim dedecus & probrum: Deinde uenit ad translationem contrarij, ea tegi. Postquam offendit) scilicet Philippus, si cæperit errare, si cæperit offendere, labi. Sin offendet, id est, si labetur, si fortuna immutabitur: tunc omnia quæ in eo sunt mala, discutientur. ac dicit ἀκριβῶς, exactè explicabuntur: & deinde excitat ipsos Athenienses ad spem, & fortitudinem. Id quod bre

ui uidetur mihi indicaturus esse, si Dij dabunt et uos uoletis, si Dij nolint, nec uos uoletis. Hactenus ἐπιχείρημα propositio, ratio, motus: sequatur similitudo ἐξεργασία, expolitio. Nam omnes similitudines faciunt rem illustriorem, rem magis exponunt. Vt enim in corporibus hominum dum quis ualet, nihil eorum quæ fœda sunt sentit: nemo sentit mala, & uitia dum ualet: ubi uero aduersa ualetudo uenit, tum omnia dicit commouentur, labefactantur. Siue ruptum) siue ruptura sit, ut ruptura cruris, siue luxatum, ut luxatio pedis, &c. Hactenus ἡ πρότασις, propositio similis, ipsum ὅμοιον, simile: sequitur ἀπόδοσις: superior locus non habet ἀπόδοσιν, assumptionem, sed habuit apostrophen aduersarij acuti, & callidi: qui facile intelligit hæc oratio habetur ad populũ: qui est stupidior, & propterea utitur ἀποδόσει, redditione. Eadẽ est ratio ciuitatum, & tyrannorum τῶν πόλεων, & τυράννων, dum foris bellum gerunt, latent mala, id est, libido, auaritia, crudelitas. Si uicina arma committantur) id est, bella fiant domestica.

Scholæ, in

CAPVT. VI.

DIxi, maximum momentum habere obseruationem exemplorum: præsertim in generibus argumentorum. Quomodo autem singula argumenta ab oratoribus tractentur in confirmationibus,

nibus, & refutationibus, diligenter est etiam atq; etiam obseruandum: & obseruanda est omnium tractationũ uarietas: ut argumenta quæ sumuntur à toto, à partibus, à coniugatis, à notatione, à diuisione, à genere, à forma, à differentijs, à caussis, ab effectis, à comparatis, & similibus. Hæc omnia sunt conquirenda, apud oratores, & digerenda uoluminibus. Patet enim hæc ratio latissime. Hæc similitudo, habet duplicem uim, atq; utilitatem. Primum in hac uidebimus quomodo similia sunt applicanda rebus, & actionibus magnis, personis, quomodo in re graui facienda sit ὁμοίωσις, & collocatio. Deinde hæc habet refutationem μεταστάσεως, id est, status qualitatis, & remotionis. Chrysogonus enim cogitauit caussam reijcere in ipsum L. Syllam. Si peccatum est ab imperatore Sylla, peccatum est à nobis) Est defensio μεταστατική, remotionis. Quomodo igitur tractat hanc similitudinem? Primum habet περφάλαιον ἐναντίον, id est, contrariam defensionem aduersarij. Nihil egerit) Est negatio obiectionis, & εἰσαγωγὴ τῦ ἐναντίυ περφαλαίυ: Deinde ratio est illius negationis ac improbationis. Nemo enim est qui nesciat) Hæc est ratio confirmans refutationem. Deinde pars tertia habet obiectionem, ἀντίθεσιν. Quid placet igitur) Ibi est altera μετάστασις, confert caussam in ipsam necessitatem: sententia est συγγνωμική, status uenialis, uenia danda est, propter magnitudinem rerum. Istud exordium est acutum. Hæ partes sunt imitatori diligenter obseruandæ, rationis aduersarij propositio: & λύσις τῆς ἀντιθέσεως, qua obiectioni respondemus, & resistimus aduer-

ſarij obiectioni. Non placet, &c.) Sequitur ſimilitudo, qua iſta remotio defenditur. Quemadmodum Ioui ignoſcimus: ſic Syllæ etiam ignoſcere debemus. Eſt ſimile, etiam locus comparatorum. Si Ioui ignoſcendum eſt: magis Lu: Syllæ, cuius minor eſt poteſtas. Conferuntur igitur duæ perſonæ maximæ. Iupiter cum ipſo Sylla: ſunt πρόσωπα λαμπρά, perſonæ ſunt claræ. Oportet igitur λέγειν, ipſam orationem etiam eſſe ſplendidam, & præclaram, propterea in perſona utriuſq; oratio eſt ſplendida. Etenim ſi Iupiter Opt: Max: Optimus) propter bonitatem, propter beneficia in homines collata. Maximus) poteſtate, & potentia. Cuius nutu, &c.) In re parua, magna ſignificatio. Quid eſt facilius quã nutus? quid homini facilius, quam nutu aliquid oſtendere? Sic ſæpenumero extenuatio eſt amplificans. Nutus fit cum nullo labore. Arbitrium eſt uoluntatis. Quod Iupiter uult, id fit. Cœlum) per cœlum intelligit duo elementa ignem, & aerem. Eſt partitio actionum naturalium, atq; diuinarum. Sæpe uentis) ſcilicet terra, quibus nocet ædificijs, arboribus. Tempeſtatibus) ſcilicet Mari. Pernicie) pro perniciei cauſſa. Hactenus partitio, in rebus magnis, & horribilibus: ſequitur partitio in rebus bonis. At contra commoda) commoda uocat in hoc loco bona utilia. Vtimur) ſcilicet in rebus neceſſarijs. Fruimur) ſcilicet cum uoluptate. Ducimus, id eſt, trahimus. Impartiri uidemus) Hactenus de Ioue περιβολικῶς, oratio coagmentata, circumducta, coacceruata ſcilicet, duabus partitionibus: una in rebus malis: altera in rebus bonis. Quid miramur) De Lu: Sylla magnificentius,

tius, quàm de Iouꝛ. Quid eſt monarcha? qui ſolus rempub. regit, eſt definitio Græci uerbi, Græca uerba Cicero ſolet definire. Orbemq;) Eſt λέξις ὑπερβεβλημένη, eſt ὑπερβολή. Armis recepat) ſcilicet, amiſſam à Caio Mario. Receperat) ſcilicet quæ recuperauerat ad defendendum. Hactenus ſimilitudo: ſequitur Enthymema à maiori, & minori: & comparatio quam facit ex ſimilitudine. Niſi hoc mirum eſt) Sunt inter ſe quaſi differentia: uis diuina eſt maxima, humana eſt minor. Mentē uocat uim diuinam. Mentem humanam, uocat hominem. Hæc ſimilitudo confecta eſt quatuor partibus. Primum occupatione ſcilicet duplici: ſecundo loco ipſo ſimili, id eſt, narratione rei, ſimilis expoſitione: tertio aſſumptione: quarto comparatione, & tractatione quadripartita. Et hæc huius loci eſt ἐργασία. Qui igitur uult imitari Ciceronem: debet hanc tractationem obſeruare: et hæc quatuor artis uocabula: ut ſunt, occupatio, ſimile, uel res ſimilis, ratiocinatio: & his quatuor partibus ſimilitudinem tractare, eſt Ciceronem imitari. Sed illud etiam addendum eſt, genus orationis eſſe mutandum, tractationem eſſe uariandam, pro magnitudine rei. Sic habetis exemplum perſonarum, & rerum magnarum. Hoc eſt decorum obſeruare: magna magnis oſtendere, parua paruis, aeria acribus, læta lætis.

Ampla igitur hæc oratio) Prima ſimilitudo, quemadmodum dixi, habuit ſplendorem, & tractationem leuorem, & motum faciliorem. Laudem enim habuit, & excuſationem L. Cornelij Syllæ. Omnis enim ἐπίλειξις,

id est, demonstratio, finem habet delectationem. Propterea superior similitudo fuit ἡδεῖα, læta, atq; suauis. Huius autem loci sententia est acris, & uehemens, hic habetis exemplum argumentationis Patheticæ. In hoc loco commiscentur tres motus: quorum primus est inuidiæ, & odij, contra Chrysogonum: alter autem lenitatis, clementiæ, & misericordiæ, pro Sex. Roscio: tertius est in ipsa conclusione conciliatus, motus scilicet φόβου, timoris, & in metu, motus est uerecundiæ, αἰδοῦς.

Verum à Chrysogono) Oportet semper meminisse, similitudines plerunq; sequi expositionem rerum magnarum, magnorum beneficiorum, magnorum maleficiorum. Post res expositas magnas solent subijci positæ rerum ἐπεξεργασίαι, id est, expolitiones. Hæ namq; debent sequi argumentationem, non autem antecedere. Ita pro Sex. Roscio, commemorauit de bonis Sex. Roscij Amerini, quomodo illa essent ei ademptæ à Chrysogono, & à duobus Roscijs, quomodo ipse Sex. Roscius mudus profugerit ad Cæciliam nepotis Metelli filiam. Itaq; hoc in loco, perficit illum locum illustrando, & exordiolum huius similitudinis est ualde acre, flexum scilicet ad motum maiorem, ad motum inuidiæ, & odij, quantum ad aduersarium, & Chrysogonum: ad motum misericordiæ, & clementiæ: quantum ad Sex. Roscium Amerinum: ad motum metus, & uerecundiæ, quantum attinet ad ipsos iudices. Est enim hæc similitudo directa non ad explicationem rei: ut res magnas explicet: sed ad motum, ut res ipsa magis moueat. Hoc debetis obseruare apud Ciceronem, Cicero cum habet orationem

uel

uel ad iudices, uel ad populũ, cum res magna plena est uoluptatis, uel plena doloris, tum non contentus est una propositione, sed manet in eadem tribus sententijs. Est magna crudelitas, diripere bona alterius, etiam uitam eripere. ut hanc crudelitatẽ iudices melius intelligerent, & memoria custodirent. Rem igitur exaggerat: Verum si à) Est διαίρεσις, diuidit unum crimẽ in duo. unum est eripere bona: alterum uitam etiam uel eripere: illud crudele est, bona non posse retinere, crudelius, uitam non posse retinere. Si non satis) Hactenus tres hypotheticæ propositiones ἐπιζευγμένως: quæ eadem pertinent. Vnam sententiam ter proponit aliis, atq; aliis uerbis. Vnum perfugium) motus lenitatis, misericordiæ, atq; clementiæ. Illæ tres sententiæ hypotheticæ continebant odium, & inuidiam: illa postrema dirigitur ad contrarium motum, misericordiæ. Etadhuc non satis est ei: manet in eadem re, & utitur in hoc loco σχήματι ἀντιθετικῷ. Quæ) scilicet, uita. Si maneret) Hactenus duæ tractationes: prima est ἐπιμερισμός facta est tribus propositionibus hypotheticis, et una διαφόρεσις: secunda facta ἀντιθετικῷ σχήματι, ubi indignatur: tertio loco, sequitur σχετλιασμὸς, querimonia. ad eam ne rem) Hactenus aditus ad simile ipsum, acris, & uehemens: sequitur iam simile. Solent hoc imperatores) Hactenus ipsum simile sumptum à stratagemate militum. Nimirum similiter, &c.) Simile est breuiter absolutum, non tam magnificè, & splendidè, quàm illa de Ioue: sequitur deprecatio. Dij prohibeant, Iudices) Deprecatio ἀποσυχή, precatur, ut Dij illud malum auertat:

tatur: constat duabus propositionibus, inter se contrarijs. Vt hoc) post illam deprecationem, sequitur deinde assueratio. An uero iudices.) Ita hoc simile est perfectum.

Hæc similitudo motus) Illud exemplum de Ioue Opti: Max: & de Sylla quorum alter commoda sua nõ potest communicare hominibus, quin aliquando urbes deleat: alter etiam Rempub. non potest ita sapienter administrare: quin aliquid se imprudente fiat. Secundum exemplum fuit copiosum quidem, sed habet collationẽ duarum inter se contrariarum personarum. Confert enim Chrysogoni consilium, cum consilijs bonorum imperatorum. Ostendit Chrysogonum facere in rebus malis, in præda, & direptionibus, in latrocinijs: quod imperatores boni solent facere, in prælijs. Illud simile habet dissimiles personas, imò contrarias, prius autem simile habuit personas ferè consimiles. Videtur igitur differentia illa similitudinum duarum: sed hæc differentia est obscurior, non ab omnibus intelligitur, intelligetur autem, si tertium aliquod apponatur. Cuius hæc est propositio. Quid ais? Interrogatio breuissima, & admirans. Nonne ut ignis) Est ipsum simile breuiter absolutum proprijs uerbis & natiuis: sequitur iam ἀναφορὰ, assumptio rei propositæ, uerbis translatis, allegoricis: ornatius loquitur de re proposita, quàm de ipso simili. Feruens) Metaph: ab igni, aqua dicitur feruêre. Quemadmodum ignis aquã diluit & restinguit: sic puriſſima, & castissima uita statim extinguit falsum crimen. Est simile ἀνασκευαστικὸν, refutans simile adhibitum

tum in coniectura, factum negans, & dolum malum. In diuinatione, contra Verrem, habetis similitudinem adhibitam ἀντιστρόφου, in statu remotionis: qua similitudine conatur ipsum alienum facere, & remouere ab accusatione. Ostendit eos non esse idoneos accusatores. Principium autem sumptum est à notatione personæ: non habet motum magnum, sed ridiculum istud simile. Alienum) scilicet oratorem. A subsellijs) id est, ex inferioribus oratoribus. In Clamando) ostendit eum esse oratorē impudentem, clamatorem potius, quam oratorem. In hoc) facit ἀντιπροσωπεῖον ad aduersarium, ut ostendat cōmunicata esse consilia cum alieno. In hoc, inquit, totum iudicium) id est, præcipuus erit accusator. Ac ne is quidem) ostendit ipsum esse præuaricatorem, non ita defendere causſam, ut debet. Dicendo) id est, eloquentiæ laude. Aliquid esse) Irridet utrumq;.

Postremum exemplum similitudinis, sumptum est ex septima accusatione Verrina. Illius autem oportet semper meminisse, similitudines, & exempla solere collocari post expositiones rerum magnarum. Res magnas uoco, non solum res præclaras, & laudabiles: uerum etiam res malas & turpes, ut sunt insignia scelera. Postquam igitur Cicero exposuisset de lapidum fodinis in Sicilia, & de carcere, & de prædis, accedens ad similitudines, hac utitur propositione: ista autem propositio est informata κατὰ ποιότητα interrogationis. Ad quæ erat) causſa efficiens est libido, libidinis autem finis est ipsa præda. Quæ ista) quorsum ista libido pertinebat,

pro-

pronomen posuit loco aduerbij. Ostendit esse rationē prædandi nouam, & singularem: duobus uerbis excitat ἐπιτονισμὸν, id est, attentionem. Incipit igitur statim à propositione. Nam ut illi) Est similitudo fabulosa, sumpta à Poetis. Oratores habent duo remedia in inopia exemplorum, cum destituuntur exemplis ueris, confugiunt ad Poetica, id est, fabulas, quæ non solum docent uerum etiam delectant. Alterum remedium in inopia est ὑπόθεσις, uel πλάσις, fictio. Quoniam non habebat exemplum duorum: usus est πλάσει, fictione. Hæc similitudo est multiplex: non ab una re sumta, sed à pluribus neq; est tractata simpliciter, sed comparatione. Exemplum est ἀόριστον, principium est infinitum προσώποις, personis. Passent) Hactenus finale: sequitur προσλογία, accomodatio, quæ est tractata copiosius. Assumptio habet διαίρεσιν, totum diuidit in multas partes. Omnia maria) scilicet mediterranea. Tenere) posuit, pro occupare. Prætoriam) id est, domum Verris deferebantur. Hactenus similitudo perfecta: sequitur ἐπιμονή, in eadem similitudine. Hæc similitudo habet exempla; sed posita, κατ' ἀναίρεσιν: est pulcherrimum genus tractationis. Longo interuallo) Post multa annorum spacia. Dionysius) scilicet tyrannus. Monstrum) Comparatio facta per ὑπερβολήν. Veterum) scilicet Gygantum. immanitate) Sequitur altera comparatio. Non enim) Tyrannidem Verris anteponit Dionysij, & Phalaris, imò ipsi Charybdi, & Scyllæ. Multiplex collatio, in eadem re, habet exaggerationem: sequitur ita quarta collatio. Cyclops alter) non Dionysius. Est autem ἐπιπλοκὴ.

Multo)

multo) quàm Cyclops. Importunior) Infestior, crudelior. Canibus) lictores, & domesticos ipsius Verris, ad istores sceleris uocat canes, quibus omnia inuestigabat. Signa multa) Est ὑπερβολή. Omnis hyperbole est incredibilis, id quod est incredibile facit credibile, cõfirmat igitur uim hyperbolæ. Hic) scilicet Verres. Ita simile confectum est exaggeratione, non conclusione, sed conclusio facta est similitudine.

Scholæ, in

CAPVT VII.

ALiquot uobis exempla exposui: ex quibus appareret, uariam esse tractationem similium, id est, ἀπεικάσεων, καὶ παραβολῶν. Et quanquam multò plura sunt, apud Ciceronem & Demosthenem: tamen hæc ipsa ostendunt uiam quandam, & rationem tractandorum similium. M. Antonius apud Ciceronem ostendit tractationem exemplorum nondum arte esse traditam, non enim tunc extabant libri: in quibus continerentur exempla tractationis: quemadmodum etiam hoc tempore non extant. Sed ipse Mar: Antonius ostendit principium huius artis, methodi dico de testimonijs. testimonia illa tamen possunt ita explicari, ut ars animaduertatur: quemadmodũ nos tradidimus in Rhetoricis. Ostendimus enim decem esse partes tractationis testimoniorum, siue refutanda illa sint, siue confirmanda, & siue finita sint, siue infinita. Idem potest fieri in similitudinibus

dinibus. ostendimus enim similitudinem plerunq; effici propositione, seu ipso simili, assumptione, & conclusione. Ostendimus similitudines aliquando tractari simpliciter, & breuiter, & una absoluta periodo: aliquando pluribus periodis: aliquando absq; comparatione, aliquando cum comparatione: aliquando unum simile esse: aliquando similia multa: ita, ut sæpenumero in eadem re concurrant duæ tractationes, scilicet similitudinis, & comparationis. Est eadem ferè methodus exemplorum: quæ est similium. Nam ipsa exempla habent Similium comparationes. Cicero in Rhetoricis, in loco similium, complectitur etiam exempla: & Socraticæ ἐπαγωγαὶ conficiuntur non solum similibus: uerum etiã παραδείγμασι, exemplis. Itaq; quo in loco inueniuntur similia, similes res: in eodem loco etiam inueniuntur similia facta, & dicta: similia sunt rerum: exempla sunt dictorum, & factorum. Habent tractationem etiam similium. collocantur enim plerunq; post rem tractatam, & expositam, post narrationem alicuius rei magnæ. Magnum uoco, quod uel bonum est: ut magna uirtus, magnum, & præclarum facimus: uel quod malum est. ut: magnum scelus, nouum, & inauditum flagitium. Post eiusmodi res magnas, solent subiungi exempla, uel docendi caussa, ut doceatur qualis ille sit, quæ sit uel caussa dignitatis, uel factorum, uel propter aliquam amplitudinem, & exaggerationem. Omnia exempla habent hanc uarietatem. Vt ad artem redeam, exempla sunt paria, uel imparia: cum imparia sunt, in altera parte: requiritur μείωσις, in altera parte exaggeratio,

ἢ ἄν-

ἐπεξεργασίαν. Deinde exempla non sunt solum rerum similium, uel parium: sed exempla sunt etiam rerum contrariarum. Hanc omnem uarietatem placet persequi: & horum singulorum etiam exempla ponere. Istud exemplum positum est non solum post narrationem, sed etiã post renouationem narrationis, post rem expositam. Et hæc est ratio, & uia Ciceronis. Primum igitur oportet rem exponere totam, siue in eodem, unoq; loco, siue aliquid expositum est separatim, non diuersis locis: oportet uti contractione in uno loco, quæ in diuersis locis sunt exposita, & complecti præcipuas rei περιγράφας, id est, attributa: quemadmodum Cicero fecit in oratione pro Sex Roscio Amerino, quæ ante exposuit pluribus uerbis, & in locis diuersis, una quasi periodo, & περιβολῇ est complexus: & ante ipsum exemplum utitur propositione: sed oratoria, quæ complectitur τὰ ἐν ἀρχῇ ἔχοντα τέλος, id est, prima, media, & postrema ipsius facti: est enim propositio numerosa, & oratoria, & acris: Dialecticus proponit absq; motu: oratores cum motu uehementi: habet duos modos inter se contrarios, motum scilicet sæuitiæ, propter crudelitatem aduersarij, id est, μίσους, odij, & alterum clementiæ. Incitat orator cum indignatione, ὀργιζόμενος: & hoc est Ciceronianum, iratus, sed ita ut deceat, ut alterum ad iram excitet, quemadmodum Horatius dicit. Si uis me flere dolendum tibi est. Sic etiam orator si uult iratus iudicem: oportet ipsum oratorem iratum. Etenim quis tam) Breuis propositio, sed tamen acris. Patrem meum) facinus horribile affinem occidere. Proscriptus) scilicet inter

Marianos. Occisum) postea quam occisus fuit. Vos tulistis) secundum facimus, crimen inueniri post cædem factam. Tertium facinus: Me domo) omnia sunt grauia. Per uim) quartum facimus. Patrimonium meum) quatuor crimina, facit ex uno crimine quatuor. Quid multis amplius?) Hæc propositio habet ὑπερβολὴν τοῦ πάθους. Cicero loquitur hic non ut orator: sed ut reus: in suam linguam accipit uocem rei. Etiam ne ad subsellia) propositio rei magnæ, sequitur exemplum, ut ostendat genus facti, suam importunitatem, & rei turpitudinem.

Fabulosum etiam exemplum est) Quemadmodum similitudinum uariæ sunt tractationes, et exornationes: sic etiam exemplorum: & ambo hæc genera argumentorum sub eandem cadunt tractandi methodum. Illud exemplum quod attuli de Fimbria, ostendit qualitatem ipsius facti: positus est ornatus, & intelligentiæ caussa, habet aliquem ornatum, sed ornatum intelligentem: ut iudices scilicet intelligant de genere ipsius facti, seu criminis: ut cognoscatur factum illud esse impudens, & crudele. Exemplum uerò alterum est eiusdem generis. Non est enim applicatum fidei caussa, sed ut intelligatur, cuiusmodi Verris fuerit cupiditas. Ostendit enim Verris cupiditatem longe fuisse uehementiorem regiæ filiæ. Sed istud exemplum est breuiter absolutum, sed tamen quadam cum συγκρίσει, id est, comparatione, & quadam διακρίσει, id est, distinctione. Non est Ciceronianum, in breuitate quærere acumen, in breuitate quærere aliquam exaggerationem, aliquam amplificatiun-

tiuncula. Et præponit expositionem huius cupiditatis, & narrationem facti: post narrationem addit istud amplificationis gratia, & motus alicuius caussa, motũ scilicet animi iudicis: sed tamen ut ipsi iudices intelligant genus facti. Sic istud exemplum breue habet duplicẽ uim intelligentiæ, pertinet ad εὐμάθειαν, docilitatem, de genere ipsius facti: & ipsius ornatus, & amplificationis. Ea cupid. scilicet fuisse. Est ἀκωτομία breuis expositiuncula. Nullum uerbum positum est, nisi necessarium. Et cum uidisset monile) Salutem prodidit) scilicet inimico suo. Nihil posset hac expositione breuius esse, expositio par propositioni. Similis) πρόσληψις τοῦ ἐπιλήμματος, facti assumptio: sequitur ἐπιδιόρθωσις, facit ἐπιδιορθωτικὸν uerbi. Dixit similis: iam dicit acrior, idq; comparationis, & amplificationis caussa, est ἐπιδιόρθωσις αὐξήσεως ἕνεκα. Hoc etiam acrior) Acre est quod dolorem adfert. Insanum) quod à summa stultitia proficiscitur. Quod illa) Istud exemplum positum est in medio narrationis, est facta breuis ἀποκατάστασις id est, declinatiuncula interposito exemplo. Ex hoc loco, debetis illud meminisse: exempla aliquando poni primo loco, sed raro, & tum demum, cum non requirunt cõparationem, atq; contentionem: aliquando medium locum eadem de caussa, & similibus temporibus: cum scilicet: breuiter absoluitur, cum copiam non requirunt: aliquando autem post narrationem factam, post argumentationem confectam: id quod fit sæpius: quemadmodum fit etiam in ipsis similitudinibus. Cicero lib. 1. de Inuentione utitur hoc exemplo. Eriphyla dicit, Mu-

lierum) Est propositio. Nam Eriphyla) Ex unō particulari fecit uniuersale, est conclusio oratoria. Istud exemplum est adhibitum solum fidei caussa, probationis ergo, confirmationis gratia. Contra Verrem Cicero usurpauit ornatus, & amplificationis gratia: ut genus illius facti intelligeretur. Sed istud exemplum est scholasticum, est scholæ Rhetoricæ, sic proponebantur in officinis Rhetorum. Oratores autem aliter exempla tractant. Idcirco attuli uobis exemplum ex oratione Rosciana, exemplum scilicet de L. Cassio. In quo loco Cicero syllogismum conuertit in παράδειγμα exemplum. illa tractatio exempli habet μετασχηματισμὸν, transformationem syllogismi, erat autem iste: Cui bono cædes, & mors fuit: is autor cædis est. Huius propositionis ratio est παραδειγματική. Nam L. Cassius in eiusmodi caussis id solet spectare. Minor propositio est. Titus Roscius Magnus, & T: Roscius Capito, magna emolumenta acceperunt ex bonis Sex: Roscij: facti enim sunt ex egenis locupletes, possident amplissima prædia Sex: Roscij. Minor propositio etiam confirmata est ratione. Conclusio est. Ergo hi debent uideri autores cædis. Hic est syllogismus quinq; partium: ipse orator non usus est hac forma dialectica primæ figuræ in Darij: sed longè aliter tractat hanc coniecturam, orator tractat suo more, scilicet παραδειγματικῶς, exempla sunt accōmodata iudicio populi, probat intelligentius. Exemplum istud dirigitur ad fidem. Orator autem contrà, ostendit se caussæ suæ maximè confidere, se nullam iudicem extimescere, esse autem quod extimescant ipsi aduer

uersarij accusatores, & sua fiducia excitat iudicem, ad deponendum timorem, quem acceperant à L. Cornelio Sylla: & incipit hunc locum ab exemplo, quod incipit ab autoris laude, κατ' ἔπαινον. L: Cassius uerissimum) uerissimum dicit, id est, incorruptissimum, propter integritatem, & innocentiam. Sapientissimum) propter cognitionem iuris, & legum. Cui bono) scilicet cædes, mors. Bono) id est, utilis, Mos) Formula loquendi ueterum iurisperitorum. Est ista proposítionis ratio, propositio est omissa: Subdit orator ἐπίφρασιν, addit suum iudicium, & sententiam, approbat sententiam & iudicium ipsius L. Cassij. Sic uita) id est, talis natura hominum est. Vitam) Vocat φύσιν, naturam, & ingenium: quod se in uita ostendit, atq; explicat, id est, sic ingenio hominum comparatum est: ut loquitur Terentius: ostendit quid sit bono esse, id est, emolumento. Sine spe) id est sine spe emolumenti, id est, boni, quæstus, lucri, commodi. Post istam sententiam interposuit laudem, qua approbauit iudicium Cassianum, redit ad personam iudicis, redit ad laudem iudicis. Hunc accusa:) Fuga est corporis: horror mentis. In fuga est mutatio loci: in horrore est mutatio mentis. Quibus) id est, rei. Et ostendit caussam quæ pertinet ad laudem ipsius iudicis. Amicus) id est, uerissimus iudex. Tamen non) hactenus de persona eius exempli, hactenus de hominum sensu, deq; ipso iudice. Cicero deinde de se dicit, antequam dicat de aduersario, de accusatore, assumit se ipsum. Ego, dicit, &c. Fortissimus) scilicet Mar: Fannius. Audaciam, id est, audaces. Hypallage. Quærente) scilicet Cassio. Cassianos) id est,

similes Cassio iudices. Quorum nuncios) uocat libellos citatorios, ipsas orationes. Pro S.) Hactenus de se: sequitur ratio, qua ratione uenit ad ipsos aduersarios. In hac enim caussa illos) scilicet Capitonem, et Magnu. Nunc scilicet Sex Roscium. Cui bono) scilicet mors Sex. Roscii. Ad prædam) id est, ad ipsos prædatores, accusatores. Egestatem) id est, ad ipsum Sex Roscium, qui est egenus. Sic exemplū positum est illud loco syllogismi, quē in exemplū transtulit, et est σοχεῖνος, cuius finis est Fides. Quibus igitur partibus, aut quo ornatu hoc exemplum tractatū est? Primum ἀφηγήσει, breui expositiuncula, cum laude personæ: deinde ratione, dicti & facti id est, γνωμολογίᾳ, quæ pars est secunda, tum ἐπανόδῳ, reditu ad ipsam personam, eiusq; laudem: postremo assumptione bipartita, quarum pars prior ad Ciceronē, & ad reum suum pertinet: pars posterior ad aduersarios, & ad accusatores.

Adferemus iam exemplum copiosissimæ) Illa exempla quæ hactenus attuli, habent quidem ornatum parū sed tamen concinnum magis, quam copiosum, & directa sunt partim ad docendum & ad fidem faciendam, partim etiam ita genus facti exponunt, ut tamen non amplitudo uideatur esse accersita. Sed istud exemplum, pene est ἐπιδεικτικόν, prope floridum, habet illud genus dicendi quod uocatur ἀνθηρόν, prope est Sophisticum, id est, simile Isocratis, & illorum Rhetorum floribus. Cicero ostensurus deformationem urbis Syracusanæ, et incontinentiæ, et auaritiæ, q Verres in ea urbe instituit

facit

facit κατάστασιν, principium, exordium, κατὰ σύγκρισιν, per comparationem, imò κατὰ ἀντίθεσιν, id est, per contentionem contrariorum: imò ante narrationem, ponit duas contentiones, duas ἀντιθέσεις, duas ἐναντιώσεις: in medio autem ponit descriptionem urbis Syracusanæ, neq; tam eam describit, quam depingit. Ostendit enim amplitudinem, & magnitudinem eiusdemq; partes pulcherrimas. Post illam narrationem, ponit alteram expositionem, & de Marcelli continentia, & prudentia loquitur, & humanitate. Postea urbem conditam, & constitutam, atq; ornatam diruit, lacerat, discerpit: sed ille dirutor, iste lacerator & discerptor Verres fuit, & in singulis partibus, & membris utitur contentione. Quid à Marcello relictũ, & non attactum, quid uero à Verre appetitum, & asportatum. Videte unius etiam urbis) Illæ duæ ὑποτυπώσεις pulcherrimæ et ornatissimæ habent duplicem uim, primum enim pertinent ad ueritatem: Deinde præsignificationem habet elocutionis, & ornatus. Vnius etiam urbis) Hæc est propositio, sed non habet adhuc σύγκρισιν, comparationem, est rei simplicis, scilicet dreptionis. Secunda propositio est σύγκρισεως, comparationis. Nemo uestrum est) Sequitur iam comparatio, quæ habet contentionem uerborum contrariorum, est ἐναντίωσις λέξεων. Hanc pacem cum illo bello: Vnum est appositum, unum uni relatum. Huius) Ibi est comparatio binorum, prætor imperator, imperator maior prætore, est. Aduentus est principij: uictoria est finis. Huius prætoris) sunt duo. Huius cohortem) Rursus bina binis re-

lata. Cohors est minor pars exercitus: exercitus cõstat ex multis legionibus: legiones ex multis cohortibus. Inuicto) Impurum & inuictum. Inuictum uocat, qui nõ potuit superari, nec armis, nec uiribus, nec libidine: inuictum uocat non solum insuperabilem, sed etiam purum. Iam rursus sequuntur singula. Huius libidi) unum uni relatum: sequitur euentus. Ab illo qui cæpit) Rursus bina contraria. Hactenus est una contentio, una comparatio: sed est contentio uerborum, nondum est contentio factorum. Satis illustre istud principium est, satis graue, non est contentus orator hoc ornatu primo: sed subiungit ornatum subsidiarium, scilicet contentionis, sed κατὰ παράλειψιν, per præteritionem: dicit se non uelle dicere quæ dicit. Hoc est Ciceronianum, & Demosthenicum, uti præteritione, cum aliquid maius uolunt indicare: aliquid singulare, aliquid eximium, aliquid nouum, inauditum: tum in minoribus debemus uti præteritione: sed illa minora debent esse grauia, debent habere uel lætitiam magnam, uel dolorem, non exiguũ, uel magnum detrimentum, uel magnam utilitatem. Nunc dicit illa redundasse) Sunt magna illa. Ista præteritio habet electionem, habet ἐπιλογὴν, rerum magnarũ, id est, magnorum scelerum. Portum Syracusanarum) Hæc contentio ostendit ignauiam prætoris, fuit enim prætore Verre portus Syracusanus occupatus à prædonibus. Videte iam istam duplicem ἐναντίωσιν, de foro, & de portu. Forum erat terræ, portus erat aquæ. Duæ res inanes sunt electæ, & positæ seorsim. Ista comparatio habet ἐνδιαστολὴν, seu ὑπόθεσιν, ποίησιν πρὸ

ὠμμάτων

ὑποκρίσεως, subiectionem ob oculos. Nam forum obiecit ob oculos, portam etiam cruentum. Sequuntur iam multa. Mitto) Ista sunt ἐπιτρεπτικὰ. Tum) scilicet in uictoria Marcelli: manet in comparatione. Cognoscite) Hactenus additus prima pars huius loci, insignis duplici comparatione, atq; contentione: sequitur iam urbis Syracusanorum descriptio pulcerrima: quæ potius uidetur esse pictura, quã oratio. Vrbem Syracusa:) Incipit à laude urbis, ab amplitudine, & elegantia. Amplitudinem scilicet loci: Elegantiam, & pulchritudinem scilicet ædificiorum, & ornamentorum. Esset longum ostendere hoc in loco metrum oratorium: Cicero in oratore perfecto ostendit hanc narrationem habere numerum oratorium.

Hæc autem tractatio habet duplicem motum, unum scilicet molestum, qui excitatur comparatione, motum scilicet inuidiæ, & odij, & iræ. Alterum autem motum placidum, & lætum, qui concitatus est narratione. Principium autem huius loci occupant duæ comparationes, quæ habent προαναφώνησιν, id est, præsignificationem, positæ scilicet in principio narrationis. Pars altera quam dixi esse delectationis, uoluptatis, narratio, describitur enim optimis uerbis, atq; sententijs, & oratorio numero describit urbem Syracusas, coædificatam, & constitutam quatuor urbibus. Pars posterior tertia, est rursus comparatio, ostendens & explicans spoliationem urbis, deprædationem ipsius Verris. Sic motus in principio inchoatur, in fine perficitur, in medio autem

causse motus sunt positæ. Est enim miserum uidere flo-
rentissimã urbem suis spoliatam ornamentis. Vt igitur
finis sit turbulentus, pulcerrimam describit speciem &
formam urbis Syracusanæ. Vrbem Syracusas) Incipit à
sententia συγκρίσεως, quæ habet comparationem, ante-
ponit urbem Syracusas omnibus urbibus Græcis, Non
dicit Siciliæ, sed Græcarum, totam Græciam comple-
ctitur, ut magnus dolor excitetur: oportet ostendere ci
magnitudinem. Est iudices) Est affirmatio comparatio
nis. Oratoriæ comparationes solent sæpe esse hyperbo
licæ, oratores solent ex Musca facere Elephantem. Cice
ro occurrit huic cogitationi aduersariæ. Nam & situ)
id est, dicit esse munitam natura loci. Situs est naturæ:
ædificatio autem est artis. Et portus incluſos) Tum na-
tura tum etiam artificio. Aedificatione) id est, in ædifi-
cijs ipsius urbis. Qui cum diuersi aditus) influxiones
aquarum. Est ἀντιπτῶσις, portus non possunt confluere,
sed aquæ ipsius portus confluunt: portæ dicuntur
coniungi, aquæ confluere, quorum in utroq; est ἀντιπ-
τῶσις facta hypallage, commutatione, uocabulum por-
tus positum, pro aqua. Verba sunt selectissima. Eorum)
Hactenus narratio rerum communium, totius integri,
portus enim complectebantur quatuor urbes insignes:
sequitur iam singularum urbium descriptio. Mari, id
est, freto. Adiungitur) id est, coniungitur. Apud Cæ-
sarem habetis Rhenum ponte iungere. Dicunt oratores et
Historici flumina pontibus iungere, & pontibus con-
iungere. Vtitur Cicero composito pro simplici. Ea tan
ta) hactenus de tota insula nunc sequuntur ipsæ urbes.

Rarum

Rarum est, & laudatum, urbem habere quatuor urbes: sed rarius habere urbem, quatuor maximas urbes. Iuncta) id est, contenta. Proiecta est) id est, extenditur ad vtrumque utrinsecus portus. In qua) In descriptionibus, cum historicis, & Poeticis, tum etiam oratorijs, non oportet comprehendere omnia, sed præcipua. Quæ sunt, quæ spectari solent in urbibus magnis? Primum: situs loci, eiusmodi sit natura. Deinde eiusmodi etiam sit ædificium, fossis, & aggeribus. Si ciuitas sit maritima, consideratur portus. Tertio loco, partes ipsius urbis: Quarto loco, in singulis partibus ea, quæ sunt insignia, & præcipua: talia delectant oculos cum audiuntur: sic etiam delectant aures, cum describuntur, cum exponuntur. Sic hæc narratio constat delectu rerum. Hoc est discrimen inter bonum Imitatorem Ciceronis, & inter malum. Bonus ornata præcipue eligit, paucis contentus est: Imitator autem uitiosus, omnia confundit, omnia coacernat. Sic in eiusmodi narrationibus obseruare oportet, quales et quantæ sint urbes. In qua regiã) uocat domũ regiam, quemadmodũ imperatorum domicilia uocabantur prætoria. Prætoria erant Romanorũ, Regia autẽ est uocabulũ Tyrannorũ, & regum. Prætores) scilicet urbem, in pace & ocio. Quid præterea?) In ea) ædes sacræ, id est, sacraria, & templa. Sed duæ) audite hic est delectus, non omnes enumerat ædes; sed præcipuas. Oratorem oportet λαμβάνειν, deligere sententias, τὰς ἐνούσας. Dianæ una) Tres res posuit præcipuas: Regiam Hieronis, Templum Dianæ, templum ipsius Minervæ. Sequitur adhuc aliud, quod uisu dignũ

est:

est: quod memorabile est, quod ab Historicis, & Poetis memoriæ proditum est. In hac fons) Fons iste dedit nomen Poetis, fons piscosus. Fluctu) scilicet maris. Munitione) custodia, defensione, obiectione lapidum. Hactenus breuis descriptio unius urbis. Insulæ, scilicet: sed res comprehensæ quatuor magnæ. Altera autem) plura in hac secunda parte enumerat, superior oratio habuit numerum tardum, tardè & grauiter incedebat: hæc pars habet numerum celeriorem, ac leniorem: In multitudine utitur cursu uerborum. Altera, Forum) Hoc pertinet ad amplitudinem, forum si sit magnum: si forũ pulchrum, ergo magnum. Porticus) obambulationes ciuium, umbraculis ædificiorum. Prytaneum) Erat in quo publicè alebantur, qui de Repub bene essent meriti. Curia, id est, locus senatorius. In prytaneo etiam lites dijudicabantur. Templum) Hactenus quæ præcipua uisuntur: sequuntur plateæ. Plateam uocat uiam ἐμφατικῶς. Viæ enim urbiũ, sunt urbiũ longiores, & maiores plateæ. Transuersis, scilicet uijs. Priuatis) id est, ciuium singulorum. Singulæ partes, aliquid habent singulare: Tertia est urbis fanũ, id est, Templum τύχης nominatum, id est, fortuna. Gymnasium) scilicet gladiatorum, pugilum, athletarum. Colitur q; frequenter) id est, magna multitudine hominum, hoc habet singulare: quod omnium sit pars frequentissima. Quarta autem est urbs. Quam ad summam) id est, cuius ad summam. Theatrum) scilicet comicorum & Tragicorum. Hæc sunt singularia, quæ in superioribus tribus non fuerunt: In urbibus uisendis, oportet consyderare numerum,

quot

quot sint partes urbis: deinde proprietates cõsiderare, id est, quæ sint propria unius cuiusq; partes, singula habent etiam quædam propria. Hactenus urbs pulcherrimè descripta, & ea quæ præcipua uisenda sunt, in ipsis urbibus, sunt indicata: sequitur etiam comparatio extrema. Quemadmodum urbs obsidetur ab hostibus, quemadmodum horribilis est aspectus urbis, quæ undiq; ab hostibus obsidetur: sic hanc urbem quasi obsidet Verres: sequitur nunc ipsius urbis expilatio, spoliatio. Nunc) Dicturus est aliquid miserabile, & indignum ostendit, quid Marcellus, quid autem Verres: De Marcello perhonorificè loquiuitur, & glorioſe: de Verre autem perhostiliter. Vi) id est, obsidione. Oppugnauerat, id est, expugnauerat. Copijsq;, scilicet militũ. Ostenderetur, scilicet populo Romano. Itaq;) Magna laus uictoris est laus clementiæ, laus liberalitatis, his ornamentis pepercit quasi. In ornatu) Duplex consilium Marcelli, duplex propositio, duplex etiã expositio, est διπλῆ πρόθεσις, διπλῆ ἔκθεσις. Est Historicum illud, historicum est, exponere consilia imperatorum. Habuit uictoriæ) Multa scilicet signa, & imagines, & tabulas. Ornamento urbi) scilicet Romanæ. Ornamento scilicet in Theatris, in ludis, in festis diebus, in ipsis ferijs. In hac partitione ornatus) id est, signorum, tabularũ, imaginum. Reseruauit) id est, reliquum fecit. Sic loquitur Salustius. Nihil hosti reliquum facere. Sequitur iam illius integritas, & innocentia. Nihil sibi) Hæc posita sunt per occupationem. Tamen non omnia dedit ad ornamentum urbis. Ad ædem) id est, pro æde. Nihil in

ædi-

ædibus) suis. Hortis suis, Vrbano) scilicet suo. Putaluit) id est, si abstinuisset à præda. Ornamento) scilicet laudes frugalitatis, laude integritatis, laude nullius auaritiæ, laude suæ continentiæ. imperatorum continentia est ciuitatum, & rerumpub. Virtus regum est, quæ regna ornat; Regna non suis ornamentis ornantur sed regum suorum. Syracusis) quid ergo Syracusis reliquit, est duplex narratio interposita, in ipsa comparatione: Vna habet descriptionem urbis: altera habet laudem Marcelli continentiæ. Postremæ comparationi præmisit duas pulcherrimas narrationes. Vnam urbis: alteram uirtutis, & laudis Marcelli: iam sequitur comparatio. Conferte) Omnis comparatio uel est parium, uel est maiorum cum re minore, aut minoris, cum re maiore, uel est comparatio contrariorum, ἀντίθεσις ἐναντίων, propterea dicit, non hos) Sequitur ἐναντίωσις, contentio uerborum. Pacem cum bello) Singula singulis opponuntur. Vi, id est, Tyrannide; sequuntur duo forum, & iurisdictio. Forum est continens: iurisdictio est contentum. ubi bina binis sunt comparata, est numerus captatus concinnitate, Cicero uocat concinnitatem, εὐχρηστίαν orationem, quæ constat ex ornamentis uerborum, cum contraria contrariis, similia similibus, &c. componuntur. Forum, & iurisdictio sunt bina. Cum ferro, & armis: Aduentum) Rursus bina. in hoc loco fecit προσδόκιαν, id est, expectatio excitata, præmonuit ipsos iudices, se uelle adferre aliquid nouum, aliquid singulare. Comparate hominem cum bellua) tamen uult ad illa præcipua, quæ posuit in narratione. Aedes Miner-

uæ

ut. Plenam) scilicet signis, imaginibus, tabulis pictis, uestibus, stragulis. Quæ scilicet ædes. Non ut) uerba sunt grauissima, σφοδρὰ, spoliauit non ut hostis, sed ut prædo barbarus. Hoste) est grauissimi uerbi ἀναίρεσις, sed θέσις longe grauissimi est uerbi. Pugna erat) scilicet in æde Mineruæ. Singularia iam quæ in æde Mineruæ erant facta, uidete Ciceronis rationem. cur non fecit mentionem huius pugnæ equestris, cum de insula mentionem faceret? Eloquentia non profundit se in uno loco: oportet hanc comparationem habere aliquid noui. Nunc aliquid singulare, in ipsa æde. Pugna, id est, comissa ab equitibus, ἔποµαχία. Præclare) id est, præclaro artificio. Vestiebantur, id est, tegebantur tanquam uestibus.

(Conferte Verrem)

Quemadmodum in ædificijs solet fieri, & in eorum spectaculo, quæ cõstructa & ædificata uidentur, & inspiciuntur, delectant, & uoluptatem magnam pariunt: subito uerò si quis dejiciat, demoliatur et disturbet, pro uoluptate dolor oritur, & molestiã homines accipiunt spectando: Sic orator hoc in loco quasi coædificauit quatuor urbes Syracusæ: & eas conspiciendas, & contemplandas ob oculos posuit: subitò autem eandem urbem cum suis quatuor partibus, denudat, spoliat, & destituit cum ornamentis. Dixi, hunc locum constare his partibus. Primum duabus comparationibus, quas uobis explicaui, qua scilicet arte illæ sint confectæ, deinde duabus descriptionibus & Narrationibus, Vna urbis Syracusarum: Altera autem M. Marcelli innocentiæ, integri-

tatis,

tis,& liberalitatis, hæc pars est tertia, quæ habet extremam comparationem, & habet ut ipsius urbis, sic ornamentorum quasi quoddam excidium, oppugnationem & direptionem. Prima comparatio conficitur in ipsa æde Mineruæ. Aedes Mineruæ est in Insula) comparatio quidem breuis, sed ualde acris uerbis. Ostendit ipsum Verrem non egisse in morem hostium: sed in morem Tyrannorum, prædonum, atq; piratarum. Altera comparatio conficitur in equestri pugna: quæ commissa erat in eadem æde Mineruæ, neq; tamen mentionem fecit huius pugnæ in Narratione, quia eloquentia, quemadmodum dixi, se non in uno loco effundit, non exuberat, non in una aliqua parte est prodiga omnium suorum bonorum: sed reseruat quædam ad insequentia, ad postrema: semper aliquid adfert & reseruat, quod antea auditum non fuit: aut noua uerba, aut nouas sententias. Ita in hoc loco, pugna Aiathoelis aliquid noui adfert. Profana, id est, publica, libera à religione. Sacra) id est, consecrata, religiosa, id est, Deæ dedicata. Parietes nudos) Metaphora sumpta à corporibus humanis, quæ nuda dicuntur, quæ non sunt uestita, tribuit parietibus quasi sensus. Nudos, id est, deformes, in malam partem accipitur. Tertia cõparatio de duabus ædibus M: Marcelli, & de meretricia domo, de Venere, & Cupidine ipsius Verris. Deuouerat) scilicet ante expugnationem, ante occupatioem, ædificaturus scilicet duo templa. His rebus) id est, ornamentis urbis, tabulis pictis, signis fusis, atq; factis, uestibus, stragulis, picturis, & imaginibus. Verres qui neq;) Dicimus uota facere, id est,

uouere:

uouere postquam facta sunt, dicuntur uota deberi. Consequens pro antecedente. Conatus) id est, ausus fuit. Virginis) Minervæ. perpetua huic Virginitas tribuitur à Poetis. Meretricem) Res delectæ graues, adferunt etiã secum uerba grauissima, quid enim turpius est, quàm ornamenta in domum meretriceam portare? Quinta pars huius comparationis est ἀσύγκριτος, non habet comparationem. Viginti) commemoratione hominum id est, Nobilitate, fama, cognitione, id est, inspectione. Simile est ἀσυγκρίτου facinus, est absq; comparatione, comparatio ex antecedente cognoscitur, habet autem ἀσύνηθες ἐνθύμημα, habet πρᾶγμα πρὸ ὀμμάτων, tã ita describit direptionẽ, ut quasi ipsa nuditas oculis cernatur. Sexta pars habet rursus comparationem, non cum Marcello, sed cum Siculis Tyrannis, quasi noua persona. Ac uidete tetrior) id est, impurior. Prolixum esset locũ istum iam explicare: uos debetis domi hanc comparationem conferre cum superioribus, quæ magis dirigebantur ad docendum: hæc autem magis dirigitur ad commouendum, superiores breuiter erant absolutæ: hæc prolixè est tractata. Ciceronianum igitur est, in docendo, ornatum magnum relinquere: ornatus illustris non est accersendus, debemus consistere in medio, cum res est scelerata, cũ facinus est indignum: cum flagitiũ terrum, tum debemus uti huiusmodi luminibus, & ornare: in docendo autem amplificare, & exaggerare, ubi amplificatione non est opus: est contra præcepta imitationis, debemus ita scribere & ita dicere: ut illi scripserunt, & dixerunt: sed in rebus ijsdem, paribus, simili-

bus, secus enim facere, est remotum ab arte, et ἄτεχνον.

Sed hæc exempla, autoritatis gratia) Hæc pars, quemadmodum dixi, habet ἐπιδιήλωσιν, facit planiorem ipsam narrationem. Rectè præcipitur ab Hermogene: Vbicunq; aduersarius utitur κεφαλαίῳ ἀντιληπτικῷ, capite absoluto: ibi oportet oratorem refutare, uti μεταλήψει, translatione, quæ semper illi est contraria. Recte feci, licet facere multorum exemplo: alij fecerunt idem ante me. Ergo etiam mihi licet. Omnis μετάληψις constat ex duabus partibus (μετάληψις est quasi recusatio defensionis, cum ipsa defensio nõ admittitur) ἐνστάσει, id est, ut ita interpreter, instantia. Et non licet) utitur interrogatione. Quid hoc est) Enthymema positum est loco Μεταλήψεως, negationis, ita se defendit ut etiam alios in crimen trahat: Pars secunda μεταλήψεως est apud Rhetores ἀντιπαράστασις: Non licet, aut si liceret, tamen non tibi liceret in hac caussa, non liceret hac ratione facere: non cum iniuria ipsorum aratorum. Igitur orator bis manet in ipsa ἐνστάσει. Hoc est Ciceronianũ, loco negationis ἀρνήσεως, loco ἀποφάσεως, ponere Enthymema ἀναστηναγκὸν. Exemplis se defendere, est comitem exilio quærere. Defensio) id est, defensor. Pars tertia habet commorationem, ἐπιμονὴν, in eadem re, id est, in eadẽ ἐνστάσει, negatione, & habet ἀποστροφὴν, declinationẽ in aduersarium, id est, Hortens. & in Verrem. In hac urbe) præscriptio loci, sunt sententiæ παραγραφικαὶ. Exempla cum refutantur, pertinent ad statum παραγραφικόν. In hac libidine) sunt tres ἔννοιαι, sententiæ παραγραφικαὶ, quæ explanant Enthy-

mema

mema ἀνασκευαστικὸν, & confirmant, non ex æquitate legis (legibus oportet defendere, nõ exẽplis) reijcit genus defensionis, non ex lege defenditur, uel statu legitimo. Manet quatuor sententijs in eadem re, est ἰσοδυναμία, uerborum est in breuitate copia, in celeritate abundantia. Illa omnia hæc sunt ἰσοδυναμοῦντα. Deinde utitur ἐπανακλήσει, defensionis repetitione.

Cur in hoc uno crimine, hoc genere.) Hic locus habet superiorum ornatum maiorem, enumerat enim incommoda quæ euentura sunt, si hæc defensio aduersarij locum habeat in iudicio, ipsis euentis ἐπερχομένοις, rebus euẽturis, demonstrat orator hoc genus defensionis esse reijciendum ex iudicio, & non admittendam esse hanc nouam rationem tuendi sui.

In eiusmodi re) Dixi hoc esse exemplum ἀνασκευαστικὸν, hoc exemplo enim inchoatur nobis quasi idea, species quædam, & forma refutandi exempla. Nam refutantur ferè eodem modo, quo testimonia: in quibus considerantur genera testium, uita, facta, dicta: illa etiã sunt consideranda in exemplis, & autoritatibus eorum, scilicet qui aliquid fecerunt, uita consideranda, facta consideranda, dicta animaduertenda sunt, mores sunt inspiciendi. Deinde testimonia oppugnantur, ex loco euentorum, Antecedentium, consequentium. Si enim testibus est credendum, non opus est iudicibus Sic etiam cum improborum exempla excusant aut defendunt: quid opus est iudicibus, consurgere possumus. Hic autem locus constat his partibus: primum εἰσαγωγῇ, inductione, τῇ ἐναντίᾳ περιφραξει, ut Hermogenes uocat: Inductione

id est, propositione contrarij capitis, id est, defensionis aduersarij, quæ fuit ista: Quid ad hæc Hortensius fecisse dicet? Sed ista εἰσαγωγὴ est pulcherrimè facta, scilicet ἄφσει, remotione, remouet rationes bonas, & ostendit rationibus non posse defendi Verrem. Quid ad hæc Hortensius.) Est ἄφσις primi. Non se magnam) ἄφσις secũdi. Hactenus ἄφσις remotio: sequitur iã ratio, defensio. Quid igur dicet?) Hæc est εἰσαγωγὴ, pars prima. Pars secunda est ἀντεισαγωγὴ, contraria inductio, id est, refutatio, & repulsio. Ista ἀντεισαγωγὴ primum est acuta ἀριμεία, sed acris, & uehemens, est Enthymema sumptum ex antecedentibus, & consequentibus. Vtrũ defensio) id est, defensor. Exilio) id est, Exulo futuro Verri. Comitatus, id est, comites quæruntur. Pars tertia habet ἔνστασιν, id est, primam partem μεταλήψεως, in hac parte tertia, ostendit exemplis crimina defendi non posse: non esse admittendam exẽplorũ defensionem. Et hæc oratio, deflectitur ad aduersarium, ad Hortensium scilicet & ad Verrem. Tu in hac repub) Ista ἔνστασις habet παραγραφὴν, circumscriptionem personarũ, exemplis describit, crimina defendi non posse, propter hominum licentiam & libidines. Prima circumstantia est loci. In hac republica) Vbi tot corruptelæ, tot improbi homines. In hac hominum libidine) Secunda περίστασις, est personæ, deinde causſæ efficientis, libido enim est causſa efficiens multorum malorum. Tertia est eiusdem generis. Et ut adhuc) Licentia est scelerum impunitas, eiusem circumstantiæ scilicet personæ, & causſæ efficientis. Redit ad suam ἄφσιν remotionem. Non ex iu-

re.)

re.)pars tertia. Pars quarta habet διαίρεσιν, distinctionem, distinguit Verrima crimina, est distinctio ἀδικημάτων, id est, scelerum, & flagitiorum. Ad hanc partem accedit metalepsi, resumptione τῆς παραλαβῆς ἐναντίας, contrarij capitis. Fecerunt alij quam multa) Singularia uocat, id quod Dialectici uocant proprium quarto modo. Conuenire) id est, quadrare possunt (ut in scholis loquuntur) Cicero dicit conuenire, cadere. Cum multis communia) Est altera pars διαιρέσεως, distinctionis: nunc uenit ad illa singularia, & enumerat communia. Ergo ut omittam tuos peculatus) ostendit illum publicũ furem esse. Peculatus) id est, publica furta. Ius dicundũ) ob scribenda decreta, ob edicta scribenda. Fecerint) Hactenus comunia crimina ipsius διαιρέσεως: sequuntur propria. Id quod te) Differunt inter se pecuniam accipere ob ius dicundum: & accipere pecuniam ob rem iudicandam. Ob ius dicundum, est edicti: ob rem iudicatã, est ipsius iudicij, ob reos condemnandos. Eadem ista ratione defendes) Est ἀντιπαράστασις. ἔνστασις est ista: Non licet te defendere exemplis: ἀντιπαράστασις, aut etiamsi liceret, non tamen potes uti exemplis in proprijs tuis scelcribus: quæ non sunt communia aliorum. Habetis pulcherrimum exemplum hoc loco, μεταλήψεως. Potius enim te) Rursus repetit, & refutat, est tertia ἐπανάληψις, resumtio defensionis. Feciſſe alios? Vt assentiar orationi) scilicet tuæ, id est, ut uerũ fatear, alios feciſſe. Assentir ioratione, est fateri orationem ueram esse. Defensionem tamen tuam non probabo) scilicet quæ fit exemplis malorum, probat istud Enthymemate acuto,

rursus ex euentis. Potius te damnato) Hactenus pars quarta: Prima est εἰσαγωγὴ: pars secunda ἀντεισαγωγὴ: pars tertia ἔνστασις: pars quarta διαίρεσις, cum ἀντιπαρασκάσει: pars quinta est ἐπεργασία, expolitio. Ista quinta pars est paulò copiosior. Enthymemata ex cõsequentibus confecta, sunt acuta: sed locus euentorum est copiosus, est expolitio facta enumeratione rerum euenturarum, malorum futurorum. Alij quod audacissimè) Est noua propositio, & concessio, συγχώρησις, rei non concesse. Existimentur) id est, si existimentur, fac existimari, est conditio: pone, ut existimentur, alij recte fecisse: quod fecerunt: est antecedens: sequuntur iam effecta, euenta ἐπβησόμενα. Hic locus communis est in refutandis testimonijs, & exemplis utitur eodem genere refutandi: quo usus est in refutando testimonio Gallorum. Lugent) id est, lugebunt, præsens positum est loco futuri, ἐμφατικῶς, asseuerationis gratia, quæ futura sunt, ponit quasi sint. Regna iam deniq;) Tria magna mala dicit, sed non est satis, non est contentus hoc μερισμῷ, sed adhuc adfert alia. Sustinere) prima enumeratio pertinebat ad exteros, & socios: hæc oratio pertinet ad populum Romanum. Vt uim belli taceam: certè non poteris sustinere luctum aliorum) uidete methodum, rursus repetit, & manet in eadem re. Quarta est ἐπανάληψις, resumptio. In eiusmodi re) Exempla) scilicet criminosa, improba, non deerunt. Salus reipub) minatur ruinã Reipub. Prima enumeratio habebat multa mala. Comprehendo hunc locum adhuc in quinta parte, comparatio est in eodem loco euentorum, ἐπβησομένων. Et sequitur

quitur reprehensio, adhuc manet in eodem loco, in enumeratione euentorum, acriter iudices appellat, & seuere, aspera est dehortatio τραχεια ἀποτροπή. Placet uobis) Sic mala enumerata αἰτίων φθαρτικῶν ἀπαριθμήσει, causarum malarum, et euertentium statum reipublicæ: sequitur τὸ ἐπιβησομενον. Cur hæc opera à me consumitur) Sequitur comparatio contraria. Vultis autem eorum audacias) Euentum bonum, bonæ causæ, αἰτιαι φυλακτικαὶ, causæ conseruantes rempub. Resecare, id est, frenare. Desinite) Enthymema rursus, ex antecedentibus, & consequentibus, factum per inuersionem, ἀναστροφήν. Vni) scilicet Verri. Multos improbos) scilicet peculatores. Supplicio) Hæc pars est quinta, tracta ta multis rationibus: sed eodem pertinentibus, & totus iste locus est euentorum; ἐπιβησομένων. Sequitur sexta pars, quæ habet ἀπαίτησιν παραδειγμάτων, postulatio nẽ exemplorum. Sic uis, dicit, te defendere exemplis, defende te bonis. Est hæc pars sexta, ἀντιπαραστατική, habet etiã ἀντιπαράστασιν. Debes te bonis exemplis defendere. Est & ἀπαίτησις παραδειγμάτων. Quemadmodum testes postulantur: sic etiam exempla bona flagitantur. Veteri) id est, maiorum exempla, percurrit genera exemplorum per tria tempora, quatuor inquam hoc loco enumerauit Maiorum: Deinde, quid proximi fuerũt post maiores: Tertio, qui paulo ante fuerunt: Quarto, qui hac ætate, uiuunt. Facit potestatem aduersario: ut ex quatuor ætatibus exempla deligat. Iam enumerat Affricanos, Lælios, &c. Res placet) res, id est, exemplum, exemplo malo se defendere. Res non placet, scilicet Af-

fricanos, Catones, Lælios, similia cõmisisse. Res) id est, crimen tale, & talis defensio criminis. Sequitur alterũ tempus. Non potes proferre) scilicet paulo ante hanc rempub. Exemplũ secundũ. Sequuntur exempla huius temporis, exempla Verris. Quæ exempla uocas) Est refutatio. Ab his hominibus) scilicet maioribus nostris, & ab ijs, qui paulo ante nos uixerunt. Existimatio) bona fama, εὐδοξία, bonum nomen. Exempli) id est, pœnæ, & supplicij. Venit iam ad præsentes, homines meliores. Nefugio) συγχώρησις concessio. Foris) id est, in superioribus tẽporibus, & superoribus rebus pub: sequitur ἀπαίτησις tertia, postulat exempla huius temporis. Cũ habeas iudices) id est, qui iam sedent in hoc iudicio. Tantis rebus) id est, tantas res gesserunt. Exempla quærimus) id est, postulamus abs te. Modo, id est superioribus proximis temporibus Modus non solum dicitur de horis, sed etiam de temporibus, & mensibus. Hactenus exempla, iudicia exemplorum, quæ nõ poterant repræsentari ab ipso aduersario, sequitur pars septima huius loci. Cicero adfert exempla contraria. Ita ne frumento) scilicet ex cella sociorum. Coegit pecuniam) scilicet ut tu. Secundum exemplum. Imo fecit, idem fecit pater, & auus, Seruilius etiam frumentum coegit: sed non pecuniam. idem facit Mettellus. Expediat) id est, utilis sit. Si licere) uidetur iste locus iam esse absolutus, satis est refutata excusatio Verris, adfert aliam εἰσαγωγήν, inductionẽ, estq; secunda defensio, quæ differt à superiori defensione, circumstantia loci. An in Sycilia facilitatum) id est, non semel factum. Quæ est ista conditio) primum

est

est ipsa εἰσαγωγὴ, inductio, illam refutat querimonia κατηλεισμῷ, πάθει, motu, conqueritur de misera conditione Syculoum. Optimo iure) magnis priuilegijs. Fidelitatem) scilicet erga populum Romanum, qui semper manserunt in fide, Erant enim Siculi tanquam uicinum horreum populi Romani. Definitur) id est, statuitur, imponitur. Sed in ipsa) Iam adfert contraria exempla, adfert sua exempla meliora Ca: Marcelle, te appello) mutat exemplum in testimonium. Cum esses procons) defende te. Si uis te defendere exĕplo defende Marcelli. Tuo imperio) id est, administratione prouinciæ. Neq; hoc) est correctio, non est laus. Ca: Marcellus non fuit fur. Non est laudabile crimĕ negare. Vnum est, carere, uacare, crimine: sed illa maior laus est, apud oratores, res præclaras gerere: illud est magis clarum. Ignaui etiam carent criminibus. Correctio. Ignosce mihi quod hæc laus non est tua. Pono) scilicet quod non fueris fur, depeculator: quod nõ coegeris pecuniam cellæ nomine Nam hoc de cella) Alterum exemplum Lepidi. Lepidus fecit, sed Ca: Marcellus non fecit. Quæ sunt igitur?) Lepidus aliquid peccauit, sed non ut tu. Rursus deflectit in Syciliam. An me ad M. Antonij) Iam refutat M. Antonij testimonium, & hactenus fuerunt Verris exempla infinita, ἀόριστα: iam uenit ad finita, & refutat, dicit scelus esse, hoc exemplo Verrem non posse defendi.

Exempla igitur aliquando sine comparatione, adferri possunt: Istud exemplum est ἀναστηναγμὸν, refutans factum scilicet Rulli, seu legem, de agro Campano diuidendo. In quo habetis duo genera exemplorum: Vnum

ſumptum ex re, de qua agitur, ab ipſis Cãpanis: Alterũ genus exemplorum eſt perſonarum, Grachorum, & exemplum L: Syllæ, quæ duo xempla facta ſunt eadem, & ſimilia. Gracchus non publicauit, Sylla etiam non publicauit: Sed perſonis ſunt contraria: Grachi enim erant benigni erga populum, & plebem Romanã: Sylla autem fuit ὀλιγαρχικὸς, fuit dominator, fuit uiolentus dictator. Inuaſit enim perpetuo dictaturã. Oſtendit igitur, Rullum inimiciorem, & crudeliorem, quàm ipſe L: Sylla fuerit, & deſinit hoc modo, in ipſa comparatione. Sic iſta exempla ſunt ſumpta, unũ, ab agro Campano: alterum à maioribus Rulli: à Gracchis tertium: à Sylla quartum. Vno loco res una refutata exemplis, ſcilicet ex loco definitionis, definiuit enim eam crebris definitionibus, ſed oratorijs: quæ fiunt per uerba translata, non per genera, & ſpecies: ſed per uerba translata,

Scholæ, in

CAPVT. VIII.

Dictaui uobis exempla quædam tractandorum teſtimoniorũ, ſimilitudinũ, & exemplorum. Quorum teſtimonia ſunt eorum argumentoum, quæ uocantur ἄτεχνα, non artificioſa propterea quod inuentionem non habent perfectam ab arte traditam: ſed artificioſam tractationem. Teſtimonia autem tractabantur in utramq; partem, ſcilicet ad confirmandum, & infirmandum: & propterea uocabantur loci communes, pro teſtibus, contra teſtes: pro teſtimonijs, contra teſtimonia: pro quæſtionibus, contra quæſtiones:

pro

pro rumore,& fama:contra rumorem & famam: pro testamentis,et tabulis:& cõtra testamenta, & tabulas. Et pueri Græci,atq; Romani diligenter exercitabantur in his locis communibus. Primũ præceptores præibant, & ostendebant in bonis oratoribus,in Demosthene,& Ciceronc,id est,in Græcis, & Latinis exemplis bonis, principia testimoniorum,cuiusmodi scilicet, haberent προτάσεις,exordia:indicabãt etiã reliquas partes,medias,atq; postremas:in quibus partibus ipsa testimonia, uel promittebantur & prænunciabantur, uel postulabantur,uel confirmabantur: si erant nostra:uel refutabantur,si aduersaria. Ostendebant etiam quibus in locis,contra testium uitam,quibus etiam in locis de testiũ laudibus,quibus item in partibus testimonia inter se collidebantur & componebantur:quibus item in locis,differebant:contra omnia testimonia, uel pro omnibus testimonijs:quibus in locis contra gentem, aut nationem afferebantur ut Cicero de testimonijs Gallorũ, & Græcorum:Da mihi,& accipe testimonium. Et comparationes aliquando fiebant populorum,nationum: ut Cicero fecit,componens,& conferens Gallos testes, cum Romanis. Indicabant idẽ magistri dicẽdi,quibus in partibus singulorum testimonia refutabantur seorsim : & quibus aliquorum,simul,& uno in loco. Demonstrabant etiam quibus in locis testimonia refutabantur grauiter:quibus in locis facete,cũ lepore,et sale. Hæc sunt rationes tractandorum testimoniorum. Et hæc uobis indicaui superioribus scholis:in aliquibus exemplis, non in omnibus locis. In hac facultate dicendi,& in hac exer-

ercitatione eloquentiæ, fieri nõ potest: ut omnia tradan tur, & explicentur: sed satis est in aliquibus erudiri: & exerceri in paucis: & cætera quæ utilia sunt, sua industria addere. Gladiatores nõ omnes tradunt petitiones, & declinationes, in uulnerandis aduersarijs, & ijsdem superandis, sed satis est illis præcipuos motus ostendere in ludo pilæ. Quis potest omnes procursiones ostende re, recursiones, motus bracchiorum, stigmata pedum, pedum confirmationes? satis est in præcipuis se exerce re: quædam eximia obseruare: cætera sua industria adde re. Idem faciendum est in hac facultate, & exercitatione. Præceptorum est, inchoare, rem uniuersam, indicare, uiam patefacere: ut ad metã ipse discipulus possit sua industria peruenire. Quod in testimonijs feci: idem feci in similitudinibus: & in exemplis: & ostendi exemplorũ, et testimoniorum ferè eandẽ esse rationẽ. Quæ uerò nunc dictaui: ea pertinent ad hoc, quod dicere iam cæpi non omnia posse explicari, et tradi, propter breuitatem temporis: sed omnia esse committenda, & concredenda domesticæ industriæ: & hic renouandam esse ueterem rationem, & consuetudmẽ: quæ à uobis omnino est neglecta. Si quis Hermogenem legat, est apud illũ scriptorem inopia exemplorum, & illa ipsa exempla quæ posita sunt, sunt ieiuna, & sterilia: sunt quasi hastæ amentatæ: habent quidem amentata quædam, sed carent lacertis, et uiribus oratorijs: his enim uires oratoriæ: uibrationes, & arma sunt ablata. Quintilianus diligentissimus præceptor dicendi, laborat eadem inopia: sed si quæratis, an hoc modo docuerit Hermogenes, Quintilianus,

tilianus, & Cicero, qui in partitionibus nulla habet exẽpla: si quis ex me quærat, an Cicero solum partitiones tradiderit filio suo, & partitionum, ei non ostenderit exempla: negabo, nunquã enim hac ieiuna ratione adeptus fuisset eloquentiã. Cum igitur eorũ discipuli adepti sunt facultatẽ dicendi magnam: ut aliqui magistros suos eloquentia sua superarent? quæ est causa: quod hodie tam multi sunt inopes in dicendo, atq; tam multi infantes, imò tam multi barbari, et inepti: nullis armis eloquentiæ instructi? hæc est causa, quoniam uetus consuetudo exercẽdi intercidit, declamandi consuetudo omnino sublata est: pueriliæ sunt, quæ in scholis, & academijs facimus, adolescentes scribunt, quæ scribuntur à præceptoribus non emendantur: præceptores adolescentibus ita scribunt, ut uideantur uoluisse puerliter scribere. Et ut uerum fatear, nos ipsi sumus plurimis rebus destituti. Propter hanc intermissam scribendi, & declamandi cõsuetudinem: non scribimus, non cõmentamur: non declamamus: illæ meletærhetoricæ sunt omnino sublatæ, ex scholis nostris. Itaq; sunt reuocandæ præceptorũ doctrina, labor est, parui temporis. Industrius præceptor potest omnia præcepta tradere tribus mensibus: si librum confectum habeat: quod erat usitatissimum & maximè celebratũ apud ueteres. Illi habebant [illegible]umina, & libros meliorum Exordiorũ, Narratio[illegible]m, argumentorum, θέσεων, quæstionum infinitarum id est, tractationes sententiarum de rebus ciuilibus, de liberis educandis, de uita instituenda, de fideicommissis, de mandato exequendo, de officijs magistratuum, tutorum.

rum. Et horum omnium habebant exempla collecta ex uetustate, id est ueteribus oratoribus: ex proximis ætatibus, id est eorum qui ante eos fuerunt, & ex oratoribus suorum temporum: qui cum uiuebant. Et illa uolumina dabantur ipsis discipulis ingredientibus in officinam Rhetorum describenda: & partes, singulorũ exemplorum erant in marginibus notatæ: in quibus partibus uidebatur tota structura: nec erat opus hæc omnia mandare memoriæ: sed ut possent ad ipsa loca inuenta decurrere, & redire, tantum memoria tenere, quantum requiritur ad illa loca: Mandare tamen quædam pulcherrima scilicet, & necessaria memoriæ, non omnia. Hoc enim solũ requirebatur, ut possent inuenire tractationes rerũ similium. Primus labor erat in præceptis: hæc autem indicabant nudis exẽplis: sed demonstrabatur, & sub oculos subijciebatur illorũ usus in uoluminibus. Ibi Rhetores ostendebant oratorum tractationes, definitiones tractatas, genera tractata, species tractatas, differentias tractatas, comparata tractata, causas efficientes, causas finales, similia, contraria, Antecedentia, consequentia, repugnantia: quæ quomodo tractantur, illis, ostendebatur. Tertius labor erat scriptoris, & imitationis: dabatur materia ab ipso præceptore, aut materia ab ipso discipulo legebatur, & faciebant similia. Si hanc rationẽ possemus recuperare, & reuocare: & hæc uolumina conficere, et constituere: possemus esse ueri imitatores: haberemus non unam quandã rationẽ tractandi exempla, testimonia, similia, comparata: sed rationem uideremus umltiplicem & instructi copia, et uarietate: facile

possemus

possemus imitationes occultare. Oportet igitur in his imitandis illa prima repetere, oportet quæ necessaria sunt addere, additio facit imitatorem locupletiorem, quã in exemplo sit. Cauendum autem diligenter ne illud quod additur, sit fucus, sit ceruſſa: sed ut sit uerus sanguis, ut sit neruus proprius, natiuus, non monstrosum, ut oratio sit sana, & integra, & solida: non autem tumida, inflata: ut ipsa ualetudo sit sanguinea, non autem pituitosa. Additio facit imitatorem locupletiorem, quã is fuit, qui eum imitatur, Detractio facit imitatorem prudentiorem: prudentis est detrahere, quæ non sunt necessaria. Illud detrahere, est ostendere imitationẽ esse prudentis, esse ingenioſi, & acuti iudicij. Item quædam sunt commutanda, ordine, id est, collocatione. Quemadmodũ in acie laus est, posse instruere ordines, bene distinguere ordines, bene collocare milites: sic etiam laudabile in oratione argumenta benè collocare, ordinem argumentorum aliquando inuertere. Quæ ratio ostendit ipsam orationem esse ἐνταντον, habere quandã ἐνταξίαν. Ipsum imitatorem esse compositi ingenij, & compositæ industriæ: sæpe etiam quædam sunt commutanda, figuris. Ipsa enim μεταβολὴ ostendit ornatum locupletem. In ornatu, interrogationes commutare cum ἀποφάνσεις, id est, simplicibus pronunciatis, addere uarietatem figurarum, mutare reliquas figuras: ἀντίθετα, ἐναντίωσεις, ἰσόκωλα, & si quid est similiũ rerum. Hanc duplicem tractationem oportet adhibere si aliquid uolumus efficere: & si ueri Ciceroniani uelimus euadere.

Scholæ,

Scholæ, in

CAPVT. IX.

Diximus orationem potissimum imitandam esse, tradidimus enim quinq; esse partes imitationis: sed inter has quinq; partes principem locum tenet oratio. Sed est res infinita, & indeterminata est præceptio, dicere orationem Ciceronis esse imitandam, oportet ista explicare, & demonstrare uerbis disertis. Cum præcipitur in hac doctrina, orationem esse imitandam: ostenditur genus dicendi esse imitandū. Genus autē ipsum dicendi explicauimus tribus partitionibus. In omnibus dicendi figuris, octo diximus esse spectanda: Primum argumenta, & sententias. Deinde argumentorum, & sententiarum tractationē, id est, sententiarum lumina, & ornamēta. Tertiò uerba scilicet siue natiua siue translata. Dinde uerborum ornamenta, et lumina, & insigna: Quinto loco κῶλα, periodi membra, incisa periodi. Sexto loco uerborum compositionem, collocationē, συνθέσιν: inprimis uero clausulas, id est, extrema membrorum, & periodorum. Ex his duobus conficitur numerus oratorius. Hæc septem sunt obseruanda, & notanda in ipsis oratoribus.

Vltimum caput quod dictaui non opus habet explicatione: uos ipsi potestis totum librum recognoscere, quod consulo uobis, ut faciatis.